P 11

ANTONII
QVINTANADVENNAE
ECCLESIASTICΩN
LIBRI IV.

Ad Rodericum Vazquez de Arce summi apud PHILIPPVM II. Hispaniarum Regem Consilij Præsidem.

SALMANTICÆ,

Apud Guillelmum Foquel.

M. D. XCII.

HORVM LIBRORVM periocha.

I. Institutiones Rei Beneficiariæ.

II. Ad Concilium Pictauiense, vel de bonorum Ecclesiæ succesſione atq; cõmercio.

III. Ad Concilium Chalcedonense IV. vel de clericis absolutè ordinandis, aut non.

An donatio sacerdotij caussa conferatur, & de collatione, atque imputatione, disputatio.

IV. Ad Concilium Lateranense, vel de prohibita beneficiorum multitudine.

SVMMA PRIVILEGII.

PHILIPPI II. Hispaniarum Regis priuilegio Antonio Quintanaduennæ cautum est in decennium, ne quis hunc Ecclesiasticon librum imprimat, nevé in Hispaniam importet alibi impressum, iniussu ipsius Antonij Quintanaduennæ: constituta pœna in eos, qui contra fecerint quinquaginta millium nummorum æreorum.

YO Alonso de Vallejo escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que residen en su Consejo, doy fee, que auiendose visto por los señores del, vn libro intitulado Ecclesiasticon Antonij Quintanaduennæ libri quatuor, que con su licencia fue impresso: le tassarõ a tres marauedis y medio el pliego, en papel. Mandaron que no se pudiessen vender sin que esta tassa se pusiesse al principio de cada volumẽ del dicho libro, para que sepa y entienda lo que se a de lleuar por el: y para que dello conste de mãdamiento de los dichos señores del Consejo, y de pedimiento del dicho Doctor Antonio de Quintanadueñas, di esta fee, que es fecha, en la Villa de Madrid a treynta dias del mes de Setiembre, de mil y quinientos y noventa y dos años.

Alonso de Vallejo.

LIber Eccleſiaſticon Antonij Quintanaduennæ in maiori ſancti Spiritus Onnatenſi Collegio Collegæ, & Anteceſſoris Pontificij ex mandato Regalis Conſilij à Doctore Abræo Ordinis ſocietatis Ieſu lectus, & probatus eſt, vt qui nihil habeat catholicæ fidei, aut bonis moribus contrarium. Itaque edi recte poſſe cenſuit, atque eius cenſuræ Originale extat apud Lucam de Gamargo Regiæ cameræ ſcribam.

TYPOGRAPHVS AD LECTOREM.

Errata, quæ nostris operis nimis multa exciderunt, ex subiecto indice corrige. Sũt etiã quædam alia, cũ in periodis dispungendis, tum in Doctorũ locis citandis, sed illa paulo cautiorẽ lectorem non fugient Hæc ideo prætermittimus, quia & plura sunt, & in numerorum notis iã pridem veniam meruere: adde interpretum loca plura esse & nota, & vnus recte citatus facile alios indicabit. Cum hunc Doctorum apparatum, qui omnis ad ostentationem valet, hactenus auctor probarit, vt ex margine in contextum admitti prorsus vetuerit Postremo in notis alijs peccatum est, vt pro Constantinopolitana C.P & Constantino.P.& C Politana, editum paßim sit, atque aliquando cap.Politana. Quæ tu lector humanißime corrige & ignosce.

Pa.2.	l.7	large	longe
4	11	partes quæ	partesque
6	10	cerìè	certæ
ibid.	11	se	si
13	21	contento	contempto
	26	Romani	Romam
15	7	proprius	propius
ibid.	11	Paulo	paulò
16	7	Multo	multo
19	33	ingentibus	in Gentibus
20	1	ea nõ cõsumpt⁹	canõ sumpt⁹.
24	33	manifestæ. Ex	manifestę, ex
25	13	clesiæ	clesias
30	21	prius	pius
31	3	armentibus	armentis
32	21	diocesim	diœcesim
37	20	capiti	capri
Ibid.	24	præcipiatur	præcipitur
41	10	perpi	perspi
45	8	conformat	confirmat
45	20	ius	vis
46	31	petitus	potitus
50	21	cũ	cum
52	30	adiungendas	adiungẽda est
53	17	proprius	propius
56	20	forma	firma
63	4	Postremos	Postremò
63	15	coniectarius	consectarius
70	1	antiqua	antiquata
70	31	R. Pontifex excipitur.	R. Pontifex.
70	9	quam	quem
Ibid.	11	certe	certi
72	21	certæ	certe
73	10	canone	canones
76	16	vocationem	vacationem
p:79	l.3	mortis est	mors est
88	33	naufragij	naufragi
90	22	agnitos	agnatos
93	33	Pilcueta	Azpilcueta
94	10	forti	forte
ibid.	20	renuntiatum	renuntiante
96	28	iure	iuri
99	8	simoniæ	simonia
99	9	ipse	ipsæ
ibid.	22	potuerunt	poterunt
105	2	præscriptio	præscripto
ibid.	25	adiutorium	adiutorum
ibid.	30	Augustini	Augustinus
105	1	Romani	Romam
106	14	tentia à stipulatore.	tentiæ astipulator est
ibid.	14	à stipulatur	astipulatur
107	18	mutaret	nutaret
111	5	vocantem	vacantem
Ibid.	10		
112	4	nonnulli	nonnullis
120	30	constitutionẽ	cõstitutione
121	32	locationis	locationes.
123	6	leges	legis
125	33	cui	ceu
131	28	præcedet	præcidet
132	24	sit	sint
133	21	de testament.	de testamẽtis extrahe ex cõtextu
133	26	diuisiones	diuisionis
138	12	quæque	quique
139	16	degesti	digesti
1 7	29	more	mores
160	18	diligendis	deligendis
164	29	res	lex

p.166	l.4	victui	victus
167	10	ſimile arbitrij	ſimiliarbitror
167	19	&	e
170	4	contentione	contemptio-ne
173	21	monachos	monachorũ
ibi.	22	arbitrantur	arbitror
174	6	&	e
ibi.	15	munere	numero
177	17	varijs	mænijs
180	11	videmus	vidimus
183	15	reſeruandæ	rei ſeruandæ
186	2	lege auferant	leges ferant
ibid.	14	q;	qui
189	21	tractam	tractant
190	25	emancipatis	emancipati
191	19	perfunctore	perfunctorie
202	22	poſſent atq;	poſsẽt aliȩ atq;
202	22	explicationis	explicatiões
203	15	coſpenſare	compenſare
210	31	Eccleſiaſtica	eccleſiaſticã
225	33	Eante	Eam te-
231	14	verbis	vrbis
140	12	presbyteri	presbyterij
141	12	ſparatim	ſeparatim
142	22	companajo	companaje
242	23	ricus	ricis
ibid.	26	ille	illi
p.245	l.33	commodata	commendata
246	6	fidudia	fiducia
250	12	res	rem
257	32	nominatim	nominatum
259	31	atrritis	a tritis
263	32	redditus	reditus
264	20	Sine	ſine
275	26	actus	auctus
275	33	Cardinalis	Cardinales
277	7	epiſcopi	Epiſcopis
ibi.	8	ſenſum	ſenſim
286	10	ne	ue
ibi.	32	cuſtodi	cuſtodibus.
287	6	centum vitali	centumuiralĩ
ibi.	11	centũ vitalis	cẽtumuiralis
ibi.	30	que	que dele.
288	20	nemini	nemine
291	2	receptum	receptam
17	21	inſtiturum	inſtitutam
21	5	videatur	videtur
28	7	diuerſum	diuerſũ quid
33	20	ſacræ	ſacrȩ Eccleſiȩ
45	20	quem ius	quemuis
49	3	muneribus	muneris
50	32	hoc ei oberit	hoc ei nõ obe
62	2	&	ex
70	1	antiqua	antiquata
177	17	varijs	varijs inſtitu-tis

In Præfatione ſic corrige.

In tota Præfatione dele titulum ad Lectorem.

Pa.1	li.20	Intercedũt	intercidunt
3	1	tur	dele
5	13	facto	fato
	33	Gregoriũ	Gregorios
8	21	dictam	dictum
pa.11	li.24	que inter	qui interpretum
12	9	acclamet	acclamatione
	19	natiuitati	nauitati
13	15	adde	attentant atque adeo
	17	Ratio	Raro

A N-

ANTONII QVINTANADVENNAE ECCLESIASTICON

LIBER I.

Inſtitutiones Rei Beneficiariæ.

ANTONII QVINTANADVENNAE ECCLESIASTICON LIBER I.

AD RODERICVM VAZQVEZ Darce summi apud Philipp. II. Hispaniarum Regem Consilij Præsidem.

RERVM omnium, quæcunque hoc ambitu & complexu mundi coercentur, nulla certe res est, illustrisime Roderice, quæ vno tenore diutius in eodem statu permaneat. Labi omnia, fluere, atq; adeo interire necesse est, naturæ suæ lege, quæ varijs ex partibus atque naturis concreta cum sit, quasi dissolutionis appetēs sponte sua in eā prona præcipitat. Interdū etiam præmaturis hoc causis, atq; externis fit, vt illuuione, incendio, tempestate, ruina, vastitate, bello, atque alijs, quas secum tempus affert, & ipsius demum temporis vetustate, & fuga. Quanta vero in tempore vis sit ex eo intelligimus quod non solum metalla consumit, non solum durissima marmora, & quidquid vel manu atq; operis hominum effectum est, vel ab ipsa parente natura contra eius vim, & iniurias quasi innati roboris præsidijs, inani tamen officio communitum; sed etiam disciplinas artesque omnes, quibus ars, & disciplina virtutis continetur. Quæ certe tanto nobis iniuria temporis grauiore intercedunt; quantum animus corpori præstat. Virtutis monumenta, & veræ laudis insignia alijs ambitionis monumentis, & fucati

¶ splen-

ſplendoris inſignibus: deinde ſi amiſſa ſemel ſunt, quanto ea difficilius parari iterum, reſtituique poſſunt. Enimuero apud veteres Rhodios, Siculos, Romanos, cum ſtatuas, plumbo inhærentes, externas columnas, marmorea tecta, cum cælatum argentum æra, ſigna atque tabulas prioris ſeculi ſtuporem pariter, & delicias, obrutas ruinis, & obliuione deletas fuiſſe accipimus, eam eſſe iacturam factam ita quidem dolemus, vt animo nõ iniquo feramus, careamuſque his rebus, quæ propter oculorum ſenſum atque oblectationem partæ modo cultæque ſunt. Quod ſi quis propter artis vim atque ſolertiam, mollius illa deſideret, deſiderium is facile leniet ſuum, ſi cogitet, futurum propediem vt aliæ rurſus columnæ exiſtant, aliæ tabulę, ſigna atq; opera opere, & arte præſtantiore. Id quod de architectura, de pingendi arte affirmare multi non verentur. Et Angelum Bonarotum, Raphaelem Vrbinum, Titianũ, his omnibus quos venerata antiquitas eſt, longe anteferunt. Fit enim plerunque vt artes eas, quę effectrices, & quaſi ſatellites voluptatis ſunt, quæque ad vſum, & iucundioris vitæ commoditatem ſpectant, multi ſint inueniendi principes. Inuẽtas vero tam multo ſtudio omnes excolunt, vt ijs ſeculis quæ pręterierunt, multo illa ſuperiora ſint, quæ conſequentur: & antiquitatem vincat poſteritas, quę antiquæ virtutis & frugalitatis ceu ſterilis & effœtus ager, creditã ſpem cũ omnino eluſerit, attamẽ ſuauitatum vbertate, & nouis magiſterijs vſquequaque abundat, vitij & ignauiæ præter modum ferax. De bonis autẽ diſciplinis, & excellentis doctrinæ ſtudijs alia ratio eſt, quæ per ſe animos ad veri perſpiciẽtiam alunt, moribus informant, conſilij magnitudine, tolerantia rerum humarum, ac reliquo virtutum comitatu ita circumſepiunt, vt egeſtatis, exilij, mortis abſterſo metu omnis fortunæ temeritas & iniuria ab eis arceatur. Denique corporis obſequio, & indulgentia abductos inferuntur,

tur, seu restituunt potius in antiquam illam dulcemque patriam, cælestium domicilium: atque interim, dum his compagibus, & custodia corporis includimur, quam in terris imitari possimus, rationem inde beatæ vitæ, certissimum veræ felicitatis pignus, quasi eius interpretes, & nuntij referunt. Et quidem hæc animi bona cum sint optima, & præstantissima, perspicuum est, nullam esse capitaliorem pestem, quæ nobis à tempore enasci possit, quam si tot bonorum ars vetustate, atque iniuria temporis labefactata prorsus obsolescat. Id vero si quando euenerit, de restitutione ne quisquam cogitet, quasi expedita ea, & in promptu sit, multa mihi in mentem venire solent. Bonarum artium inuentum, mētis primum, & rationis ad summum perductæ opus fuisse constat, non exiguo aliquo tempore, aut vnius opera, sed per omnes omnium seculorum ætates maximorum hominum ingenijs, & assiduo labore vix perfectum, innumeris antea confutatis erroribus, qui seculi sui principes, & sapientes viros habuerunt auctores. Qui vero in tā multiplici errorum genere sine errore verum dijudicare potuit, & naturę claustra princeps effringere, nonne (quod ille ait,) decebit Hunc hominem numero diuum dignarier esse, profecto vix vnum, aut alterum annorum omniū cōuersio fert, nec Græcia quæ artiū ipsa quasi mater fuit, Platonem alterum, aut alterum Aristotelem nominare potest, quod ad alias item artes, atque nationes pertinere statuo. Vt hinc appareat, de hoc exhausto exiliq; seculo quid demum expectari possit. Iam vero ignorantia, inscientia, error quidam quasi morbus, & cæcitas mentis est, neque mederi alijs, aut ipse sibi is animus poterit, qui idem ægrotat nedum docere aut literis illustrare, qui in tenebris, in errore, in rerum omnium ignoratione versetur. Postremo vt his instrumētis à natura quisque subornatus sit, quibus obtinere sapientiam, & adipisci possit, tamen consuetudi-

nis ea deprauatio, ea vanitas opinionum consequuta est, vt quod oculis cerni posit id omnes ardenti quodam consectentur studio & æmulatione difficilis amoris, & morosæ riualitatis plena. -- δυσέρωτες, inquit Euripides, δή φαινόμεθ' ὄντες τοῦδε. tum causam affert. ὅτι τοῦτο στίλβει κατὰ γῆν. Quod vero spectabile non est, & in nobis ipsis insidet penitus lateque per omnes animi partes fusum, omnes ita aspernamur, vt ne ad se quidem quisquam attinere putet, is cruciat angitque dolor, quem corpore sentimus, corporis si minima pars tentata morbo sit, aduocãtur artes omnes, medicamẽta vndique conquiruntur. Cæterum si quis sese in voluptatum libidine effuderit, si præceps iracundia, aut pecuniæ cupiditate feratur; nõ alijs, neque ipse sibi ęger videtur, itaque alia omnia potius, quam de adhibenda curatione, cum tamen animorum curatio non anceps, dubiaue sit, non foris petatur, sed pateat omnibus, qui vti ea voluerint, atque etiam si voluerint, eo nomine continuo conualescant. Hanc itaque, vt ad propositum reuertamur, labem disciplinarum quæ grauis hominum generi, & luctuosa tam multis ex causis foret, pene eo tempore vidimus quo Italię aliarumque nationum communis illa clades, Barbarorum impetus, & fatalis belli tempestas non solum libertatem, atque otium sustulerat, sed cultum omnẽ animorum, sed cogitationis, atque adeo vitæ munus, siquidem sapientis vita cogitatio est, impia tamen inter arma actum præclare est, quod antiqua monumenta, quibus doctrina, & literæ, literis cõsignatæ sunt, excidio illo demersa, non omnino perierunt. Sequuta etiam meliora tempora sunt, & viri præstanti iudicio, qui eruẽdis disciplinis operã nauarunt suam, perfectumque est, vt apparere iterũ artes, & disciplinæ cœperint; principio quidem horridæ, inornatæ; vt illi solent, qui è locis tenebricosis nuper prodierunt; deinceps vero non solum illæ perpurgatæ sunt, sed etiam

cultæ,

cultæ, & illuminatæ politioris omnis literaturæ ornamentis. Vt ars differendi, vt Philosophia, vt Theologia, tam ea quę sacras diffinitiones subtiliore quadam disputatione ad Physicorū rationē exquirit, quā quæ in diuinorū librorum explanatione versatur, de pristino nitore suo nihil magnopere requirant. Debet quoque eruditiore hoc seculo ciuile ius doctissimorum hominum industriæ, qui ingenij gloria, & grauitate doctrinæ cum primoribus iureconsultis merito certent. Ars iuris Pontificij relicta est, quæ iure præcipuo expostulet, & reliquas omnes, quibus cum ei multa necessitas, & cognatio est, quasi communi diuidundo appellet, sacramēto etiam concepto: nisi dolo malo, aut certe facto doctorum hominum orbata patrocinio, & derelicta præter ceteras vna iaceat. Cum tamen vna maxime auxilij atque opis indigeret alienæ, reliquæ artes suos habent fines, & cancellos certos, intra quos augeri, minuiue possunt. Iuris Pontificalis ars ex omnibus alijs artibus ita constituta est, vt habeat etiam sua quædam, & propria. Itaque multis ex partibus exposita est, quam temporis aut fortunæ iniuria feriat, neque suo tantum, sed alieno vulnere de interitu periclitatur. Quæ ad religionem ad functiones sacras, ad cæremonias pertinent, ea à Theologia Pontificiū ius ita mutuatur, vt si in illa labes aliqua suscepta sit constare hoc nulla ratione queat. Eodem modo de iure ciuili iudico, cui Pontificium non solum actiones, iudicia, pœnas debet, sed instructum omnem, & sententiarum supellectilem, sine qua vix illud appareret. Iam vero veterum patrum rescripta si deformata tempore, & mendis inquinata sint, quas ruinas in iure Pontificio edent, quod pene integrum ab illis principio fluxit. Nam si vere dicendum est, iuris Pontificij originem atque fontes non alios quisquam indicare posit, quàm Dionysios duos, vnum Areopagitā, alterum Alexandrinum, Clementem, Gregorium, itē duos

Thaumaturgum, & Theologum, Athanaſium, Baſilium, Chryſoſtomum, Epiphanium, Cyrillum apud Græcos, ex noſtris vero Cyprianum, Tertullianum, Lactantium, Hilarium, Ambroſium, Auguſtinum, Hieronymum, Pōtifices item Damaſum, Cæleſtinum, Innocentium, & Leonem illum magnum, qui eodem prope tempore floruerunt. Iam de iure Pontificio cum ſuſcepta diſputatio eſt, vltro occurrunt conuentus, & Eccleſiæ concilia, quæ illud ex magna parte ſine controuerſia conſtituunt, illa vero quam innumerabilia, ſunt totius ordinis, & Eccleſiæ communia, & generalia quædam, alia ſingularum prouinciarum. Locis atq; regionibus, quibus habita ſunt, non tam diſiuncta, quā linguæ, rerum, & temporis varietate inter ſe diuerſa & varia, in quibus vt multa ſint, grauiſsimis, & ſaluberrimis decretis referta, auctoritate ea quæ inter omnes ſumma & diuina habetur. Sunt tamē quę omnino amiſimus, aliorum retinemus quidem fragmenta veluti lacerata quædam membra, in quibus veterum diffinitionum vix tenues, & diſsipatæ reliquiæ apparent, doloris potius, atque iacturæ quam rerum geſtarum monumenta, in his autem ipſis quā multi canones ſunt ad intelligendum difficiles, vel quia interpellatis verbis, & oratione ſæpe interciſa, vt nulla prorſus ſententia conſtet, vel quia in antiquis Eccleſiæ moribus ritu, & cæremonijs verſantur, quarum cognitio obſcuritatis latebris, & caligine abdita prorſus ignoratur. Multi ſunt etiam incerta dubiaque fide, quibus ratio temporis repugnat, & eorum vnde ſumti collectique ſunt auctoritas. Alij à proprijs ſedibus ceu perfugæ deerrant ex vno concilio in alterum moribus, & rerum tractatione diſsimile tralati, vnde iuris explicandi mira perturbatio, quos vero error, & deprauatę opiniones inuexerūt, nō pauci ſunt nothi planè, & ſubdititij. Quod ſi ab Eccleſiæ Cōcilijs oratio diſcedat, quid Pontificum antiquas conſtitutiones, & ſingularia de

creta

creta commemorem? quorum de auctoritate nemo addubitet vel eo nomine, quod consentientibus Patrum testimonijs passim & crebro laudantur: explanatio vero impeditior, cum ex his causis, quas paulo ante retulimus, tum quia nulla illorum quasi archetypa scripta sunt, nihil antecedit, nihil sequitur, vnde aucupari sententiam ducta cōiectura queas. Quinimo hæc ipsa, quæ in manibus sunt responsa Pontificum, quæ rescripta, & decretales epistolæ appellātur, quam difficilia sunt, obscura, decurtata sine causis his, quarum ex cognitione dirigenda diffinitio fuit. De lectionis autem, & scripturæ summa varietate apud collectionum auctores, aut etiam collectiones eas, quæ sine auctore, sine nomine plurimæ sunt quid dicam? Age auctores, quorum opera, atque studio collecti canones sunt, vix enumeres, è Gręcis sunt, Sabinus Heracleæ Episcopus, Alexius Aristenus, Ioannes Zonaras, Theodorus Balsamon, Ioannes & Photius Archiepiscopi Constantinopolitani, Matthæus Blastares, Constantinus Harmenopulus, nostri vero duo Isidori, Martinus Bracatensis, Dionysius Exiguus Cresconius, Ferrandus Carthaginēsis, Fulgentius, Buccardus, Deus dedit, Anselmus, Iuo, Gratianus, Raimundus, qui eadem argumenta, & loca quam nō eodem modo tractant, sed testimonijs alijs atque alijs; & si quando eadem proferunt de verbis, de auctore, de tempore fere nūquam conueniunt. Itaque Pontificio iuri in cultu, & politioris doctrinæ apparatu, quod res minus secundæ fuerunt, non de nihilo est, sed magnis ex causis, & difficultate rei. Atque etiam in eam rem mihi altius intuenti, etiam videri solet, bonorum interpretum operam non leuem, & docta commētaria huic disciplinæ, quod credibile vix erat fraudi quoque fuisse. Nam Pontificia qui tractant eorum duplex est ratio, & huius tractationis quasi duæ partes. Vna veterum canonum veram iustamque sententiam, ex archetypis con

¶ 4 cilio-

ciliorum, Patrum, constitutionum, locis, ex temporum ratione, ex antiquis Ecclesiæ institutis, rerum gestarum fide, totius denique historiæ cognitione scrutatur, atque quicquid nacta est, eo quasi instrumento vtitur ad intelligentiā multorum canonum, qui de sacris de cæremonijs, de iudicijs conscriptæ sunt. Altera Pontificij iuris quasi vsum cōtinet, forensis tota, & pragmaticorum. Actiones instituit, causas excutit, exercet iudicia, rerum quærendarū, & amittendarum præscribit modos, apta ex posterioribus fere Pōtificum constitutionibus, ex Curiæ Romanæ moribus, decretis, regulis, rerum iudicatarū auctoritate. Atqui hæc posterior exculta satis, & vexata interpretes habet summi nominis, & auctoritatis, Innocētios, Hostienses, Panormitanos, Felinos, Decios, atque alios, idque merito. Frequētes respōdent, definiūt causas, denique argumēta tractāt si nō ornate, & diserte, at grauiter, vere, partite, copiosè, & quod ad causarum vsum cuiuis ex vsu sit. Illa vero pars de antiquis auctoribus auctorem prorsus habet nullum, de posterioribus vix aliquem eruditum, & grauem, qui accurate, & constanter operam ei nauarit suam, quod tamen non ex eo dictam esse volo, quasi præstāti vtilitate non sint, quę in ea re graues, & eruditi viri elaborarunt. Vt Antonius Concius, Ioannis Quintinus, Franciscus Duarenus, & præter cęteros omnes eximia opera atque vigilijs Antonius Augustinus, cum antiquis collectionibus, editis tum innumeris prope locis correcto, & illustrato Gratiano, cui selecti viri si ingenue fateantur, prope debent magnum illud Gregorianæ editionis opus, hoc certe aio, quod ab illis elucubratum, & effectum est mirabilis præbere vtilitatis fructum, ita tamen si cum illorum opera, & labore suam quisq; operam, & laborem coniungat, hoc est si ex repertis Patrum testimonijs, ex conciliorum, decretorum, cōstitutionum indicatis fontibus, ex veræ lectionis asserta fide veterū canonum

nonum

nonum ſententias,& verba exquirat, atque interpretetur, ſuis ſi ſingula momentis ponderet,& diffinitiones quæ inde efficiũtur,noua ratione cõfirmet,aut refellat, quod illi non præſtiterunt,& hactenus quiſque faciet, qua ingenio quiſque & eruditione pollet. Nam Iacobus Myſingerius, & Anaſtaſius Germonius hanc iuris explicandi partem ne attigerunt quidem,qui tamen in poſteriore altera non per uulgata via,ſed nitidius multo verſati ſunt. Denique vt ad propoſitum reuertar iuris Pontificij fines plerique eos eſſe definiunt, quos poſterior explicandi ratio continet, nihil illud amplius progredi, & euagari,aut ſi quid forte in Pontificum libris præterea ſit,hoc non ita fructuoſum eſſe. Certe iniucundum,& ſpiſsi atque operoſi tractatus, vt hæc vel eo nomine contemnant, illa vero quaſi ab alijs fuſe tractata prætermittant. Ego vero, ſic exiſtimo. Siquis vtrunque explanationis genus, vt ſuapte natura cohæret ita docendi methodo,& ratione coniungeret,alterum ab altero necteret,& mutuis quodque opibus ornaret, hunc non ſolum ſtudioſorum, ſed publicam & Christianam rem præclaro quodam beneficio affecturum. Siquidem antiquos ille canones reſtituit,qui germanam veramque ſententiam ignoratam antea,& occultam nobis reſtituit. Antiqui vero canones,& mores reſtituti ſi iterum colantur, ipſi progignent adhibebuntque viros fide,& virtute antiqua,tum antiquis moribus,atque viris,quibus rem ſtare Romanam ille aiebat,noſtram etiam reſtitutum iri ſpes erit? Noſtræ inquam,& Chriſtianæ rei antiqua illa mens, mos,& diſciplina redibit; quam prope extinctam ita agnoſcimus vt picturam vetuſtate euaneſcentem, quæ cum ijſdem coloribus, quibus prius fuerat,ſubinde renouata non eſt,vix formam, & extrema lineamẽta ſeruat. Equidẽ quod ab alijs effectũ nõ eſt, id à me poſſe præſtari nõ ſpero,ingenij,& induſtriæ meæ,ſi qua mea induſtria,aut ingeniũ eſt, vires ſæpius per-

 ten-

tentaui;& me quod vtriusque pœniteat, valde est. Itaque decipere me ipse non possum, alios neque debeo, neque cupio. Sed vt cæteros sapientia, & iudicio non anteeam, præter cæteros tamen studui maxime hanc iuris Pontificij artem solidæ doctrinæ, & liberalis quasi cultus, ijs florere ornamentis, quæ nullę iam artes requirunt, atque etiam hoc meo studio factum est, vt in ea re multã operam diu posuerim, sed posuerim an luserim, alios nunc existimare volo. Etenim decretum est ex scriptis, seu potius lituris nostris selecta quædam in lucem edere, vnius semestris scholam, specimen iudicij mei, non quod maximo ipse iudicio sim, sed quod minimo id periculo tentem, nam quod alijs propter illorum auctoritatem nõ accideret, mihi certe, si quid temere dictum sit, omnes concedent: nam de me vix aliquis quidquam expectet. Occurrebant tamen multa, quæ ab hoc consilio me deterrerent, quę non omnino contemno: sed hactenus apud me valere volo, vt alia quæ de eadẽ re mihi cogitata meditataque multa sunt, ceu homini vigenti iam annos in iuris vtriusque cognitione versato, ea interim supprimam, quæ si exissent quod à trita interpretũ via longius deflectũt, minus forte popularia forent, aliorũ scripta, quæ manibus hominum circunferuntur, non contemno, veneror facioque maximi, præsertim eorum ea, quos doctores habui. Itaque legi in primis volo, & nostra excuti liberius, atque refelli interdum si ita illorum meritum sit. Amaui semper ardentissime veritatem, atque eam tunc reperiri, & limari in disputatione subtilius didici, cum res doctorum hominum contentione, atque dissidijs agitur, & tamen scio nihil me satis his esse dicturum qui aliena censent scripta, nisi meis amplis s. tuum nomen titulos, atque vela, Præses illustrissime prætexam, lege olim alienis prædijs potentiorum insignia imponere nemini licuit, ne tenuiores, si de suis rebus cum potentiore aduersario conflictandum

flictandum esset, eas potius desererent. Licuit tamen in proprijs suisque, si quis de eis libenter decederet, vt meliorem sortitæ dominum aduersus aliorum iniuriam potiore essent conditione, atque iure. Porro quæ mea ratio, atque mens fuerit, vt hoc nostrum opus sub tuo nomine apparere, & quasi tibi in adoptionem dare voluerim, addo cur debuerim, si quis exquirat, in prōptu satis, & expedita erit. Etenim ex tui nominis splendore, atque amplitudine quantū ei, auctoritatis, & gratię accessurum sit, nemo nō videt, opus item iuris eius certe fidei, atq; tutelæ debebatur, qui ad summum ingeniū non solum liberalē quamq; & dignā ingenio homine, sed iuris admirabilē excellentemque doctrinā adiunxerit. Cuius rei cū illustria satis testimonia sint, apud me tamen plurimū valere solet Petri Portocarreri Episcopi Calagurritani, quo ego patrono humanissimo vtor, iudiciū hūc omnes virū propter dotes eximias, & virtutem animi plane antiquā venerantur, tu etiā mirifice diligis: accepi autem, cū de magnis viris sermo incidit, de te eum sæpius, & libenter loqui, atq; in ea esse sententia, inter eos qui iuris habent intelligentiā vnū esse te, qui consultorū responsis, Imp & Pontificū cōstitutionibus, magis ex argumēto atq; sentētia vtaris, quo causæ loco caput & status causæ sit rectius diiudices, rectius falsum à vero internoscas, deniq; quę interpretū cōsultationes, quę passim, & sine delectu in ore aduocatis siluescūt, liberiori animi sensu cōtemnas. Hæc quidē satis per se magna amplaq; sunt, & eo fortassis meliore cōditione quā delati honores atq; magistratus, quod in his hactenus dignitas, & decus cernitur, si iustè, si sancte, si prudenter obiti sint, quæ laus omnis ex sapientiæ doctrinæq; laude efflorescit. De tua tamē in laboribus perferendis patiētia, in cōsilijs dādis prudentia, animi constātia, fide, bonitate, de susceptis pro salute Reip. laboribus atq; vigilijs libenter ego, & fusius dicerē, nisi tot essent

Ma-

Magiſtratibus atq; prçfecturis teſtatç, niſi in omniũ animis inſculptæ penitus ad ſempiternã tui nominis memoriã ſpirarent, niſi deniq; Regis eius qui reliquos vnus reges pietate, atq; ſapientia facile anteit, iudicio exploratæ tã ſæpe probatæ nõ eſſent, vt vocis noſtræ, atq; etiã literarum honeſtiſſimo quoq; monumento minime egeãt. Quanta enim tua cũ laude hæc animorũ conſenſio tunc declarata fuit, cũ ad eum dignitatis gradum qui inter omnes facile principem locum tenet, omnium ordinum, atq; ætatum acclamet & plauſu prope incredibili euectus es, nulla opinor vnquam inobſcurabit obliuio. Cum nemo prorſus fuerit qui publicæ, & bonorum cauſæ gratulatus non ſit, augurantur enim fore, atq; etiam recipiunt, vt tuis inſtitutis temperatæ conſtitutæq; res dulci iam otio perfruãtur, vt literarũ nunc decus ſtet, & eius præſertim diſciplinæ, cui qui operã dant iuſtitiæ ſunt, & appellantur ſacerdotes; Vt deniq; honores atque Magiſtratus nõ gratiæ, non hominũ ordini certo præiudicatæ literaturæ fuco prætento, ſed ſolidæ exquiſitæq; doctrinæ, ſed iuris rectiq; prudẽtiæ, ſed natiuitati, probitati innocentię caſtiſsime deferantur; quę res præſtantem iuris exornandi rationem cõtinet, nõ hic docendi locus eſt, ſed tamẽ quoniã ita incidit, & hæc diſputatio ad eas cauſas pertinet, quæ noſtra ſcripta ad te allegarunt, ita ſentio, & ſæpè diſſerui, recte eos præcipere, qui corrupti obſoletique iuris cauſam ad iudicum imperitiã potiſsimũ referunt. Nam eorum qui docendi quiq; patronorũ munere fungũtur omnis ratio atque opera eo imprimis ſpectat, vt iudici cauſas probent, aut eius rei viam tradant. Iudices autẽ, ex ingenio ſuo, ex doctrinæ eruditioniſq; modo ſententias refellunt, aut approbãt. Vt cum ad eorum iudicium res omnis elaboretur, ex eorum item iudicio conſtitui, aut deprauari iuris tractationem neceſſe ſit. Fit autem neſcio quo fato vt iudices præſertim ordinis inferioris plerique cauſas non ex cõ-

ſultorũ reſponſis,ex ſacris, & Diualibus conſtitutionibus, non ex Bartolis, Alex. Cumanis cauſas definiant ſed ex corrogatis ſemidoctorũ hominum cõſultationibus,in quibus nõ hoc quæritur quo iure quaue iniuria,ſed an eadẽ hypotheſis tractetur. Itaq; frigent conſultorum reſpõſa, frigent cõſtitutiones imperatoriæ,maiorum inſtituta, & omnis iacet ſubtilioris diſciplinæ ratio,quę peruerſitas longe lateq; fluit. Nam cum non ex lege ſcripta,ſed capite ſententiaque ſua lites dant quaſi auctores non iuris interpretes non ſolũ obſcurati extinctique iuris rei ſunt, ſed etiam contemtæ maieſtatis,deinde quoniã in iuris libris æquitatis exquirendę formula ſummis ingenijs eximiaq; doctrina excogitata perſcriptaq; eſt,cum ab illis deſciſcunt,deſciſcunt etiã à ratione recta,atque iuſtitia cuius ars ius eſt,placita,leges, poſtremo magno publicæ rei malo atq; adeo labefactãt æquabilem ſuum cuique tribuendi virtutẽ,quæ fixa,vna,& ſimplex eſſe debet. Ratio autem fiet, ſi ex iſtis reſponſis res exiſtimentur,vt in omni cauſarum genere contrariæ in vtramque partem ſententiæ non proferãtur. Itaque integrum iudici erit, eam amplexari ſententiam,quam modo aſpernatus eſt,& in eadem cauſſa mihi adimere,quod alteri paulò ante tribuit,nam ſic diſputant. Cum in varias ſententias diſtracti auctores ſint,vtram malint impune tueri poſſe,tum ſapientis eſſe quam modo ſectati ſunt, eam deinceps opinionem deponere,diſſeri hoc magnifice,atque ſpecioſe videtur:verum ſi conceſſum ſit incredibilis rerum perturbatio ſequitur, neque ſuum cuique ita conſtabit, vt ex iudicum arbitratu non pendeat,quæ certe qualia ſint, & quantopere omni reip. temperationi pertimeſcenda, rectius tu exiſtimabis, qui omni animi prouiſione eo incumbis, vt his rebus curationem adhibeas, ſed ſatis opinor multa cur nomini tuo inſcripta hæc noſtra ſcripta in vulgus dentur. Reliquum eſt, vt tu ea meque ipſum in tuam fidem recipias,

pias, atque tuearis, cuius rei causa cum ex lenitate tui ingenij ex humanissima natura apta suspensaque sit, longe expeditior est. Fateor nihil demum à me edi posse quod dignum tuis auribus sit, dignum fide, & tutela tua. At quo nostra magis opis atque patrocinij tui indigēt, eo certe, si pręstiteris, maius, atque præclarius benignitatis tuæ monumentum extabit, quod certe spero vehementer, & nostram reor non falles expectationem. Vale.

Ex nostro S. Spiritus Onnatensi Collegio.

IN-

INDEX EORVM LOCORVM, QVAE IN HIS LIBRIS EXPLICANTVR AVT ILLVSTRANTVR.

c.Qua-

 l. Com-

HÆc potissimum colligenda curauimus, de quibus in his libris tractatur. Alia autem sunt non pauca, quæ quia leuiter attinguntur, lectori perpendenda relinquimus: itẽ Concilij Tridentini plura explicata capita & Hispanorum leges.

NOMENCLATVRA AVCTORVM, QVORVM SCRIPTA IN HIS LIBRIS AVT illustrantur, aut citantur.

INTERPRETES VTRIVSQVE IVRIS.

Abbas Panormitanus.
Accursius.
Ægidius Bosius.
Ægidius Belamera
Augustinus Veroius.
Aimarus Ranconetus.
Aimon Sauillianus.
Alanus.
Alexander Imolens.
Andreas Alciatus.
Andreas Exea.
Andreas Tiraquellus.
Ancarranus.
Angelus Aretinus.
Angel. Perusinus.
Angelus Aretinus.
Antonius de Butrio.
Antonius Goueanus.
Antonius Fanensis.
Antonius Augustinus.
Antonius Concius.
Antonius Colonna.
Antonius Cukus.
Antonius Rubeus.
Archidiaconus.
Arias Pinellus.
Arnaldus Ferrerius.
Auctor Feudorum.
Auctor Polycarpi.
Aufrerius.
Azo.
Bartolus.
Baldus.
Bartholomæus Cassanæus.
Bernardus.
Bernardus Diaz Hisp.
Bertachinus.
Cæsar Lambertinus.
Cassadorus.
Cardinalis Zabarella.
Cardinalis Turrecremata.
Carolus Mollinæus.
Conradus.
Curtius Iunior.
Cynus.
Didacus Couarruuias Hisp.
Didacus Perez Hisp.
Dominicus.
¶ Eguinarius Baro.
Felinus.
Fernãdus Cordubens. Hisp.
Fernandus Loazes Hisp.
Ferraldus.
Fortunius Garsia Hisp.
Franciscus Balduinus.
Francisc. Balbus.
Franc. Duarenus.
Franc. Hotomanus.

Fran-

HISTORICI ORATORES THEOLOGI, ET IVRIS AVCTORES, prisci Latini, & Græci.

ABbas Vrspergensis.
Adrianus.
Ælius Lampridius.
Æneas Siluius.
Agellius.
D. Augustinus.
Albertus Argentinensis.
Albertus Krantcius.
Alexander II. PP.
Alexius Aristenus Græ.
Alphonsus Carthaginens.
Alphonsus de Castro.
D. Ambrosius.
Ambrosius Catherinus.
Anastasius Bibliothecarius.
Andreas Scotus.
D. Antoninus Episcop. Florenti.
Anselmus Lucesensis.
Antherus PP.
Aristoteles Græ.
Athanasius Græ.
BArinus Thauorinus Græ.
Bartholomæus Mirand. Archi. Tolet.
Basilius Magnus.
Beda.
Blosius.
Buccardus Vuormatiens.
CAssianus Monach.
Cassiadorus.
Cardinal. Caietanus.
Clytoueus.
Clemens Alexandri. Græ.
Clemens PP.
Constantinus Harmenopul. Gr.
Cresconius.
Cyrillus Græ.
Cyprianus.
DAmasus PP.
Demetrius Chomatenus. Græ.
Dominicus Soto Hisp.
Dionysius Exiguus.
Dionysius Areopagites Græ.
Dionysius Alexandr. Græ.
Dydimus Alexan. Græ.
Durandus.
Deus dedit Cardin. presbyt.
EPiphanius Græ.
Eunapius Græ.
Eucherius Græ.
Eusebius Archiepis. Alexã. Gr.
Eusebius Episc. Cæsarien. Græ.
FLauius Vegetius.
Franciscus Turrianus. Hisp.
Francisc. Victoria Hisp.
GEnnadius Græ.
Gentianus Heruetus.
Gregorius PP.
Gregorius Naziancenus Græ.
Gregorius Thaumaturgus Gr.
Georgius Cedrenus Græ.
D. Hieronymus.
D. Hilarius.
INnocentius PP.
D. Ioãnes Chrysostomus Gr.
Ioan-

SVMMAE RERVM ET SENTENTIARVM, QVÆ IN PRIMO LIBRO CONTINENTVR.

CAP. I.

CAP. II.

CAP. III.

III.

CAP. IV.

IX.

IX. *An Vicarius Episcopi generalis, an circuitor vel visitator.*

X. *Quę notio dignitatis potißimum.*

XI. *Sacerdotium honos apud Romanos, item munus, quis Alytarcha Asiarcha alij. Lucę locus in Act. Aposto. c. 29. Eusebij locus.*

XII. *Beneficia cum animorũ curatione quę: quo iure, quod parochi munus.*

XIII. *Quid prębenda quo iure quotuplex.*

XIV. *Beneficia regularia quę.*

XV. *Quę secularia: quo tempore immutentur.*

XVI. *Quid pręcipuum in his beneficijs conferendis.*

XVII. *Beneficia gentilitia, seu patrimonialia quę.*

XIIX. *An permutari resignari pensione minui poßint.*

XIX. *An idem iuris in prębẽdis muneri docẽdi destinatis.*

CAP. V.

I. *LAici cõferre ecclesiasticũ beneficiũ nõ possunt.*

II. *Romanus Pontifex multis nominibus confert.*

III. *Legatus Cardinalis, conferre, legare & reseruare, an quatenus poßit. De legato non Cardinali.*

IV. *Episcopia prębendę, Ecclesię collegij titulo beneficia alia à quibus conferantur.*

De iure nominationis quod habent Hispani Reges.

V. Curator *seu adiutor* Episcopi *an conferat.*

VI. An Collegiũ Cathedrę, *sede vacãte, & quę cõferat.*

VII. An *Vicarius* Episcopi *generalis cõferat, & quãdo.*

CAP. VI.

I. *QVi ad beneficium & sacerdotium admittendi, de ea re antea inquiri, sic factum quondam.*

II.

X V I I.

CAP. X.

DE

DE IVRE PONTIFIC. EIVS VTILITATE,

causis, beneficiarijs titulis, cur, & de qua re institutiones hæ conscriptæ.

NVLLA iuris Pontificalis pars est, quæ non grauissimis, saluberrimisque decretis passim referta sit: nulla certè, quæ accuratè, diligenterque tractata etiam his, qui in foro, litibusque versantur, vberrimos fructus nõ afferat. Neq; id testibus lõgius accersitis cõfirmari opus est; cũ ipsa tribunalia huic rei satis idoneum testimoniũ dent, quæ vix sufficiunt his caussis disceptandis, quæ ex rebus ecclesiasticis ortæ iure potius Pontificio, quàm ciuili dirimuntur: hoc verò aut eam ob caussam fieri existimo, quod alijs in gentibus, atque nationibus, angustis, exiguisque finibus conclusa, exanguis, eneruataque religio publicas capessere res conscia inanitatis suæ non audebat. At vero in hoc nostro sacrosanctę augustæque ciuitatis statu, in Christiana publicaque re, pura & castissima religio per omnes eius partes, omnia per membra, ceu sanguis, vitaque diffusa maxima ex parte huius imperij clauum tenet; & rerum gubernacula ita tractat, vt placita decretaque sua externæ politiæ, atque ma-

giſtratibus cuſtodienda tradat; ab eiſque identidem in ſua fora iudiciorum præſes, & moderatrix aduocetur. Vnde rerum illa humanarum, diuinarumque conſenſio exſiſtit, quam ſectari ſe toties legum auctores profitentur. Aut certè inde illud fit, quod Eccleſiarum opes, quæ principum honeſtiſsimis donis, & pia populi munificentia largè, lateque auctæ diuina quadam acceſsione excreuerunt hac temporum & diſciplinæ corruptione auariſſimus quiſque ad ſe rapere conatur; eaſque eò licentius, ſpe ab ipſa impunitate oſtenſa deuorat; quod Eccleſiam leniſsimam, ac mitiſsimam parentem agnoſcit; eiuſque patrimonium quaſi in medio poſitum, vt indigentibus patere perpetuo cernit; ita etiam & furantibus expoſitum eſſe arbitratur. Quod certè exhauſtum rapinis nullum hodie exſtaret, ſi horum hominum profuſa cupiditas iudiciorum crebrò conſtricta vinculis, & patrum ſæpius alligata decretis in officio non contineretur. Nulla itaque pars eſt iuris Pontificij ocioſa, & inculta; nulla quæ in iudiciorum aciem frequens non prodeat. Ille tamen locus reliquis longe feracior & vberior eſt; qui rei beneficiariæ canones & decreta continet. Repete enim quæcumque à Pontificijs, de perſonis, de rebus, de iudicijs & actionibus differuntur, per omnes certè tractatus beneficiarius hic locus latè pertinet; & vix vllus eſt titulus, in quo huius loci mentio non incidat; cum ſint pene innumeri, in quibus de re beneficiaria pleraque præcipuo, ſpecialique iure conſtituuntur. Huc accedit in beneficijs duas ſpectari res potiſsimum; cultum ac miniſterium rerum ſacrarum, ipſius tum miniſtri iuſtam debitamque mercedem. Et verò de vtraque re à priſcis vſque Eccleſiæ temporibus canones inſtitutos primum, editoſque fuiſſe conſtat: deinceps autem tam multo temporum interuallo, & rerum varietate mutationem

tionem molientibus; nouis illos canonibus modo variatos esse & abolitos, modo à posterioribus Pontificibus rursus inuectos, & rursus intermissos. Vt hic locus non solum rerum, sed etiam temporum varietate varius & multiplex teneri aptè non possit; nisi etiam doceas quid primum in Ecclesia decretum fuerit, quid deinde quid postremò: tum hoc qua ratione modo inductum, modo antiquatum sit. Quod consequi nostrorum neruorum non est. Illi quidem non præstant, qui beneficiarium tractatum verbosissimis commentarijs onerant, nescio an interpretantur. Eius inscriptio generatim concepta vberiora pollicetur, quàm præstat. Etenim quæ postea definiuntur, pauca quædam sunt. Quamobrem, operæ me pretium facturum esse arbitror, si antequàm lectissima quædam huius argumenti loca pleniore velitatione persequerer, quæ in hac re dispersa atque infinita esse videntur; ea ratione quadam, ac distributione sub vno aspectu nouo auditori ponerem; caussis legum & prægressione cum progressu, & consecutione interdum comparatis; vt ipsi fontes rerum non cælentur, & appareant etiam quæ multò post Pontificum sequuta decreta sunt, aut Conciliorum; præsertim Tridentini sanctissimi & grauissimi. Hæc tamen strictim, & per summa capita. Nam tam multa, tam paucis quî possim? quæ singula immensam librorum molem occupant: Vt certè si non hinc doctus, eruditusque Lector discedat; at norit vnde sibi discendum sit; & quam viam, ad plenam huius rei intelligentiam affectare debeat. Quod si nostris è lituris inconcinna forte & rudis hæc disputatio cuidam videatur, non valde moror: cum in hac periclitatione & si nihil succedat nobis à nulla re periculum sit.

CAP. I.

De varijs beneficij notionibus, formis, quæ legis beneficia sint, an eis renunciari saluo iure publico poßit, vtriusq; iuris de ea re aliqua excussa capita de feudo Ecclesiasticum beneficium an feudis recte adnumeretur.

HOC tractatu Pontificũ Romanorũ rescripta, decreta, constitutiones multæ, prisci nouiq; canones conciliorum multi de præbendis, & dignitatibus collecti sunt. Enimuerò dignitates atq; præbendæ species veluti quædam partes quæ sunt ecclesiastici beneficij: (*a*) beneficiũ ipsum genus, quod multas formas cõplectitur. Huius autẽ vocis beneficij, nõ vna & simplex, sed apud iuris auctores multiplex & varia notio est quæ nobis euoluẽda prius, & explicãda est. Nã hoc è re esse (*b*) Vlpianus ait, & à magnis viris nõ immeritò factitatũ est; vel quod earũ rerũ, quæ plures vno vocabulo significãtur, similitudo quædã, & cognatio, vt plurimũ lateat; cuius cognitio, neq; infructuosa, neq; prorsus aliena sit: vel (vt nulla similitudo subsit) quod singula cũ disputatio excutit; atq; his, quæ aliena, diuersaque sunt, distinctis & reiectis, progressa longiùs in eã ducitur, de qua quæstio erat; tũ certior acquiescit; & à diffinitione instituta deinceps rectè manat oratio. Beneficiũ itaq; si generatim accipias, patet latißimè. Definitur à Sene. lib. de beneficijs. *Beneuola datio tribuens gaudiũ capientibus, capiensq; tribuẽdo, in id, quod facit, pronè & spõte sua parata.* Alij Codices pro datione, actio habent; & fortasse (*c*) rectius. Meminit huius definitionis feudorum auctor, tit. In quibus caus. feu. amittatur (vt quidẽ Frãcisco Hotomano videtur) satis alieno lo-

(*a*) Doctor. passim.

I.

(*b*) In. l. 1. D. de rebus cred.

(*c*) Cuia. de feud. tit. In quib. caus. feud. amittatur.

no loco. Beneficium certè interdũ non dationẽ, sed officiũ quoddã liberale, & plenũ comitatis signat: ea ratione, qui cõmodat, beneficiũ tribuere dicitur. Et quamquã beneficiũ ita acceptũ necessariò à nemine postuletur, quia tamẽ officij cuiusdã est; si is qui cõmodat, agat fide mala, id est, rẽ cõmodatam importunè repetat, aut vitiosam cõmodet, cõtrario iudicio vtiliter cõuenitur, l. In cõmodato §. Sicut. D. cõmodati. Adiuuari quippe nos, nõ decipi beneficio oportet. Recedit aliquando à recepta significatione longius beneficium, & quasi insitæ benignitatis II.
oblitum nudam alicuius operam, aut factũ, & prope culpam notat, vt in l Communi diuidundo §. Si debitor. illis verbis. *Quia hæc pars beneficio alterius venditori accessit*. D. communi diuidũ. in l. Ex damni infecti, illis verbis: *Detrimentum hoc, quod beneficio eius contingit, ipsum sarcire debere*. D. de damno infecto. Sed hæc fortasse rara, & minuta. Illud certè apud nostros autores frequens, beneficium III.
pro præcipuo quodam, specialique iure accipi, quod à Magistratu, Senatu, Populo, aut Principe, ætati, sexui, conditioniúe alicuius irrogatur. Magistratu, vt Prætore, cuius beneficio bonorum possessio apud Papinianum exercetur. l. 8. D. de collat. bonor. aut Tribuno, qui ius immunitatis militibus tribuit. Vnde beneficiarij milites Festo, qui muneris beneficio vacabant: Vegetio, qui beneficio promouebantur à Senatu, cum ius priuati alicuius causa, sine lege decernitur. Beneficiũ quoque Senatus est, vt bonis distrahendis curator fiat. l. Cuius. D. de curatore furiosi à populo, cum priuato beneficiũ tribuitur, id quod lata lege fit, & proprie priuilegium est. Nam priuilegiũ, auctore Gellio, iussum est populi, aut plebis rogante Magistratu, nõ generale, neque de vniuersis ciuibus, sed de singulis cõceptum: & beneficium hoc, legis etiam beneficium dicitur, vt cessionis bonorum ex lege Iulia. l. 1. & 4. C. qui bo-

nis ceder. poss. Principis autem beneficio multa compre henduntur, militare testamentum, Principis beneficium Macer appellat, l. Si miles. D ad leg. Falcidiam. Plenissimã indulgentiam Vlpianus. l. 1. D. de militari testamen. Hæc vero beneficia non vnius generis sunt. Generale beneficium est, quod ætati, sexui, aut certè alicuius conditioni in vniuersum tribuitur. Ætati, vt beneficium in integrũ restitutionis, quod minoribus x x v. annis datur. Sexui, vt Velleianum, quod mulieribus quæ pro alijs intercesserunt. Conditioni certè, vt epistulæ D. Adriani, quo fideiussores se insolidum conueniantur, de virili parte excipiũr, l. Inter. & l seq. D. de fideiussorib. Item ne quis pluris damnetur, quàm facere possit. l. Sunt qui. D. de re iudic.

IV. Quod vero singulis tribuitur speciale beneficium, & beneficium Imperatorum appellatur, l. 3. D. de cõstitut. princip. l. Si cui in prouincia. D. ex quibus caus. maior. Interdũ etiam ius, vt beneficium immunitatis Vlpiano. l 4. §. Quã quam. D. de censib. beneficium respondendi Pomponio l. 2. D. de orig. iur. beneficium aureorum annulorum Triphonino, l. Cum ex oratione. D. de excus. tutor. Ita etiam Frontinus beneficium aquæ dixit: Cassiodorus beneficiũ relaxati census: Plinius secundus beneficium trium liberorum. Passim autem eadem sententia legimus ius immunitatis, respondendi aureorum annulorum. Sũt denique

V. alia legis beneficia. In quibus (nam hoc caput quasi per satyram scribimus varijs de rebus, sparsim, & nullo ordinis delectu) hoc receptum est, his quemlibet renunciare rectè posse, quę pro se introducta sunt: liberalitas enim nolẽti numquã acquiritur, l. Hoc iure. § Nõ potest. D. de donatio. l Inuito. D. de reg. iur. quamquã eo loco Paulus nõ de legis, sed de hominis beneficijs agat. Parẽtis nimirũ qui potest testamẽto, epistula, aut monumẽtis alijs testificari, cuius, vel quorũ ex liberis libertũ libertosue suos esse velit, l.

 1. &

1.&.7.D.de aſsignat. libertor. Eaq; aſsignatione ius omne libertorũ aſsignatorũ ad eũ, cui id pater tribuit, ex S. Conſulto transfertur. l.48 D.de ritu nuptiar. Filius verò libertum ſibi aſsignatũ ſuſcipere inuitus Paulo auctore nõ cogitur. Sed receptũ eſt diffinitionem eã, in generali etiã legis beneficio, atq; adeò procedere ſi quid nominatim iure publico honoris cauſſa cui ita cõceſſum ſit, vt eo tãquã iuris beneficio milites, magiſtratus, ſacerdotes, aliudúe corpus, aut alius ordo perpetuo vti poſsint. Nam huic etiã iuri, quod vocari in dubium poterat, renunciari poſſe Iuſtinia. cõſtituit, l. Si quis in conſcribendo. C. de pactis. Quod tamẽ hactenus probandũ eſt, vt priuatorũ hac renũciatione, & cõuentione publico iuri non derogetur, l. Ius publicũ. D. de pactis. l. Neque pignus. § Priuatorũ. D. de reg. iur. Derogat autẽ iuri publico, qui viuo teſtatore paciſcitur, ne heres Falcidia vtatur, ne in funus vxoris quidquã impẽdat, dotis tamẽ parte aliqua recepta; ne furti, ne iniuriarũ ante illatã iniuriam, aut admiſſum furtum conueniatur. Denique ſi paciſcitur, ne ex maleficio, quod fiet, aut cõtractu qui habebitur, obligatio oriatur. Quod Cõſtantinus Harmenopulus Põponij loco doctè explicato in l.27. D. de reg. iur. elegãter ediſſerit lib. 1. prochiri. tit. 9. Cõtra verò nõ de iure publico, ſed de priuato, & vtiliter quis paciſcitur, poſt quã naſci actio, & inchoari cœpit, ne illa exerceatur: aut illata iniuria, furtoúe admiſſo, ne iniuriarũ furtiúe ſecũ agatur: vel mortuo parẽte, ne à fratribus hereditatẽ auferat, aut cũ Falcidię mortuo teſtatore locus eſt, ne Falcidia vtatur. Iaco. Cuia. (a) qui de hoc loco eruditè, ſed perobſcure hac prope ſententia perſcripſit, addit de priuato eũ iure paciſci, qui fori præſcriptioni ab initio contractus renunciat; inutiliter verò & de iure publico, qui poſt contractum geſtum. Deinde Innocentium. III. notat, qui in c. Si diligẽti. de for. compet. hac diſtinctione

VI.

VII.

(a) In l. Ius publicum. D. de pact.

non adhibita ſacerdotem, qui fori præſcriptioni renunciat, publico ait iuri derogare. Mihi longè aliter videtur.

IIX. Beneficium militibus, aut ſacerdotibus conceſſum renunciari rectè poſſe, niſi eius auctor beneficij illud ordini, aut corpori toto ita conceſsiſſe videatur, vt à ſingulis remitti non poſsit, vt in eo capite, vt in Mileuitano & Carthaginen. Cõcilio: quibus nominatim clericis interdictum eſt, ne coram laico iudice rei, etiã ſponte, cauſam dicãt, quaſi non ſingulis, ſed ordini potiſsimum hoc ſit collatum beneficium. Huic itaque beneficio ſiquis renunciet, etiam ſi ab initio contractus faciat, eum cenſeo publico iuri derogare. Etenim cum ſingulis hæc renũciatio prohibita ſit, priuata pactione renunciationis (quod fieri poſſe (a) Pomponius negat) ex ſollemni iure is immutat. Sollemne ius interpretor, ciuile, honorarium, Prætorium, Pontificium, quodcumque denique obſeruari neceſſe eſt. Ius autem ſollemne, publicum etiam ius eſt, & alterutro verbo ius hoc commune, leges, & mores intelliguntur. Hoc ſenſu publicum ius Lactantius accepit lib. 6. c. 23. *Non enim*, inquit, *ſicut iuris publici ratio eſt, ſola mulier adultera eſt*. Et publicum ius Harmenopulus interpretatur ius commune, & publicè ad omnium vtilitatem introductum: *τὰς κοινὰς νομοθεσίας, τουτέστιν τὰς κοινῶς, καὶ χρησίμως παντὶ εἰσαχθείσας*. Pactis itaque iuri publico derogat, qui aduerſus leges, mores, iura paciſcitur. At iure contendit Cuiacius definitum eſſe, ab initio actiones, & exceptiones pactis remitti, formari, transformari. Fateor ex eo capite ius publicum non lædi; & hac renunciatione, ſi iure non eſſet prohibita, ab initio mutari actionem, & remitti poſſe. Læditur tamen ius publicum ex alio capite; ſcilicet, quia renunciatio ea aduerſus canones eſt. Et quidẽ Petrus (b) Faber vir eximie doctus præſertim in Cuiacij ſchola, ex qua vir ille talis, tãtuſque prodijt, Cuiaciũ tueri nõ modo

IX.

D. c. Si diligenti. de for. compet.

(a) D. l. Nec ex Prætorio.

(b) In d. l. Si quis ex prætorio. D de reg. iur.

mihi visus est, sed etiã neque recte accipere. *Plane*(inquit) *post mortẽ patris pacisci filius poterit de inofficiosi querela, quæ iam nata est, nõ mouẽda, eique renũciare: nã de iure priuato, non de publico paciscitur. Quod tamen is Pontifex non diceret, qui tradit, ideo se constituere, ne sacerdos renuntiare posit fori præscriptioni, quod ius publicum renunciari non possit priuatorum conuentione.* Et addit eo nomine à Cuiacio rectè notatum. Sed neque rectè, neque eo nomine; aut ego vehementer fallor. Res ita expediri potest. Publico iuri priuatorum pacta derogare ex triplici capite dicimus. Primum si actioni ei, quæ non dum nata est, neque dum sibi competit, quis renunciet, vt legi Falcidiæ viuo testatore; querellæ inofficiosi viuo patre; iniuriarum, & furti actioni ante illatam iniuriam, furtumue admissum. Alterum caput est, si fori præscriptioni, priuilegio, aut beneficio cuicumque quis nudo pacto renunciet post contractum gestum, vbi tamẽ actione erat opus. Nam ad publicum ius spectat, ne actionum modus lege, aut Prætore introductus priuatorum pactionibus infirmetur: nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos conuenerit. Pomponij hęc verba sunt: apud quem illa opponuntur. Priuatorũ pactis ius publicum nõ mutari; licet actiones frequenter ab initio pactione mutentur. Ita Harmenopulus extulit. Mutabitur itaque ius publicum pactis, si pacta non ab initio, sed ex interuallo, & post rem contractam ad actionem interponantur. Quod I. Cuiacius, eo loco, vt ego opinor, ita expenso eleganter primus vidit. Tertio ex capite iuri publico quis derogat, si aduersus leges, canones, bonos mores, commune ius paciscatur; tametsi ab initio id faciat, & actione iam nata. Si sacerdos itaque fori præscriptioni ab initio contractus renunciet, cum iuri publico non derogare ex secundo capite, Cuiacius opinatus est: de primo autem illum Petrus Faber accepit non rectè. Nec primum caput ad hanc speciem satis

pertinet. Nam fori præscriptio clerico neque in ipso contractus initio, neque post contractum gestum, nō denique antea cōpetit, quam in ius apud iudicē laicum vocatus sit. Sed vt illi verè præcipiant, & saluo publico iure quoad vnū & alterū caput fori præscriptio renūcietur, certè ex tertio capite ea renūciatio publico iuri derogat. Cū sacri canones hoc fori priuilegium singulis clericis ita cōmune esse voluerunt, vt à singulis remitti non possit; ne præter dignitatē is ordo causam passim reus dicere apud iudices profanos cogatur, quibus inter clericos iuris nulla dictio est. Postremò etiam obseruandum est, illam Cu-
X. iacij præceptionem non certè accōmodari omnibus articulis, quos Iustinianus explicuit d l. Si quis in conscribendo. C. de pactis. Nam si miles, si magistratus fori præscriptioni renunciet; idque non ab initio, sed ex interuallo, & post contractum gestum, non de iure publico, sed de priuato paciscitur, & vtilis renūciatio est. Quoniam cum miles se rem ad suos iudices non reuocaturum pollicetur, non item alterius hoc est nō sui iudicium subiturū se esse pollicetur. Hoc est nō tā id agit, vt ipse se alieno iudici obliget, quā vt aduersariū liberet necessitate ad iudicē militarē veniēdi. Quo fit vt cōtra militē ad suum iudicē reuocātem, exceptione tantū actori opus sit, ne ad eū iudicē trahatur. At verò si pactus quis esset, vt alius iudex, quā cuius iurisdictio est, ius diceret (quæ species Africani fuit) aut si sacerdos fori præscriptioni renunciaret, quoniā vterq; iudicis non sui se iurisdictioni subijcere pollicetur, actori opus actione est, vt promittentē ad iudicē alienū pertrahat. Ex his autē cōuentionibus, quæ post cōtractas res, & ex interuallo gerūtur, actiones nō oriri cōstat: at oriri exceptionis, quæ reis prosunt Itaq; vt Harmenopulus superiore loco explicat, pactum si ab initio non accessit; sed ex interuallo, actionem quidem mutat: sed actori est inutile,

l. Si conuenerit D. de iuris. omn. iudic.

reo

reo vero parit exceptionem. Hæc de legis beneficio, quæ à me eo fusius tractata sunt, quod hic locus, cum passim commentarijs vexetur, tamen nusquam rectè expeditus est. Sed de alijs beneficijs videamus. Sane Longo bardorum lingua beneficium appellatur feudum, quod ex beneuolentia ita datur alicui, vt proprietas rei immobilis beneficiatæ penes dantem maneat, vsusfructus verò ad accipientem transeat, d. titu. in quibus cauf. feud. amittatur. c. I. §. In primis. in illis libris frequenter beneficiare, & beneficiarius pro infeudare, & feudatario. Aiunt hæc feuda antiquo exemplo reperta. Nam moris veteribus fuisse aiunt, prædia quædam, ac possessiones militibus assignare; vt hoc beneficio deuincti res publicas, suasque simul animosius tuerentur. Id ab Alexandro Seuero factum aliquando fuisse ex AElio Lampridio intelligimus. Quē & alij Imperatores ante Iustinianum sequuti sunt, vt ex eorum constitutionibus apparet, l. vlt. de fund. limitro. li. 11. C. & prædiorum huiuscemodi militarium mētio apud Constant. Harmenopolum, aliosque auctores non semel fit. Hæc autem prædia beneficia frequenter appellantur, & qui ea possident beneficiarij. Vnde & nomen ad feuda translatum est, atque etiam si F. Duareno credimus, ecclesiastici beneficij appellatio eodem ex fonte fluxit. XI.

Ceterum summa nobis cautio sit, ne Fr. Hotomano temere assentiamur, qui in disputatione ea, (a) quam de feudis conscripsit, ecclesiasticas Præfecturas, Episcopia, Abbatias, beneficia denique omnia eorum Principum, quorum in ditione, atque finibus sunt, feudis adnumerari contendit, nonnullis ex Abbate Vrspergensi, Alberto Krantzio, Othone prolatis locis, quibus testatum est Imperatores, ac Reges cum ecclesiasticas dignitates suo iure contulisse, tum pro inuestituræ symbolo modo sceptrum aureum, modo annulum, XII. (a) c. 10.

& vir-

&virgam adhibuisse. I. Cuiacius ecclesiastica beneficia feuda proprie esse disertè negat: sed tamen annonarijs ea feudis, ærarijs habitationum comparat. A principibus verò, vt propria feuda conferri solita fuisse refert, & de regalibus, de iure vestituræ ex Alberto Argentinensi, atque alijs non dissimilia quædam adiungit. Ego verò non sum nescius inter Romanos Pontifices, & Imperatores præsertim Henricos, III. IV. & V. Federicum vnum, atque alterum, Othonem, summa contentione fuisse decertatũ; quod illi ex Adriani (a) Pontificis, atque Leonis (b) concessu sacrum scipionem, annulumque pastoralem episcopis, ceterisque patribus dare sese debere contendebant.

(a) c. Adrianus. 63. dist.
(b) c. In synodo ead. dist.

XIII. Hoc tamẽ aio, arctèque defendo præter nominationem eam, quæ Principibus quibusdam, vt patronis iure recepto competit, in ecclesiasticis beneficijs conferendis, nihil eos sibi vendicare posse, quod à veterum patrum decretis, sanctaque doctrina non discrepet. Quod verò afferũt de sacræ vestituræ iure ab Imperatoribus sæpius vsurpato; primùm aio vsurpationem eam Pontificum decretis, & concilijs sæpius improbatam esse: aut si quis forte remissior in re ea ad tempus conniuendum esse arbitratus est, illud vi, atque metu, extortũ. De Paschali certè, & Hẽrico ita Paulus AEmilius libro V. rerum Gallicarum. *Paschali necesse fuit caput hostis sui corona exornare, ac ius sacrarum vestiturarũ fando illi permittere. Discessu Cæsaris Pontifex habita synodo decretum vi factum induxit.* Fuit verò synodus ea, quã à Paschali ad Trecas habitã fuisse anno M.C.XVI. Nauclerus refert. Ex qua synodo de coercenda laicorum in ecclesiasticas dignitates vsurpata potestate, de libera pastorum electione apud Gratianum extant decreta, c. Si quis clericus. c. Constitutiones. c. Nullus. c. Sicut. 16. q. 7. ante Paschalem verò Alexander II. Synodo à se habita, tum Gregorius VII. Generali Romano Concilio Ecclesiæ libertatem

tem feudali hoc prætextu à principibus laicis occupatam seuerissimè sanxerunt, c. Per laicos. c. Si quis deinceps. c. Quoniam inuestituras. 16. q. 7. post Paschalem etiam; ab alijs ea cura Pōtificibus nō segniter suscepta est, vt à Calixto minore in synodo Romana, quā anno M. C. XXIII. Laterani DCCCC. XCVII. episcoporū, siue Abbatū numero celebrauit, de qua in Chronicis additis Sigeberto his verbis scribitur. *Pax inter regnum, & sacerdotium reformatur, & ius inuestiturarum Episcopalium ab Imperatore exfestucatur.* Concilio item Lugdunensi ab Innocentio IV. vnde. c. Ad apostolicæ. de sent. & re iudic. lib. 6. Et verò huic graui, difficilique morbo, quem per res Ecclesiæ peruasurum longa animi prouisione antiqui patres viderant, multò antea adhibita curatio est Nā Apostolorū, canone XXXI. grauiter hoc primum vindicatum est: *Si quis,* inquit, *episcopus secularibus potestatibus vsus Ecclesiam per ipsos obtinuerit deponatur, & segregentur ab ecclesia omnes, qui illi communicant.* Quem canonem Nicæna synodo secūda ea, quæ septima synodus dicitur, laudatū repetitumque fuisse legimus, c. Omnis electio dist. 63. c. Si quis episcopus. 16. q. 7. Quod si Ecclesiæ libertas, eo canone contento, ab Imperatoribus aliquando tentata est, non impune tētata est, sed magnos res ea motus attulit. Nam à Timotheo, quem in Cathedra Constantinopolitana Anastasius Imperator collocauerat, quadraginta Illyrici, & Græciæ episcopi, re cōposito libello exposita, & oratoribus Romani missis desciuerunt. Quin etiā, cū Dioscurus iunior in sedē Alexādrinā eadē ratione esset admissus, quod res more patrū nō gereretur, innumeros facta seditione populos secessisse Anastasius Bibliothecarius in chronicis auctor est. Ita factum est, vt Reges, & Imperatores ipsi cōscij rei alienæ hæc iura mutato cōsilio Pōtificibus Romanis restituerint, vt de Carolo simplice, Frācorū Rege, de Roberto, de Hērico Paulus AEmilius

lius refert lib.3 & 5. de aliјs aliј. Deinde vt ea gesta essent, quæ fuisse Hotoma. affirmat)& nos in ea re nō semel pec catū esse nō inficiamur,d c. Adrianus c. In synodo.63.di 6. non eo magis in eius sententiam adducerer. Vtinam in illis fluctibus,& cursu rerum,cum ecclesiastici status facies miseris,indignisque modis deformata fuit, cuiuis in promptu non esset plurima commemorare vulnera,quæ Christianę afflictę rei ab Imperatorū libidine,inusta sæpe sunt. Si hæc indignitas rerum & intemperantia pasim in libris non occurreret,& illorum facta cum legibus semper consensissent,tunc certè quærendū nobis esset,nō solū ex præscripto canonū quid fieri deberet, sed etiam singulas per ætates quid factū esset..vt qui ecclesiastica beneficia principū esse feuda ex eo capite volūt, paucorū mihi potius in iustitiā accusare videantur,quā huic sententiæ fidē vllam

XIV. inde astruere. Postremò illud addam, si veteris memoriæ ordo altius repetatur, opinionē eā nulla posse ratione cōstitui:si quidem ecclesiastici beneficij,(de re ipsa nunc loquor,nō de appellatione,aut distributionis forma,quę postea nō semel immutata est,) origo ab ipso Ecclesiæ initio primū instituta est. Tūc enim & episcopi vrbibus prefecti sunt,& in Ecclesijs singulis creati sacerdotes,ac reliqui rerū sacrarū administri c. Eccles.16.q.7. quorū opera cū sacris asiduè procurandis dicata esset ,eos ali ecclesiasticis bonis debuisse satis intelligitur,& verò Ecclesiæ hæc bona,propria illorum bona Clemens appellat, qui lib. constit.1.c.24.*Sumat ergo,*inquit,*episcopus cibi quantum sufficiat in indumentum,quod necessitati,& grauitati congruat. Bonis inquam dominicis non tanquam alienis vtatur. Moderatè tamen,neque abutatur rebus,sed ea tantum appetat,quæ corporis cōstitutio postulat,* Hinc episcopi tā multis locis dispensatores appellātur, & vt fidē præstent,quasi rationes reposcendi admonentur. Illud etiam,quod Clemēs ait,in Apostolorum canonibus

reperitur. Quibus hoc quoque præcipitur, vt episcopi res proprię à rebus Ecclesię distinctæ, separatæque sint, c. Sint manifestæ. c. Ex his autem. 12. q. 2. Iā verò, cum à Dionysio Pōtifice parœciæ distributæ, diuisiq; per vrbē tituli sunt, dubitandum nō est, quin ecclesiasticæ hæ annonæ singulis certiore quodam nomine constitutæ ad beneficiorum nostrorum similitudinem proprius accesserint. Nam cū sedes, titulique certi clericis ordinandis à Concilio (a) Carthaginensi adsignantur; cum eisdē alēdis à Simplicio (b) portio quædā præfinitur à reliquis ecclesiasticis bonis separata, cū in vniuersa Ecclesia hoc idē à Gelasio Paulo (c) aliter subducta distributionis ratione decernitur, non pressa leuiter sed certissima ecclesiastici beneficij vestigia apparēt. Iustinianus certè de ecclesiasticis beneficijs crebro loquitur; neq; id apertius faceret, si hoc trito vocabulo ea appellaret. Nam nouella 3. & 6. clericis in omnibus ecclesijs numerū certū constituit, supra eum numerū præcepit neminē cooptari: neminē sine annonarū præbitione, eo nomine, atq; alijs multis, (vt rectè A. Augu. obseruat,) beneficia ecclesiastica recitato loco, & nouella 7. 57. 123. significat: pro quibus nostri varia itē, erogationes annonarū, panes ciuiles, diaria, atq; alia extulerūt. Hæc de beneficijs ecclesiasticis ante Iustinianum. Nā postea, quæ apud Gregorium, aliosque Pontifices huius rei monumenta reperiuntur, longum esset colligere. Cum tamen doctioribus cōueniat, feudorum ius paulo ante Caroli Magni, id est, lōga post tēpora ex Lōgobardorū, qui ab eo deuicti sunt moribus ortū habuisse. Nam Haloandrū qui feuda Romanorū antiquas militias esse voluit Lælius Taurell9, (d) & Frā. Duarenus rectè notant. De clientelis verò, & fundis limitrophis, quod Budæus, & Zasius afferunt, hactenus placet, vt similes quidem res aliqua ex parte sint, non tamen eædem: cum in clientelis prædia nulla reperiantur: in fundis autem

(a) c. 1. dist. 70.

(b) C. de redditibus. 12. q. 1.

(c) c. vobis. c. vulteranæ. c. quatuor. 12. q. 2.

In not. ad Iustinianum.

XV.

(d) lib. de milit. ex casu. apud quem & reliquorū loca.

autem de fidelitate, & obsequio nec mentio. Quo effectum est ecclesiasticum beneficium, aut (quod re idem est) iustam clericorum mercedem, & alimonias; quæ instituti clericis, & ministris cum primis debitæ, constitutæque sunt, nouissimo hoc feudorum iure censeri minime posse Hæc de temporis ratione. Nam si rei vtriusque natura penitus inspiciatur Multo facilius sententia illa loco

XVI. mouebitur. Ecclesiasticum quidem beneficiũ ius quoddam est clericis ob sacrum ministerium in perpetuũ concessum: itaque sacra & spiritalis res, cuius rei incapaces profani, laicique homines sunt. At poterunt res eas feudi nexu obligatas alijs retenta proprietate concedere, à quibus ipsi omni iure interdicti sunt? quarum proprietas nullius in bonis est? placeat etiam laicis hominibus clericos fidem eam præstare debere, quam vasallus domino præstat; ob eamque fidem, & obsequium, quod in feudis necesse est, beneficia potissimum esse concessa? ferre hoc nemo posit; Quo nomine rectè responsum est, episcopos, qui fidelitatem Papæ debent, si eidem iureiurando obstringantur, non eiusdem esse vasallos. Dantur his quidẽ redditus, & fidem præstare debent: sed non his pro fide & obsequio dantur; sed pro ecclesiastico ministerio. Quod si res ipsas spectes, quarum fructu, & redditu, beneficiarij aluntur, non aliter statuendum est: nam decimæ, primitiæ, oblationes, sacra spiritaliaque bona eodem iure censentur. Reliqua temporaria, vt prædia & possessiones: quas certè plurimas Ecclesia ab initio ante repertum feudorum ius adepta est; plurimas etiam postea: sed gratuito, liberalique munere nulla seruitutis, aut feudi lege. De quibus dicendum iam nobis est, vt hæc omnis præceptio explodatur.

CAP. II.

De ecclesiastici patrimonij origine, & per varia tempora progressu. De alijs bonis tam temporarijs, quam spiritalibus, quorum ex fructu ac redditu beneficia coaluerunt.

NVNC de opibus & Ecclesiæ patrimonio dicẽdum est. Quas opes, & patrimonium qui sacerdotibus præfracte nimis tollunt, auri infinitam & temerariam cupiditatem haud obscure præseferunt. Expleri diuitijs, in eisque bachari satis sibi non videntur, si quid vel ad vitam necessarij subsidij penes alios residere patiantur. Aut certè si in eo vitio non sunt, imprudentes pari aut fortasse grauiori culpa peccãt, dum adumbrato religionis prætextu sacrum hunc ordinem, eneruatum, atque imbecillum multorum inuidiæ, seu potius impietati tradunt. Præclare quidem Philo sacerdotum copias, & lautiorem victum, certissimum ait publicæ pietatis documentum esse. Sed hæc alias plenius. Ecclesiastici patrimonij, vt quidem origo & incrementum per varias ætates, ac tempora appareat, constituẽdum est, beato Augustino auctore, ecclesiasticæ pecuniæ formam à Christo Domino, & seruatore nostro primùm institutum fuisse. Nam eum non emendicato cibo vitam coluisse, sed habuisse facultates aliquas quamuis pertenues vehementi, & acri constitutione Papa Ioannes XXIII. declarauit, eorum qui contra sentiebant, merito opinione damnata. c. 4. & c. 5. De verb. signif. in extrau. quam constitutionem haud multum cum sacris libris conuenire satis quidem temere, & pernicioso exemplo Platina Cremonensis scribit. Refert eius verba Hotomanus. (a) Oblatas itaque pecunias,

Tract. 62. In Ioannem.

(a) Disput. de feudis. c. xx.

cunias, vt inde victum, vestitumq; tam sibi, quàm comitibus, & sectatoribus suis cōpararet, Christum asseruari iussisse indicāt Ioannes. c. 12. Aug. ad Ioānem. (a) Beda & alij. Qui vero cōtra putāt, huic sententiæ ex locis perperā acceptis perperam occurrunt. Nam quod Dominus de crastino non esse cogitandū præcipit, non ideo pręceptū fuisse Augu. autumat, vt nihil pecunię à viris sanctis seruetur, sed ob eā ne Domino impēdatur cultus, & propter inopię timorē iustitia deinde deseratur. c Habebat. 12. q. 1. Alij vero eū locū ita interpretantur, vt non proxime aduenientis diei, sed totius temporis futuri spatium crastino die significetur: vt interdicta ea cura, sollicitudoque sit, non qua sibi homo proxime aduentantis diei victum cō parat, sed qua in rem attentior, quam par est, in posteræ totius vitæ, quam sibi fortasse pręlongam falsa spe pollicetur, cursum consulit, diuino interim cultu contempto, aut saltim intermisso, nec citra spei frigescentis abiectionem. Cras autem futurum omne tempus notari in sacris libris auctor est Hieronymus ad Matthæum. c. 6. & indicant illa Genes. c. 30. de Iacob. *Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placati tempus aduenerit coram te.* Et Phitonissa ad Saulem. *Cras tu, & filij tui mecum eritis.* Potest etiam recte dici, illis Domini verbis, non tam crastini victus reseruationem damnari, quàm illam de fluxis ac temporarijs rebus curam, & sollicitudinem, quæ à Deo, diuinarumque rerum studio animum seuocat, & abalienat: quod Theophylactus in illo Matthæi loco non obscurè præsefert. Enimuero Christum Dominum, eiusque Apostolos in crastinum diem seruasse ex sacris libris non semel intelligimus, vt Ioannis. c. 6. *Colligite quæ superauerunt fragmenta, ne pereant, collegerunt autem duodecim cophinos fragmentorum.* Et Paulus prima ad Corinthios capit. XVI. *Collectas fieri iussit per*

(a) Tract. 62

II.

per vnam Sabbathi, vt indigentibus distribuerent. Nec tamen vna die omnia diuidebantur, sed pro pauperum inopia, & egestate. Item Actu. capit. IX. *Parata multa fuere ad fratrum inopiam subleuandam propter instantem famem, quæ per Agabum prædicta fuerat, & sub Claudio postea euenit.* Paulo etiam Romam nauiganti Actuum. XXV. vnius ne dieculæ viaticum præbitum esse tantum censendum est, an eius temporis quo ex Asia Romam transmitti solet? Nec etiam obstat illud Matthæi cap. 10. *Nolite portare aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris.* III.
Multa enim Apostolis aliquo tempore interdicta legimus quæ postea eis licuerunt. Itaque hanc pecuniæ prohibitionem, non perpetuam, sed ad tempus & in illo legationis munere solum factam esse credendum est. Deinde illud non præceptum, sed consilium fuisse sæpe Augustinus ait, vt lib. 2. de consensu Euangelistarum ca. 30. & contra Adamantium. c. 20. de mendacio. c. 22. eadem prope in sententia fuit Theophylactus ad Ioannem. c. 13.
Hæc tamen vberius, & accuratius Theologi Christo IV.
Domino in cælos sublato ex ipsismet nascentis Ecclesiæ cunabulis exstitit quasi tempus alterum. Nam Apostoli, discipuli, & Christi cultores maiorem sunt pecuniæ vim adepti, omnibus omnium credentium bonis in commune prolatis. *Multitudinis,* inquit Lucas, *credentiũ erat* Act. ca. 4.
cor vnum, & anima vna. Nec quisquã eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Omnes autem, inquit Clemens epistola V. *Qui domos vel agros possidebant, vendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant ponentes ante pedes Apostolorum, & diuidebantur singulis prout cuique opus erat.* c. Dilectissimus. 12. q. 1. Ex prædijs autem diuenditis pecunias redigere, quam ipsa tunc in Iudæa prædia retinere Christianæ genti potius idcirco fuit, quod ecclesiam ingentibus futuram esse prospiciebat.

ciebat.c.Futuram.12.q.1.qui ea non cõsumptus sit ex scripto de primitiua Ecclesia,& munificẽtia Cõstantini,falso tamẽ à collectoribus canonum &,qui eos sequutus est,F. Duareno sub Meltiadis nomine profertur.Quẽ ante synodũ Nicęnam indictam decessisse cõstat,cuius tamẽ synodi mentio in eo fit.Ceterũ post Apostolos Christianus fidelisque populus per varias orbis partes iam peruagatus, cum ex agrorum,quos antea vẽdere solitus est, fructibus vberiores sumptus,& vitæ,quam cõmuni conuictu trãsigebat,rationem cõmodiorem consequi se posse speraret, cœpit prædia & agros matricibus ecclesijs tradere, & ex eorũ sumptibus viuere. Auctor est Vrbanus c.Vidẽtes.12. q.2.huius cõmunis vitæ nõ semel B.Aug.meminit sermone xxv. de verbis Apostoli,& de moribus Ecclesiæ contra Manichæos c.35.meminit etiã Epiphanius.(a) Præclare quidẽ Hieronymus libr. de ecclesiasticis scriptoribus scribit,talem primũ Christianorum conuentũ fuisse,quales monachi sese esse profitentur,& cupiunt. Vt nihil cuiusquam proprium sit. Nullus inter eos diues, nullus pauper patrimonia egentibus diuidant,orationibus vacent,& psalmis, quales primũ D.Lucas refert Hierosolymis fuisse.Hieronymo cõsentire(b)Philo creditur, qui de prima Marci Euangelistæ apud Alexandriã Ecclesia nõ solũ in ea ciuitate,sed multis alijs in prouincijs Christianos fuisse memorat;& habitacula eorũ vocat monasteria. Habet locus ille multa,quę vniuersę Ecclesię moribus per ea tẽpora haud dubie cõgruunt:& tamẽ probabilius est therapeuticis illis Philonis non tam Christianum ipsum populum generaliter intelligi, quam de eo populo institutum quodam, & genus hominum, qui rerum diuinarum contemplationi dediti extra vrbem, ac mænia cellulis abditi anachoretis & monachis non dissimiles monasteria illa, seu semnea accolebant. Et nominatim

A.Augu. priore li.de emenda.decreti dialogo.6.

V.

(a) tom.1.li.1.c.61.

(b) de vita contemplatiua.

Dionysius in Ecclesiastica historia monachos, quondam Therapeutas dictos esse refert. Sed videamus de Plinio, cuius eum locum, qui de Essenis est, ad Christianos pertinere Francisco (a) Turriano viro præstanti, atque eximie erudito videatur, *Gens*, inquit Plinius, *sola, & in toto orbe præter ceteras mira, sine vlla fœmina, omni venere abdicata, sine pecunia, socia palmarum, in diem ex æquo conuenarum turba renascitur large frequentantibus quos vita fessos ad mores eorum fortunæ fluctus agitat.* vt Esseni, deflexo nomine, pro Iesæis sint. Iesæi autē primi Christiani dicti sunt, siue à Iesu, quasi θεραπευταὶ. aut etiam quod Epiphanius putat; à Iesse patre Dauid, ex cuius prole natus est Iesus. Quæ certè, tametsi erudite reperta sunt, Plinij verbis minimè conueniunt. Quæque apud eum continuo sequuntur, ea hanc coniecturam prorsus labefactant. *Ita per seculorū*, inquit, *millia incredibile dictu est, gens æterna est, in qua nemo nascitur.* Quod de Christiano populo adolescente tunc, & vix constituto dici haud potuit. Cum præsertim Essæi, seu Esseni nota sit Iudæorum gens, quorum vitam, mores, instituta copiose Iosephus edisserit. περὶ Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως. lib. 2. c. 12. A quo Sudas & Barinus ita sunt mutuati, vt illorum verba cum Plinianis non minima ex parte cōsentiant. Quid? C. Iulius Solinus Plinij locum ita extulit, vt totidem prope verbis interpretatus sit. *Interiora*, inquit, *Iudææ, quæ Occidentem contuentur Esseni tenent, qui prædıti memorabili disciplina recesserunt à ritu gentium vniuersarum. Maiestatis vt reor prouidentia ad hunc morem destinati. Nullæ ibi fœminæ Venere se penitus abdicarunt, pecuniam nesciunt, palmis victitant: nemo ibi nascitur, neque tamen deficit hominum multitudo, locus ipse addictus pudicitiæ est. Ad quem plurimi licet vndique gentium properent, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentiæ meritum prosequitur. Nam qui reus est, vel leuis culpæ, quamuis summa ope ingressum adipisci velit, diuinitus*

VII.

(a) Ad Clem. cōstit. lib. 2. c. 25.

nitus summouetur. Ita per immensum spatium seculorum (incredibile dictu) æterna gens est cessantibus puerperijs. Hactenus ille. Ad Christianos certè pertinent illa Luciani in Peregri

IIX. no. καταφρονοῦσιν ἀπάντων ἐξίσης καὶ κοινὰ ἡγοῦνται. Ceterum in huius temporis enarratione illud obseruari imprimis oportet, Apostolos eorumq; successores inuitū neminē ad hanc bonorum cōmunicationem coëgisse. Quę scilicet cōmunicatio à Christo Dño præcepta numquam fuerit. Nam proprietas, & discretio dominiorū, cui nostra religio minime repugnat, ideo iure gentium recepta est, quia obtineri ab hominibus non posse creditur, in tā deprauatis eorum moribus vt sine fraude & discordia in rerum cōmunione perseuerent. Nemo itaq; cogebatur inuitus bona in cōmune cōferre. Verū si vltro quis mutuæ caritatis affectu hoc facere vellet, facere hoc quidē fide bona debebat, citra fraudē, & simulationē aliquā. Huius fraudis, & mēdacij nomine Ananiam dānatum fuisse ex il

(a) Ita Lyra & Rabanus. lis Petri Apostoli verbis (a) intelligitur. *Anania*, inquit, *cur impleuit Sathana cor tuum, vt mentireris Spiritui sancto, & fraudares de precio agri? nonne prorsus tibi manebat, & venundatus erat in tua potestate.* Prædia autem, quæ ab his, qui cōmunem vitā instituebant, Ecclesiæ semel dicata fuerunt, alienari deinceps ius non fuit, nec eorum fructus nisi ad inopes alēdos impēdi potuisse tradit Clemēs Apostolicarū cōstit. li. 2. c. 25. Et Vrbanus id pœnis decretis sanxit, cuius epistula ea, quæ ad fideles scripta est, satis mihi hanc sententiam probat, qua ille fideles nō astringit, sed cohortatur ad hanc vitæ cōmunionem, vt planè indicet eam non ex legis necessitate manare, sed veræ laudis, caritatisq; studio contineri, vt certe illis verbis. E quibus Episcopi, & fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent. Exstant hæc apud Gratianum c. Videntes. 12. q. 1. sed non tempestiue

decisa,

decisa, sequitur paulo post. *Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum Ecclesiæ, quibus Episcopi præsident, domino adminiculante creuerunt; & tantis maxima pars earum abundat rebus, vt nullus sit in eis communem eligens vitam indigens.* Tum illis. *Vos autem monemus.* Et infra. *& quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, ne pollicitationem suã irritam faciat, sed ad hoc quod domino est pollicitus fideliter custodiat.* Tum paucis interiectis. *Quoniam satius est non vouere, quam votum prout melius potest, non perficere.* Hæc Gratianus retulit. c. Scimus. 12. quæst. 1. Itaque conferre is sua bona in commune debet, qui communem vitam degere vult, qui eam eligit, qui eam vouet. Nam nolenti, non eligenti, non vouenti nullam lex necessitatem affert. Vrbanus autem non de moribus ætatis suæ, quæ tamen prope ab ætate Apostolorum abfuit, sed de ipso Apostolorum tempore agit, vt ex illius decreti contextu liquet, in qua re perspicue Hotomanus labitur, qui putat ab Vrbano Papa primum constitutum esse, vt Ecclesia fundos, & prædia dono à fidelibus oblata reciperet, & huius erroris auctorem Platinam laudat. Igitur qui communem hanc vitæ rationem sequebãtur, hinc cœnonici dicti sunt, eoq; verbo vtitur Eusebius Archiepiscopus Alexandriæ, non eius quæ est in Africa, sed quæ in Asia, ad quam translatum eum ex parua ciuitate Antherus Pontifex refert. Cum itaque Eusebius in sermone de die Dominico populum cohortatur, vt ex Apostolorum canone nono integro Missarũ sacrificio in Ecclesijs intersit. *Siue sit cœnonicus,* inquit, *siue non sit, permanere debet* μέχρι τῆς ἀπολύσεως τῆς ἐκκλησίας, id est, quoad Ecclesia vel populus dimittatur, eo ritu, quo nunc dicitur in extremo sacrificio. Ite, Missa est, id est, misio, seu dimissio. Iuxta illud, ἄφεσις τῷ λαῷ. *siue cœnonicus*, inquit, *sit, siue non sit*, id est, siue communem vitæ degendæ viam cum fidelibus vna

Disput. de feudis. c. x I.

IX.

institerit, communique sumptu alatur. Siue etiam de suo, suarum rerum dominio retẽto viuat. Idque siue clericus, siue laicus sit. Adde enim non solum id laicis licuisse, sed etiam clericis. Si modo sua bona seorsim, & separatim haberent, ne cum Ecclesiæ bonis confunderentur. Idque ab ipso Apostolorum tempore, vt constat ex eorum canone xl. apud Gratianum c. Sint manifestæ. 12. q. 1. & alijs post concilijs confirmatum est, vt Agathensi canone. 48. Antiocheno. can. 4 In eam sententiam sunt. c. Certe ego. c. Nolo. c. Episcopi. c. Manifesta. 12. q. 1. Cœnonici itaque esse tam laici, quam clerici, vt de suo viuere tã clerici quã laici poterant. Vnde relinquitur Eusebij locum illum nõ recte ab his exaudiri, qui per cœnonicos, clericos tantum intelligebant. Quod tamen hactenus temperatum est, vt

X. clerici, qui propriis opibus vitam tolerare possent, si eas priuatim retinerẽt, ecclesiasticis bonis ali nequaquam deberent. c. Clericos. c. Pastor Ecclesiæ. 1. q. 2. c. Si priuatim. 12. q. 1. c. Quoniam in fi. 16. q. 1. Quorum canonum definitio, si huic tempori & œconomię bonorum ecclesiasticorum accõmodetur, summa æquitate constat. Idque viris doctis probatum (a) est. Nam post Gelasij diuisionem ius est clerico etiam diuiti ecclesiastica bona in suam vtilitatem & alimenta conuertere. Quæ ab (b) alijs de illorum canonum explicatione afferũtur, mihi displicent. Hinc etiã apparet valde eos decipi, qui pro hoc secundo tempore tria tempora constituebant. Vnum cum neque clericis,

XI. neq; laicis licuit bona propria separatim habere. Alterum cum laicis solum licuit. Tertium cũ clericis etiam. Astruebant secundum ex. c. Videntes. c. Expedit. c Episcopus. c. Duo sunt genera 12. q. 1. c. Dicimus, c. vlti. 16. q. 1. Tertium vero ex. c. Certe ego. c. Nulla. c. Sint manifestæ 12. q. 2. c. Clericos. 1. q. 2. Næ illi in re non dubia offendunt. Nam c. Sint manifestæ. Ex quo tertium tẽpus cõstituunt multo

(a) Dñico Soto. de Iust. & Iur. li. 10. q. 4. arti. 3. in solut. ad 2. argu.

(b) Couar. ad. c. 1. de test. u. 3.

est

eſt antiquius c.Expedit.&.c.Duo ſunt genera.12.q.1.Dein de ex c.Epiſcop⁹.12.q 1 potius intelligitur, epiſcopo licuiſ ſe bona propria priuatim habere.Atque ideo interdũ nõ indigere.Illis verbis. *Si tamen indiget.* Poſtremo non ſolũ ex Vrbano,ſed alijs ex locis ſatis demonſtratũ eſt.Vitę cõ munis neceſsitatẽ neq; laicis nec clericis tẽpore vllo fuiſ ſe impoſitã.Hoc igitur tempore certatim pij fideleſq; viri XII.
lectiſsima quæque prædia poſſeſsioneſq; ſuas Eccleſiæ of ferre cœperunt.Pręter ceteros autem præſtãs Cõſtantini liberalitas,maximaque in Eccleſiã beneficia cõmemoran tur.c.Cõſtantinus.96.diſt.c.Futurã.12.q.1.(*a*) neq; eius ge neris dona,quæ à pijs hominibus in varias totius orbis Ec cleſiæ allata ſunt,referri vlla ratione poſſent. Præter hos autẽ agrorũ fruct⁹,pręter alias largitiones,præter decimas nõ ſolũ fructuũ, ſed etiam negotiationis,quæſtus,& lucri quotidie in ſacro cõuentu fiebant oblationes ad altare,vt apud Theodoretũ(*b*)refert:&.c.Omnis.de conſec.di.1.vt eccleſiaſtici patrimonij acceſsio mirabilis,ac prope diui na hoc tẽpore facta ſit.Omnes autem huiuſmodi fructus, oblationes, bona in ſua poteſtate epiſcopus habebat. c. præcipimus.12.q.1.c. Peruenit.16.q 7.ea verò nõ ipſe per ſe,ſed per diaconos,hypodiaconos, œconomos miniſtra bat rationibus ab eiſdẽ poſtea acceptis.c.Epiſcopus.12 q. 1.c.Vobis.12.q.2.In hac autẽ diſtributione partẽ clerici & reliqui eccleſiarũ miniſtri auferebãt.Quarũ vita, & cõuer ſatio plerũque cõmunis erat.c.Quia tua.c.Scimus.c. No- lo.c.Nõ dicatis.12.q.1.partẽ vero pauperes,quorũ innume ros greges ſemper aluit eccleſia.Vt eccleſię bona pauperũ patrimoniũ paſsim appellentur.c Quia iuxta. c.Decimæ. 16.q 1.c.Expedit.c. Res.c. Quia aiunt. 12.q 1.& hic fuit eã ætate ſtatus atque vſus bonorum eccleſiæ.

(*a*) Auctor Impe. lib.1.c.9.

(*b*) Lib.1.c.18.

Sequutũ eſt tertiũ tẽpus,& quaſi noua facies eccleſiaſti XIII.
cę bonorũ œconomię impoſita.Nã,ſimpliciũ qui idẽ pro

pe,nō tñ in vniuersa Ecclesia statuerat. c. De redditib⁹. 12. q. 1. imitatus Gelasius ecclesiasticas oēs rei in quatuor ęquas partes dispertiuit. Vnā pauperibus, alterā clericis, tertiam tēplis ędificādis sarciēdis, quartā episcopis. c. Vobis. c. Vulteranæ. c. Cōcesso c. Quatuor. 12. q. 2. c. Præsulū. 16. q. 3. Denique, vt hæc rerū humanarū conditio ab ipso rerum vsu veluti fragilitatis suæ admonita varietatē crebro mutationesque molitur, discessum postea est ab hac rerū distributione, & creditū multo rem vtilius cōmodiusq; gestū iri, si ministerijs Ecclesijs ve singulis certi, & quasi proprij quidā reddit⁹ assignarētur. Quib⁹ ministri, simul electi atq; ordinati essent, vterētur arbitratu suo, nō tamē extra rectę rationis præscriptū: ius autē hoc faciēdi cū ministerio spiritali cōiunctū, beneficiū hodie appellatur. Accepi hūc locū à viris præstātis eruditionis atq; ingenij dispari ratione tractari. Qua tamen ad veritatis fidē ex recitatis monumētis reuocata si ab illis dissentio, mihi nemo iure succensebit. Et hoc ipse nomine in ea re pluribus versatus sum. Pręsertim cū loc⁹ is sit, qui rectè explicat⁹ præstātes afferat ad hui⁹ tractatus intelligētiā fructus. Postremo adiūgēdū est,

XV. ex his quæ tā multa oratione à nobis disputata sunt, errores duos manifesto teneri. Vnū Pseudoapostolorū quorūdā iuxta Bonifaciū IIX. qui Apostolos pecunias nullas vnquam recepisse, habuisse, aut in crastinū seruasse affirmabāt. Horū nihil illis licuisse. Alterū Vadiani primū seu Anthropomorphitæ, vt refert D. Aug. li. (a) de hæresibus, post vero Valdēsiū, seu pauperū de Lugduno, nā sic eos appellatos refert AEneas Siluius li. de origine Bohemorū, (b) q Ecclesiā, ecclesiasticosq; viros diuitias vllas, aut possesiones habere posse negabāt: sed sola eleemosyna, cōtētos esse đbere. Dānati explosiq; sunt Cōcilio Cōstātiēsi sess. 8. vtrūq; errorē acriter & diligēter impugnat Alfonsus de Castro doctissim⁹ Theolog⁹ li. eo (c) quē aduersus hęreses scripsit.

(a) c. 50.

(b) c. 35.

(c) li. 2 &. li. 6.

CAP. IIII.

Ecclesiasticum beneficium quid sit.

Tenetur, opinor, illud, quod quærebamus, ecclesiasticũ beneficiũ: reliquũ nunc est, vt eius naturã, ac potestatẽ breui quadã & circũscripta explicatione aperiamus. Id quod ab his qui de re beneficiaria perscripserũt, Nicolao Selua, Pechio, Rebuso, Quintino, Corrasio satis angustè, & obscurè tẽtatũ est: de Corrasio quidẽ & Quintino nihil nisi ex auditione, & aliorũ verbis testificamur, quorũ scripta videre mihi nõ cõtigit. Ergo ecclesiastici beneficij notitiã, vt rudioribus ea pa- I.
tefiat, euolui hac definitione probe arbitramur. Beneficiũ ,
est ius vtẽdi fruendi ecclesiasticis rebus tã spiritalibus, quã ,
profanis, quod sacerdoti vel clerico ob sacrũ ministeriũ ,
in perpetuum cõceditur. Nihil exigimus ad Dialecticorũ ,
leges quibus vix nostra iura parent. Singula tamen verba explicabimus, vt quæ breui hac circumscriptione inuoluta, opertaque sunt, ea magis atque magis eluceant.

Ius, constat iuris esse nomen beneficium, vt hereditas, vsus, vsufructus, dos, peculiũ, & id genus alia. Nam incorporalia quæ sunt, ea in iure cõsistũt. l. 1. § Quædã D. de rer. diuisio. principio Inst. de reb corporalib. neq; rectius Frã. Duarenus (a) beneficiũ rem esse ecclesiasticã definiuit, & feudũ prædiũ ipsum, aut rem immobilẽ. Quã si quis hereditatem pecuniam esse hereditariã diceret; aut vsumfructum ipsos esse fructus, qui ex fundo percipiuntur. Quod iuris rationi quantũ repugnet, nemo nõ videat. l. bonorũ. D. de verb. signif. cum fructus, pecunia hereditaria, ecclesiastica res, corporalium è numero sint. Ius autẽ vtendi fruendi, hereditatis, beneficij incorporale, neq; Duarenũ Seneca tuetur, qui libro VI. de beneficijs iuriscõsultos irridet, quod hereditatẽ negent vsucapi: cum res hereditariæ

(a) L. I. de sa. Eccl. minist. 2. c. 3.

„ ex eorundem ſcholis vſucapiantur. *Quaſi*, inquit, *quidquam*
„ *aliud ſit hereditas, quam ea, quæ in hereditate ſunt*. Opinionis errore labi in ea re facile homo philoſophus potuit. Nã illi ſemper exiſtimant, orationis ſubtilitatem, quam ipſi differendi ſepierunt ſpinis, Conſultis noſtris non eſſe imitabilem. Hoc certè iuris explorati eſt, hereditates à cor-
III. poribus hereditarijs eſſe diuerſum; vt poſsit etiam ſine vllo corpore hereditas conſtare. l. Hereditas. D. de petit. hereditat. quo fit, vt hereditatem qui vendit, nullius hereditariæ rei præſtet euictionem. l. 2. D. de heredit. vel act. vendit. aliud enim res ſunt, aliud iura. quæ tangi, tradi, aut cõcludi loco non poſſunt. Itaque ſi quis bona ſua vbicumque ſita legaret, reſponſum eſt eo legato non comprehendi nomina, neque ſimilia iura, quæ intelligi loco aliquo ſita non poſſunt. Hac ratione Paulus in l. Caius Seius. D. de legat. 2. generali illa conceptione, omnium bonorũ, quæ domi continentur, negauit nomina debitorum comprehendi. Cum tamen vbi loci aut ſitus nulla mentio ſit, rei appellatione nomina & reliqua iura contineantur. l. rei appellatione. D. de verb. ſigni. Veruntamen, tametſi ius ipſum vſusfructus, aut beneficij incorporale ſit, ſolet tamen in re aliqua corporali cõſtitui, eaque perempta, deperire. prin. Inſt. de vſufruct. l. 2. D. de vſuf. proinde qui dignitate aliqua eccleſiaſtica ornatus eſt ſine prouẽtu, & redditu (vt Archidiaconi quidam imaginarij,) is beneficiarius nõ eſt.
„ *Vtendi fruendi*. Pecuniæ vſusfructus dicitur, qui tamen non vſus, ſed abuſus eſt. l. 2. l. Hoc S. Conſulto. §. Quæ in
IV. vſufructu. D. de vſuf. ear. rer. quæ vſu conſumun. Sic nos vtendi fruendi verbo in hac definitione vtimur, cum tamen non inficiemur clericum per omnia non eſſe vſufructuarium. Qua de re interpretes noſtri non leuiter controuerſantur. Placet quibuſdam, clericos, dum viuunt, eſſe vſufructuarios, cum decedunt, id eſt, in factione teſtamenti

Gl. in c. Præſenti de offic. ordi. lib. 6. & in. c. 3. de probatio. & in. c. Poſſeſsionis. de reb. eccleſi. ali.

menti eos modo vsuarios esse. Alij contra (a) putant clericos semper esse vsuarios. Ex eodem capite exsistit, atque eiusdem prope definitionis perdifficilis, & obscura quæstio de ecclesiasticis bonis restituendis, an non, quæ clerici per luxuriam consumpserunt. Res controuersa, & plena dissensionis in partem tam (b) aientem, quam negantem (c) summa interpretum contentione disceptata. In neutram ego partem testimonium do. Neque tantum mihi arrogo. Illud aio, nimis eos contente, & duriter agere, qui clerici præter nudum vsum, nihil iuris in rebus ecclesiasticis permittunt. Tum canones quos recitãt, altero illo & secundo rerum ecclesiasticarum, tempore plerosque editos esse. Atque etiam illo ipso tempore, & ante Gelasij diuisionem licitum clericis fuit sese ex ecclesiasticis fructibus alere. Id quod multis certè canonibus demonstratum est, & quem paulo ante protulit, Clementis locum repetam. *Non magnas*, inquit, *impensas facientes*, „ *neque datis à Deo tamquam alienis, sed proprijs Dei vtentes vt bo* „ *nos dispensatores. Sumat ergo Episcopus cibi quantum sufficiat in* „ *indumentum, quod necessitati, & grauitati congruat. Bonis inquã* „ *dominicis non tamquam alienis vtatur: moderate tamen. Dignus est* „ *enim operarius mercede sua.* &c. c. 5. *Oportet vt qui in Ecclesia as-* „ *sidui sunt, eos alat Ecclesia.* Et multa alia in hanc sententiam. „ Cum tamen vsuario is tantum vsus permissus sit, qui sine fructu constat. toto tit. D. de vsu, & habitati. Vt vsus iure neque alimenta, neque fructus alius contineatur. Iam vero post Gelasij diuisionem multo plenius vberiusque ius in definita clericis parte concessum esse perspicuum est. Quibus nimirum liceat, tametsi propriæ opes suppetant, è fructibus ecclesiasticis, portionem eam, quæ ad alimenta necessaria est, item eam, quam quisque propter industriam, & laborem in paræciæ suæ administratione operosiore susceptum præcipuæ mercedis loco ex cuiusque ordine,

(a) Gl. in c. Quia nos de testam. Duaren. de sacr. eccl. mi. lib. 2. c. 4.

(b) Naua. de redditibus eccle- siast. 1. q. nu. 17. cum auctoribus 34. relatis à Antonio Colona de redditibus. c. 21. & 34.

(c) Negat Franc. Sarmẽtus de redditib. 1. p. c. 1. & 4. cui lxx. viri assentiuntur.

Lib 2. Apostoli. Constit. c. 4.

ordine,dignitate,literatura emereat,nō solū vsus,aut vsus fructus sed multo meliore iure percipere, & in suos vsus atque vtilitatē impendere. Quod ad diaria illa,quæ vulgo distributiones quotidianæ appellantur,summa auctoritate interpretes Couarruuia (a) probante producunt. Sunt opinor & alia quædā,quæ eo iure cēsentur. Extra eas vero species è fructibus ecclesiasticis quòd præterea supersit, id si clericus in profanos vsus effuderit, peccare quidem grauiter omnes tradunt. Ceterum magis esse, vt ne restituere debeat, non paucorum sententia est. Cum restitutionis causa,& caput omne ex bonorum communione ducatur Cardinale Caietano auctore,& mitior hęc sententia à præstātibus(b) viris appellatur. Ego vero quod antea dixi nūc assensum sustineo, vnū illud addā, sacra Tridētina synodo seuerissime cautum esse,ex ordine ecclesiastico ne quisquā cōsanguineos aut necessarios prouētib⁹ beneficiorū augere studeat. Igitur habēt clerici in beneficijs id tātū iuris, q̄ eis sacri canones nominatim cōcedūt, hoc est,neq; vsum,neq; vsumfructū per omnia,vt recte Innocētius cēset. Sed tamē quoniā ius illud ad vsumfructū proprius accedit,vtēdi fruēdi verbo in definitione explicatur.

Panor. in c. De his de eccl. ædific. Tho 2. 2 qu. 185. art. 7. in resp. ad 2. Maior. in 4. dist. 24. q. 17. & 20.

(a) Dñicus Frā. Decius Couarr. in c. Cum in officijs. nu. 4. de testament.

(b) Soto li. 1. de iust. & iur. q. 4. art. 3. & 4.

Sess. 25. decret. de Reform. c. 1.

In c. Inde eorū. de ætat. & qualit. Couarr. in c. Cum in officijs. num. 2. de testament.

V. Ecclesiasticis rebus tam sacris quam profanis, bonorū in quibus beneficia posita,sunt alia profana & temporaria, vt prædia & possessiones, quæ ex Principum, aliorū ve liberalitate Ecclesiæ obuenerūt. Alia vero sacra spiritaliaque sunt,vt decimæ,primitiæ,oblationes. Beneficiū autē quasi vniuersitas quædā est,quæ ex vtrisq; cōstat. Itaq; nō solū prædia & possesiones cōplectitur,sed etiam decimā partē fructuū omniū,quā iure diuino clericis esse debitā Pōtificij iurisperiti prodiderūt. c. Parochianos. c. In aliquib⁹. de decim. quod certè vere pręcipit de decimis quæ

VI. cōtinēt eā fructuū partē,quę ad clericos & sacerdotes alēdos exigit,vt tamē fructuum pars ea decima, aut nona sit,

hoc

hoc non diuina lege, iustissimis sed Pontificum decretis cautũ est. Quibus parere omnes (a) necesse est. Neque solum de fructibus prædiorũ, fœtura ex armentibus, ac gregibus decima percipitur, sed etiam de omni artificio, negotiatione, quæstu. c. Ex transmissa. de decimis. Hinc decimæ prædiales aliæ, aliæ personales. Decimarum autem ius olim ad parochos potissimum pertinuit. c. Ecclesias. 13. q. 1. c. Decimæ. 16. q. 1. hodie vero ex donatione, aut longa præscriptione ad Ecclesias etiam & monasteria delatum est. c. Cum contingat. c. Cum in tua. de decimis vnis laicis ius sacræ decimæ Concilio Lateranensi atque alijs decretis interdictum est. c. Prohibemus, de decimis. c. Cũ Apostolica. de his quæ fiunt à prælatis. Pari prope ratione primitiæ percipiuntur, id est primi fructus ex agro suscepti. Nam & hi ex legis etiam Mosaicæ præcepto offerebantur, sed non definita & certa quantitate. cap. 1. de decimis. Eodem etiam iure oblationes censentur, veteribus offerumenta: id est quæcumque à pijs fidelibusq; Christianis Deo, eiusq; Ecclesiæ donãtur. c. Qui oblationes c. Clerici. 13. q. 2. at cõsuetudine receptũ est, vt oblationes eæ dicantur, quæ ad altare offeruntur in sacris Missis: earum mentio fit in Concilio Aurelianensi. 1. cap 17. Et synodo Romana habita anno M. LXXIIX. ca. 13. Exstant etiam apud Theodoretũ (b) eius rei vestigia. Hæ autẽ oblationes sicut decimæ & primitię inter res sacras spiritalesq; numerãtur. Neque laici eas capere vlla ratione possunt. c. Quia Sacerdotes. c Sãctorũ. c. vlt 10. q. 1. Si quis secus fecerit, grauissimas pœnas sustinebit à Tridẽtino Concilio decretas sess. XXII c. XI. excipiuntur tamen species quædam, quibus & decimas laicis possidere licet: de ea re mox. Comprehensa præterea his verbis diaria sunt, vulgo distributiones quotidianæ, id est sportulæ vel annonæ, quæ in dies singulos, ac etiam horas his canonicis dantur, qui sacris

(a) Tom. Caiet. alij per Coua li. 1. varia. c. 17.

VII.

(b) li. 5. eccl. hist c. 18.

IIX.

ſacris interſunt non alijs. Niſi forte ægrotantibus. c. De ce tero. de cleric. non reſidentib. ſtudiorum cauſſa peregrinantibus non dantur c. Licet de præbend. c. Super ſpecula. de magiſtris. Nam reperta hæc diaria ſunt, vt frequentior clerus pſallendi munus obeat. Atque his tertia pars fructuum à Tridentina Synodo tribuitur. ſeſsio. 21. cap. 3. Et eius diuiſionis formulam præſcribit ſeſſ. 22. cap. 3.

IIX. Huc etiam adiungenda ſunt, ſi quæ pro ſacramentis miniſtrandis ex conſuetudine ſponte liberaliterque offerantur. Offerri enim ſacri canones non prohibent, cum tamen exigi imprimis prohibeant. c. Quæſita. & ſeq. 13. q. 2. Multa enim honeſte accipias, quæ tamen non honeſte petas. l. 1. D. de extraord. cognitio. De alijs autem redditibus, & obuentionibus Epiſcoporum, quæ ad eos, præter poſſeſsiones & latifundia, Epiſcopij ratione pertinent; vt duobus ſolidis quos in Synodis habendis à ſingulis parochis exigunt. c. 1. c. Illud. 10. q. 3. c. Conquerente. de offic. ordin. quod ius dicitur cathedraticum, quaſi cathedræ, id eſt, honori Epiſcopale debitum. Aut etiam de procurationibus, id eſt, victus hoſpitijque munere, quod Epiſcopo dioceſim ſuam ſollemni more obeunti debetur. d. c. Conquerente. de off. ordinar. tit. de cenſibus. c. Cum ex officijs. de præſcriptionib. ex formula tamen Concilij Tridentini. ſeſſ. XXIIII. capi. 3. Item de quadrante decimæ eccleſiaſticæ, vel eorum quæ infimis Eccleſijs teſtamento relicta ſunt. d. c. Conquerente. c. Officij. c. Requiſiſti. de teſtamen. Denique de extraordinaria collatione, quam in ſumma Eccleſiæ neceſsitate, ac inopia Epiſcopus aliquando indicere poteſt. c. Cum Apoſtolus. de cenſib. de his inquam plenius alio loco dicetur. *Sacerdoti vel clerico.*

IX. Nam ſi quid laicis hominibus ex bonis eccleſiaſticis tribuitur, non hoc beneficium eſt, vt ſane tribuitur œconomis, qui eccleſiaſticas opes ſub Epiſcopo diſpenſant. Quorum

rum sæpe Iustinianus meminit tit. de sacros. eccles. & tit. de episcop. & cleric. Syndicis etiam, Actoribus, Responsalibus, Apocrisarijs, per quos si quid ab Ecclesia agi fieriue in caussis forensibus, aut alijs in rebus oporteat, fit: quorum frequens mentio in nouellis Iustiniani constitutionibus, & priscis canonibus fit. His adde eos, qui nolarũ ænearum pulsatione, & campanæ sonitu populum conuocare solent. Parabolanos etiam, qui ad debilium corpora curanda olim delegabantur, de quibus. l. 42. & 43. de episcop. & cleric. in Codic. Theodosiano. &. l. Placet. l. Parabolani. C. eo. tit. Item Decanos, Lecticarios, Copiatas quorum munera erudite explicata sunt Alciati, Ant. Augustini, I. Cuiacij (*a*) libris. Itaque his omnibus annonas, & stipendia Ecclesię sumptibus decreta esse constat, neque tamen beneficia ea sunt, quæ laicis hominibus & ministerij temporarij caussa dantur, nisi forte καταχρηστικῶς, latissima, & prope aliena (*b*) rei notione. *Sacrum ministerium.* Quale est doctrina Euangelij, administratio sacramentorum, ordinatio ministrorum Ecclesiæ, interdictio sacræ, absolutio, dedicatio Ecclesiarum, & alia id genus, quæ presbyterorum, diaconorum, aut Episcoporum (*c*) sunt. Si cui autem sacræ ædis ostia & alia similia ostiarij aut acolythi munera profana videantur, quod Tridentina Synodo, sess. 23 c. XI. scriptum est, is cogitet his nõ huiusce muneris caussa redditus assignari, sed vt primis sacris initiati alantur interim, ac velut in leuioribus muneribus disciplinæ cuiusdam caussa explorati ad sacram deinceps presbyterorum functionem, cui destinati sunt, illustri ad virtutem facta progressione vocentur. *In perpetuum.* Nam, cum Ecclesiæ minister ad tempus ordinari nemo queat, consectarium est, beneficium ipsum, quod ministerio cohæret, in perpetuum dari. cap. 1. De capell. monach. in. 6. vnum aiunt Pontificem Romanum

X.

XI.

(*a*) Alciat. lib. parerg. 1. c. vl. Ant. August. ad nouellas Iuliani. Cuiacius nouel. 43. & 59.

(*b*) Not. in. c. Cũ M. de constit. & in. c. Dilecto. de præben.

(*c*) Selua de benef. 1. p. q. 7.

beneficia ad tempus posse conferre. dd. in. c. Veniens. de fil. presbyter. c. Si gratiose. de rescript. lib. 6. Hinc intelligi-
XII. tur, præfecturas monasteriorum, quas Prioratus appellamus beneficium non esse, quæ non perpetuæ, sed precariæ, & ad tēpus (a) sint, hactenus de beneficij definitione. Ex qua satis intelligitur de pensione, quod annuum recte dicitur, & xenodochio seu hospitali longius disputari ni-
XIII. hil opus esse. Nam siue hospitalia sint priuata, siue Episcopi auctoritate instituta, beneficia ecclesiastica non esse constat Clemen. 2. de præbend. nisi aliud ex institutione appareret, id quod Viennensi Synodo receptum est. Clemen. quia contingit. §. Vt autem de religio. domib. pensionem vero etiam laico homini conferri posse omnibus conuenit, ideoq́ue neque in beneficiorum numerum referendam, (b) Baldus, Archidiaconus, Felinus alijq́ue frequentes interpretes tradunt. Postremo cum ex proposita definitione satis effectum sit præbendas, ac dignitates ecclesiastici beneficij genere contineri, quæsitum hic est, in Pontificijs diplomatis, quæ mandata de proui-
XIV. dendo vocantur, cur beneficij appellatione illa non intelligantur, neque beneficium cum animorum curatione coniunctum. c. vltim. De præbend. c. Quamuis. 1. c. Cum in illis. eod. titul. libr. 6. Addo etiam, neque beneficia illa quæ ad patroni laici nominationem (c) pertinent. Breui dicendum est, non hoc ex stricta beneficij potestate, quæ haud dubie patet latissime, non etiam contingere ex natura caussæ quæ fauorabilis nō sit, quod Panormitanus, Felinus, & (d) alij opinabantur, sed Pontificis Romani ex decreto, & placito, qui prolatis locis nominatim testatur, cum beneficium generatim appellat, se nolle dignitates & beneficia illa intelligi, quod interpretes habet optimæ notæ auctores.

(a) Hostiens. in c. De multa. de præbend. Selua. q. 21. p. 3.

(b) Bald. in. c. Ad audientiam. 2. de rescrip. ibi Felin. col. 4. in fi. Archidia. in. c. Si motu proprio. de præbēd. in. 6. Cardinal. in Clemen. 2. de offi. ordinar. q. 9. Gigas de pensionib. q. 21. & q. 28 n. 10.

(c) Gl. in. c. 2. verbo collatio. de præbend lib. 6. Couarru. in practicis. c. 36. Rubeus de beneficijs vacantib. in Curia. §. 11.

(d) Corras. Mandos. in reg. de Idiomate. q. 8. n. 7. Dec. in. c. Pastoralis. n. 6. de rescrip. Imol. in. d. c fi. de prębend. Gomez. in procemio ad reg. cancell. q. 4.

CAP. IV.

De varijs beneficiorum generibus.

NVNC species quædam ac formę, in quas ecclesiastici beneficij genus per attributa & differẽtias certas diducitur, cognoscẽdę sunt. Sit itaq; summa beneficiorum diuisio. Ecclesiastica beneficia quædam habent titulum dignitatis, alia sine dignitate, cum animorum curatione cõiunguntur, sunt etiã quæ neque curam animorum, neque dignitatem habent, vt nuda simpliciaq; beneficia, quæ ipsa non vno eodemq; genere sunt sigillatim de vnoquoq; disputabimus. Dignitas (a) Bartolo honor est alicui propter merita principis vel legis beneficio impensus. Callistratus autem honorẽ esse definit administrationem reipublicæ cum dignitatis gradu. Munus vero, quod in re item publica administranda cũ sumptu, sine titulo dignitatis subimus. l. Honor. D. de munerib. & honorib. Porro apud Diuales constitutiones quatuor dignitatum ordines, seu gradus reperiuntur. Perfectissimi, clarissimi, spectabiles, illustres, de quorum explicatione I. Cuiacio (qui accurate de ea re (b) disputauit) non satis cum Alciato (c) nobili Iureconsulto conuenit, apud Põtificios etiam, & in ecclesiasticis rebus administrationes quædam & in hac hierarchia quasi magistratus sunt, qui titulo dignitatis ac splendore augẽtur, & dignitates (d) abscise à Pontificibus appellantur. Hoc autem quoniam non vna ratione contingit, animaduertendum est triplicem esse huius vocis acceptionem. Primum dignitas latissime patet, & omnem ordinem ecclesiasticum complectitur, cuius certe ordinis ac instituti summa dignitas & excellẽtia est, si ex summo eius gradu hoc est sacerdotio spectetur. Episcopi enim & sacerdotes, qua in populis diuina lege & vitæ totius recta præ-

I. II. III.

(a) In l. 1. C. de dignitat. lib. 12.

(b) In paratit. ad C. tit. de off. vicarij. & ad libros. 11. Cod.

(c) Dispunctionũ lib. 3. c. 4. & in. l. Si quis in conscribẽdo. C. de pactis.

(d) Vt tit. de præbend. & dignitatib. in Decretal. v1. & Clem.

ceptione informandis operam ponunt, summi & principis Dei personam, quasi eius in terris interpretes atque internuncij gerunt, qua verò corpus & sanguinem Domini nostri conficiunt ac offerunt, qua populi peccata remittunt, illorum potestas ac functio ea est, cui inter homines nihil par aut simile inueniri possit. Omnes itaq; clerici, & Ecclesiæ ministri, qua laicis præstãt, habere dignitatẽ

(a) Lib. Apostolic cõstit. 8. c. 1. , dicũtur. *Ergo neque Rex* (inquit (*a*) Clemẽs.) *Duces exercitus*
, *sui contemnat, neque magistratus populum: nam si nulli sunt*
, *subditi magistratibus superuacanei sunt magistratus. Item si non*
, *sint duces, non consistet regnum, quinimo neque episcopus se in dia-*
, *conos efferat, aut in presbyteros, neque presbyter in populum, ex*
, *vtrisque enim constat cœtus. Episcopi enim & presbyteri ali-*
, *quorum sunt sacerdotes, & laici, aliquorum laici.* Igitur laici sub sacerdotibus sunt, & cum illis comparati appellantur, plebei, idiotæ, mundani. Ita dicitur ecclesiastici ordinis dignitas. cap. Denique. 4. distinctio. cap. Si quis post. 51. distinctio. cap. Repeoriuntur. prima quæst. 1. & clericatus hônor, clericatus gradus. l. Officiales. l. Sacro sanctæ. C. de Episcop. & cleric. Hac etiam ratione Clemens (*b*) presbyteros & diaconos, potestates Ecclesię appellat, & quos ille δυνάστας, Paulus (*c*) Apostolus δυνατοὺς, id est, potentes vocat, quorũ sit peccata populi per remissionem tollere, nam hãc vim esse illius verbi βαστάζειν. Basilius (*d*) auctor est. Hoc tamen intelligi oportet de sacerdotio eo, quod externum est, nõ omnium fideliũ multitudini, sed certis hominibus attributũ, qui legitima manuũ impositione, & sollemnibus Ecclesiæ cæremonijs initiati ad proprium aliquod ministerium adscribũtur, hãc sacram ordinationem propriè & vere sacramentum esse à Christo Dño institutũ Tridentina Synodo decretum est. canone. 3. sess. 23. Atqui quod ex Eucherio afferunt, sacerdotis nomine omnes vtique censeri. *Qui*, inquit, *altitudi-*

(b) Lib. constit. Aposto. 8. c. 44.
(c) Ad Romanos c. 15.
(d) Regul. 174. & 178.

IV. [beside: cerdotio eo, quod externum est …]

V. [beside: canone. 3. sess. 23. Atqui …]

ne

*ne rectæ conuersationis, ac doctrinæ salutaris eminent, neque sibi-
metipsis tantummodo, sed pluribus prosunt, omnes sumus membra
summi sacerdotis Domini Iesu Christi.* Quod item ex Tertullia
no in eam sententiam Iacob. Cuiacius profert, *Christus sa-
cerdotes nos Deo & Patri fecit*. Facilè intelligitur non ad ex-
ternum illud, sed ad interius sacerdotium spectare, quo sa
cerdotij genere etiam laici omnes, postquã salutari aqua
sunt abluti, sacerdotes dicuntur. Præcipuè autem pij iu-
stique viri, qui diuinæ gratiæ beneficio Iesu Christi summi
sacerdotis viua mẽbra effecti sunt, & eidem crebro in ca-
stissima suæ mentis ara spiritalibus hostijs, id est, bonis &
honestis actionibus propter Dei gloriã susceptis immolãt
hoc certè interius illud & spiritale sacerdotiũ est, quod à
Petro Apostolorũ principe, vt Didimus (*a*) Alexãdrinus,
vt Beda, vt alij volũt, potissimũ significatũ est illis verbis.
Vos estis genus electũ, & regale sacerdotiũ. De quo etiã (*b*) Am-
brosius, Augustinus, Basilius, Leo papa frequẽtes disputãt.
Sacerdotij itaq; vocabulũ clericis est cũ laicis cõmune, nõ
tamẽ eadẽ notione, sed sacerdotij adhibita distinctione.
Nã qui falsa opinione, & sæpius (*c*) dãnato errore capiti
sacerdotiũ, distingui oportere negãt, neq; populũ à clero
separãt, primũ Ecclesiæ hierarchiam omnino perturbãt,
deinde nõ sine nefario scelere sanctiss. ordinis sacramẽtũ
nobis eripiũt, à quo reliqua sacramẽta vt præclare præci-
piãt ita pẽdẽt, vt sine illo partim cõfici & administrari nul
la ratione possint, partim sollẽni cęremonia, & religioso
quodã ritu, atq; cultu carere videãtur. Secundo loco sub VI.
dignitate omnis administratio intelligitur, cũ qua aliqua
est iurisdictio cõiuncta, (*d*) eius generis administrationẽ
habẽt Episcopi; quorũ, tametsi alter alteri præponatur, &
varij potestatis inter eos gradus sint, tamẽ vnus ordo est,
& summa dignitas vt à Põtifice Romano omnes fratres
appellari soleãt, c. Quã graui, de crimine falsi. Secundũ epi

In paratitl. ad c. tit. de episc. & cleric.

(*a*) In Petri vII. epist. canonicas.

(*b*) Ambro. lib. 4. de sacerdot. c. 2. August. de ciui. Dei. lib. 20. c. 10. Basilius lib. 2. de baptis. c. 8. Leo sermone. 2. in anniuersarijs Põtificatus.

(*c*) Echius lib. de sacrificio Missæ c. 7. Alf. Castrẽs. verbo sacerdotiũ cõtra hęres.

(*d*) Gl. in. c. 1. de consuetud. lib. 6. Panormita. in. c. de multa. de prębend.

scopos proximū hodie locū obtinēt Archimandritæ, qui & Abbates dicūtur. c. Si quis deinceps.16.q.7.c.1.De ætat. & qualit.c.2. (a) de iudicijs, quos tamē omnibus clericis fuisse olim postpositos multi existimāt. c. A subdiacono. 93.dist. c. Generaliter. 16. q. 1.

(a) Vbi DD.

VII. Postremo Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerij, Decani, Præcētores, Præpositi & ceteri de genere hoc quorū nulla iurisdictio est, prædicti esse dignitate dicūtur, si cōsuetudo Ecclesiarū in dignitatū numerū ea officia referat vt de Decano (b) Bernardus scripsit. Hæc autē ministeria, de quibus tertio loco dictū est, in Pōtificijs libris dignitates proprie, & vsitate dicūtur vt dignitatis hæc angustior notio episcopatū nō cōtineat c. Dilectus. de cōces. præbēd.

(b) In c. Ex parte. de cleric. non residentib.

IIX. De monastici cōuentus præfecto, qui Prior cōuentualis, vel sodaliū mendicantiū rectore, qui vulgo custodicus appellatur, disputari hic solet an dignitatē habeat, & eos habere (c) receptū est. Nā & iurisdictione aliqua, siue coërcitione vtūtur, & Prælati (d) nō immerito vocātur. Idē dicitur de vicario Episcopi generali, nō quidē eo, qui in Cōci. Laodicēsi περιοδεύτης, dicitur, ἐκ τοῦ περιέρχεσθαι, vt inquit Zonaras, καὶ καταρτίζειν τοὺς πιστούς. Gratianus pro eo visitatorē extulit in c. Nō debere. 80. dist.

(c) (d) dd in c. Edoceri de rescript. Clem. 1. eod. tit. Glo in Clem. 1. Dudum de sepultur. Fel. in c Insuper. de testib.

IX. Hæc vero sentētia pluribus (e) probatur. Verū in tā multiplici huius vocis significatione, quo sensu accipi ea debeat, quæri solet.

(e) dd. in Clem. etsi principalis de rescript.

X. Cuius quæstionis solutio ex subiecto argumēto petēda est. Nā si de re odiosa agatur, veluti de gratia legis vel canonis faciēda appellatione dignitatis nō cōtinetur Episcopiū (f).

(f) Panormit. in c. Vintonensis. de electio. Selua in 1. p q. 3.

XI. Ad extremū illud etiā obseruatione dignū est, apud Ethnicos veteresq; Imperatores sacerdotiū speciē quamdā dignitatis seu magistratus fuisse, eius Paulus I. C. meminit in l. Nō distinguemus § Sacerdotio obueniēte. D. de recep. arbit. meminit etiā Modestinus in. l. Hæc lex. D. ad L. Iuliā de ambitu. fuit etiā sacerdotium munus patrimonij, quale decaprotias in. l. Nec pro-

tostasiæ.

tostasiæ, C. de munerib. patrimonialib. lib. x. quòd non sine sumptu ludorum quos in honorem Deorum Prouinciæ faciebãt, curatores præstare soliti sunt, ipsis à Prouincijs appellati, vt Phæniciarchæ, Syriarchæ, Lyciarchæ. l. 1. C. de naturalib. liber. l. 1 C de offi. comit. orient. quo loco I. Cuiacius (*a*) Alytarchiam pro Lyciarchia legendũ esse opinatur, & Alytarchã sacerdotẽ Antiochiæ fuisse ait, qui in illis ludis & certaminibus ἀυλυταῖς, hoc est, mastigophoris vel lectoribus Phauorino interprete præerat, ad hoc sacerdotij munus pertinet haud dubie locus ille Lucæ. Act. c. XIX. de Asiarchis. τινες δὲ καὶ τῶν Ἀσιαρχῶν παρεκάλουν μὴ δοῦναι ἀυτὸν εἰς τὸ θέατρον. *Quidam autem de Asiæ principibus, qui erant amici eius, miserunt ad eum rogantes, ne se daret in theatrum.* Communis & probata versio. Asiæ vero principes sacerdotes eos esse, qui ludis theatralibus in Asia præerant, vel vnus Eusebij locus confirmat de Philippo Asiarcha à quo cum peteretur vt in Polycarpum Leonem immitteret, sibi hoc licere negauit venationis ludo iam confecto. (*b*) καὶ ἠρώτων τὸν Ἀσιάρχην Φίλιππον, ἵνα ἐπαφῇ τῷ πολυκάρπῳ λέοντα, ὁ δὲ ἔφη μὴ εἶναι ἐξὸν ἀυτῷ ἐπειδὴ πεπληρώκει τὰ κυνηγέσια. Vbi Ruffinus pro Asiarcha, Asiæ principe, munerarium extulit.

XII. Altera distinctionis propositæ pars erat de animorum curatione, cum qua habere beneficia dicuntur sacerdotes, qui parœciæ alicui curandæ, atque regendæ præficiuntur, qui vnum idemque fanum accolunt, parochiani, seu parochitani dicuntur, & parœcia accolarum conuentus, sacraque vicinia. cap. Omnes Basilicæ cap. Nullus. 16 quæst. 7. quæ quidem parœciæ à Dionysio Papa primum sunt distinctæ, & singulis curandis sacerdotes singuli destinati, vt eiusdem Dionysij indicat epistula ea, quæ ad Seuerum Episcopum altera scripta est, eius partem Gratianus retulit. capite primo

(*a*) Lib. obseruat. 2. c. 13.

(*b*) Li. 4. c. 15.

13.q.1. Guillelmus Budæus in adnotationibus reliquis ad Pandectas (a) hæc beneficia curionatus, parochos, curiones, paræcias curias recte dici posse arbitratur. Huius autē presbyteri seu curionis præcipuum munus, & functio est, sacra pro se populoque facere, ecclesiastica administrare sacramenta, spiritalem denique exercere iurisdictionem eam, quæ fori pœnitentialis potestas appellatur: quo fit, vt eius assiduitas grauissimis pœnis à Tridentina Synodo sanciatur. Ses.23.c.1. Neque eius generis plura beneficia vni sacerdoti committuntur, etiam coniunctionis, aut fiduciæ nomine Ses.7.c.4. Illud etiam eadem Synodo cautum est, hæc beneficia quasi abiecto curationis munere in nuda simpliciaque conuertere ne vlla ratione, aut Pontificij diplomatis prætextu cuiquam ius fasque sit. Sess. 23. cap. 16. Sunt denique in hac animorum curatione præcipua alia, atque singularia, de quibus alio loco commodius disputabitur.

(a) In l.vlt.D.de muner.& hono.

XIII. Restant nuda simpliciaque beneficia sine animorum cura, sine titulo dignitatis. In his tamē maioris cuiusdam splendoris, ac eminentiæ illa sunt, quæ præbendæ (b) dicuntur. Apud Vlpianum sane præbendum non præbenda legitur. l. inuiti. D. de testib. quo loco Budæus, & Alciatus in parergis, ex Gellio alijsque auctoribus prębenda multitudinis numero dici obseruant. Apud Pontificios itaq; præbenda definitur, ius annonæ cuiusdam seu redditus sodalibus aut canonicis alicuius Ecclesiæ in compensationem ministerij præstari soliti cum suffragio, & alijs prærogatiuis. Canon quoque ea præstatio dici interdum solet. Præbenda vero sacra, & spiritalis habetur. c. Dilecto. de præbend. ea quidem ratione, quod non nisi Canonicis Ecclesiæ dicata sit, quos sacris esse initiatos oportet, eorumque functio sacra, & spiritalis est. c.2. De institu. Collegium autem canonicorum quoniam ex multis & varijs Ecclesiæ mini-

(b) de his Panormita In c.vlt.de præben. Lib.2.c.43.

ministris cõstitutum est, quorum alij sunt sacerdotes, alij clerici inferiorum ordinum: quidam Theologiæ Doctores, alij Magistri, & professores literarum, totidem etiam præbendarum species hinc extiterunt. capit. Cui de non sacerdotali. capit. Ei cui. de præbend. libr. 6. capit. Quia nonnullis de magistris, cui rei etiam formula à Tridentina Synodo præscripta est. sess. v. capit. v. & sess. XXIV. capit. XII.

Reliqua beneficia quæ sunt, quibus nulla huiusmodi qualitas inest, ea vere esse dicique simplicia satis perpicuum est.

Secunda beneficiorum diuisio est, vt quædam sint regularia quædam sæcularia. Regularia, quorum adquirendorum ius monachis tantum & regularibus est. Sæcularia, quæ clericis etiam sæcularibus, id est, monastico voto, regulaque non obstrictis. Cuiusmodi omnia esse beneficia censendum est nisi contra demonstratum sit. Verumtamẽ receptum est ecclesiastici beneficij statum quadraginta annorum spatio mutari posse: hoc est ex regulari sæculare fieri, aut contra. c. Cum de beneficio. de prębẽ. li. vi. Clem. 1. de supplen. negligẽ. pręlatorũ. Non tamẽ vulgo, & temere sæculi libertas, & ἀυτονομία, quæ nullis regulæ vinculis constringi sese patitur, ad religiosa hæc beneficia & regularium prouentus admittenda est. Præsertim quæ iura sua regularibus clericis passim non largiatur, rem totam illa iuris frequentia pronunciata expediunt. l. Clericis sæcularibus, quæ regularia beneficia sunt, non conferri. (a) Clem. ne in agro § . Sane. 2. de stat. monac. d. c. Cum de beneficijs libr 6. Clericis sæcularibus regularia beneficia conferri posse, non tamen ex institutionis capite, sed contracta fiducia, & quod vulgo dicitur, in cõmendam, ad tempus quidem certum, vt intra illud sollemni regulæ religionisque voto concepto obligati, rite mox &

XIV. XV. XVI.

(a) Bellamera de cis. 76.

(a) Staphile. de liter. grat.& iustit. Gomez in reg. de infirm. resignāti q.13.nu. 7. idem in tra. de expectatiuis. nume. 71.

quasi acceptis infulis beneficia possideant. (a) Neque his aduersantur Tridentina decreta. ses.14. c.10. Vbi non de fiducia, sed de canonico, & legitimo titulo agitur. III. Beneficia sæcularia, si nuda simpliciaque sint, regularibus clericis nō patere. d. c. Cum de beneficio. de præb. li.6. c.2. De statu monachor. c. In noua actione. 16. q.7. c. Monachus. c. placuit. 16. q.1. IV. Qui religiosus, aut regularis clericus sit, eum recte episcopum fieri. c.1. 18. q.1. c. Si abbatem. cap. Si religiosus. c. Quorundam. de elect. lib 6 Clem. 1 de electio. V. Parœcialis Ecclesiæ curationi coniunctum beneficium regularibus clericis recte conferri posse; modo id fiat non temere, neque passim, sed caussa cognita, & ex Ecclesiæ vsu; atque ipsius monachi seu regularis Præfecto consentiente (b) c. In parochia. 16 q. 1. alij (c) Pontificis Romani aut saltem proprij episcopi venia in eam rem opus esse contendunt.

(b) Sentent. communis Abba. Panor. in c. Quod Dei timorem. de statu mona. Sel. 3. par. de benefi. q.70.
(c) Deci. Rotæ. 483. in nouis. Gomez de expectatiuis. nu.70.

XVII. Apud nostros etiam tertia quædam beneficiorum diuisio reperitur satis in foro frequens. Nam quædam gentilitia patriaque sunt, quæ vulgo patrimonialia dicuntur non pessime: etiam in Theodosiano codice patrimoniales fundi, patrimonialis possessor legitur, & patrimoniales coloni in. l.7. C. vbi caussa fiscalis. Sūt alia beneficia non gentilitia. Illa ex Alexandri III. priuilegio apud Calagurritanos, Palentinos, & Burgēses omnibus in Ecclesijs reperiuntur. In alijs vero episcopis non semel ex diuturna consuetudine, quæ Hispanorum legibus agnoscitur, habent hoc proprium, vt non nisi indigenæ, atque ciues, id est, eiusdem ciuitatis, vel oppidi, vel parœciæ etiam interdū, vti mos cōsuetudoque Ecclesiarū fert, capere illa possint. His autem consentaneum est, qui hæc beneficia possident, eos illa neque cum alijs commutare posse, neque

XIIX. eiurare: siue eiuratio aut resignatio pura simplexq; sit, siue etiam sub conditione concepta, & in alterius gratiam: quod

quod vtrumq; in beneficio ex iure patroni laici obseruari recepta sententia est. Quin etiam annuæ pensionis onus his gentilitijs beneficijs imponi minime potest, nisi litis dirimendæ caussa, quæ citra fraudem inter institutos aut electos agitabatur. Adde siquis huiusce permutationis resignationis, pensionis nomine diploma Pontificium obtinuerit, illius exsecutione Romano ipso Pontifice appellato, interim supersederi. Idque ex Caroli Imperatoris edicto, quod propositum est anno. M D XLIII præbendas etiam, quæ Theologiæ, iurisue Pontificij Doctoribus attributæ sunt, eodem hoc iure censeri (a) responsum est. Postremo hæc beneficia non nisi clericis idoneis, probatæq; literaturæ conferēda sunt. Etsi plures petierint, eique ceteris virtute, & doctrina antecellat. Cōcil. Trid. ses. 24. c. 18. Reliquum autem est, quæ gentilitia non sunt, ad ea beneficia aduenas, & peregrinos quosque accersiri. Sunt & aliæ beneficiorum species quas prosequi longum esset, neque ita fructuosum.

Ex Panor. Felin. l. Andrea. d. Lambertin. de iur. patron lib. 2. p. 1 q. 6. art. 6. & li. 3. q. 5. artic. 5. Roch. Curtius de iur. patron. verb. honorificum. q. 3.

XIX.

(a) Couarru. in practicis q. cap. 36 num. 9. & 10.

CAP. V.

Ecclesiasticum beneficium à quibus conferri poßit.

RES ipsa iam postulat, vt nostra hæc disputatio progressa paululum ea quoq; excutiat, quæ Ecclesiastico beneficio propria, quæq; adiūctiora sunt. Vt his attributionibus explicatis totius rei vis & natura illustrius aperiatur. Primus autē ille locus, de his qui beneficia conferre, distribuereque possunt, & quoniam laicis profanisque hominibus ea collatio communi iure interdicta (b) est. c. Massana. de electio. c. Si quis deinceps c. Constitutionis. 16. q 7. A Pontifice Romano noqis primum exordiēdum est, qui reliquorum antistitum, I.

(b) Hostiens. in summa q. quis posit eligere. Pechius. in reg. 1. de reg iu. libr. 6. num. 20.

quo-

II. quocunque illi munere atque poteſtate fungantur, pater & moderator ſummũ in vniuerſa Eccleſia dignitatis gradum, & ampliſsimam iuriſdictionem obtinet. Conſtat autem Pontifici Romano plenam, & liberam beneficiorum omnium diſtributionem adminiſtrationemq́ue cõmitti, illumq́ue cum omnibus Epiſcopis concurrere, eoſq́ue omnes vacuum beneficium conferendo poſſe anteuertere. c. Cuncta per mundum. 9. q. 3. c. Propoſuit. de cõceſſ. præben. c. Ad honorem. de auctorit. & vſu pallij. c. Dudum. de præbend. lib. 6. Clem. 1. vt lite pendent. (*a*) Prętèr hoc autem commune, & occupationis ius, multis alijs ex (*b*) partibus Pontifex Romanus beneficia confert, vt mãdato priuilegio ex nominatione alicuius, ex patronorum conſenſu iure caduco; iure item ſuo beneficia ea, quæ aut in perpetuum lege ei reſeruata ſunt, aut ſpeciali reſcripto; & ad tempus, certis definitiſq́ue mẽſibus. De ipſius autem Pontificis Romani electione, quæ formula obſeruanda ſit, eam Alexandri III. Gregorij X. & Clementis V. conſtitutiones præſcribunt. c. Licet. de elect. c. Vbi periculum. de electio. lib. 6. Clement. Ne Romani. de electione.

III. Ad Pontificem Romanum eiuſdem legatus ſecundus eſt, qui ſi ex ampliſsimo Cardinalium (*c*) collegio ſit, in commiſſa ſibi prouincia habet etiam in conferendis vacãtibus beneficijs occupationis ius. c. 1. de offic. legati lib. 6. Atque etiam in beneficijs nondum vacantibus reſeruare ita poteſt, vt ſequuta deinde vacatione conferendi poteſtatem ordinario collatori eripiat. c. Præſenti. de offic. legat. lib. 6. excipiuntur ex his ampliora quædam beneficia & dignitates, in quibus legatus nullum ius habet. c. De liberatione. de offic leg. lib. 6. item iuris patronatus laicorum. c Cum delectus. de iure patronatus. Idem conſtituendum (*d*) eſt de legato eo, qui vt Cardinalis non ſit, tamen ex ſpeciali mandato ſummam habet poteſtatem. De

(*a*) Gigas de penſio. q. 6. nu. 1.

(*b*) Rebuf. In praxi c. De Papæ prouiſionib. de mandatis. de reſcriptis ad beneficia vacantia. à nu. 11. ad 16. Regu. Cancellariæ. 1. 2. 3. 4. 5 6. 7. & Reg. Pauli. III. Bulla Pauli. IV. de menſibus reſeruatis, & alibi.

(*c*) Rebuf. in praxi. c. De collatione. nu. 3.

(*d*) Deci. conſil. 128. licet Pariſ. Concil. 17. in 4. volu.

latere vulgo dicitur. Reliqui qui beneficia conferunt, ordinarij collatores appellantur. In quibus tametsi alia atq; alia in ecclesijs singulis consuetudo, mores varij, & posterioris ætatis constitutiones pleraque summutarint; iuris tamen communis hæ positiones sunt. Cum sedes episcopalis vacat, futurum episcopum Ecclesiæ cathedralis collegium deligit. c. 1. de electio. c. Cum Ecclesia Sutrina. de caus. possess. & (a) proprietar. conformat Metropolitanus. c. Cum dilectus. de elect. hæc tamen episcopi deligendi facultas ad Ecclesiæ collegia à Pontifice Romano deriuata est, ad quem primum omnino pertinuisse recte (b) præcipitur, cum à Romana Ecclesia omnes cathedræ, & cuiuslibet ordinis dignitates institutæ sint. cap. 1. & 2. distinct. 22. Quin etiam, si Græcos interpretes audias, creandorum episcoporum ius, non ad collegia primum, sed ad episcopos comprouinciales translatũ est. Idque ea lege, vt si cunctorum suffragia de vno deligendo congruerent, is à Metropolitano episcopus crearetur. Sin autem in duos esset, aut plures illa diuisa, integrum esset Metropolitano quem ius ex his pro arbitratu suo dignitate ornare: vt ab episcopis cõprouincialibus nihil prorsus effici posset, quod Metropolitano non adhibito ratum esset. Nam illa Synodi Nicænæ verba in canone quarto. *Firmitas autem eorum, quæ „ geruntur per vnamquamque prouinciam Metropolitano tribuatur „ episcopo.* Matthæus Blastares tom. 2. stichio. x. c. 1. his verbis interpretatur. „ Τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι καθ᾽ ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ, ἐπικυροῖ γὰρ οὗτος τὰς ψήφους, ἕνα τῶν ψηφισθέντων ἐκλεγόμενος, καὶ χειροτονῶν μεθ᾽ ἑτέρων δύο ἢ τριῶν ἐπισκόπων. Confirmat, inquit, Metropolitanus suffragia, cum ex his pro quibus illa lata sunt, vnum aliquem deligit, & cum duobus alijs, aut tribus episcopis rite creat. Quo fit, vt is canon, & eiusdem Synodi sextus de episcopo deligendo etiam intelligendus sit.

(a) Speculator de elect. § 1. Panor. in d. c. Cũ Eccle. Sutrina. l. 17. tit. 5. p. 1.

(b) Glos. in c. quã quã. verb. deuolueretur. de elect. li. 6. Panormita. in c. 1. notab. 1. de elec. Selua in tit benefi. 2. p. q. 22. nu. 9.

ſit. Tametſi canonẽ ſextum Gratianus, ſectum in tria capita, nimirum capit. vlt. diſtinct. LXIV. ſecundum & ſextum diſtinct. LXV. ad epiſcopi conſecrationem tantum retulerit. Cum Græcis conſentiunt Concilij Carthaginẽſis canon XIII. Antiocheni. XIX. Chalcedonenſis XXIIX. Laodicenſis XII. & XIII. quos certè Concilij Laodicenſis canones cum Gratianus in cap. Epiſcopum non. LXI. d. & c. Nõ eſt permittendũ LXIII. diſt. de epiſcopi electione non de conſecratione interpretatus eſt, plane ſibi non cõſtat, aut quidem temere reliqua cõciliorum capita eiſdem prope verbis conſcripta in aliam idem ſententiam diſtorſit. Igitur ſiue à ſummo Pontifice, quod Gratianus vult, ſiue ab epiſcopis cõprouincialibus ius epiſcopos deligẽdi paulatim ad cuiuſque diœceſis clerum tranſlatum eſt. Clerum inquam, non ad canonicos tantum, neque exſtant canones Nicæni & Gãgrenſis Synodi pro ea ſentẽtia à Gratiano laudati. Illud vero diſerte Innocentius confirmat. c. Obeuntibus. LXIII. di. Deniq; ad eũdem demũ Rom. Põtificẽ ex Innocẽt. IIX. canone II. Cancellariæ, alijſq; poſtea editis cõſtitutionibus eadem epiſcopos deligẽdi poteſtas (a) reuocata eſt. Qua tamẽ in florentiſsimo hoc regno ita Põtifex vtitur, vt creationẽ epiſcopi Regis ſemper nominatio antecedat. Quæ certe nominatio cum ex priuilegio Pontificali fortiſsimis Regibus iam pridẽ irrogato confirmata eſt, tum ex inueterata cõſuetudine, cuius vltimã memoriã recordari nemo (b) poſsit: placeat enim ius nominationis tam longo temporis ſpatio etiam in libera Eccleſia recte (c) præſcribi. Quod autẽ Igneus (d) & Ferraldus Carolum magnum auctorẽ huius iuris Hiſpanis Regibus tũc fuiſſe tradunt, cum Sarracenorum copijs ad Pyrenæos ſaltus fuſis Hiſpaniarum regni vi & bellica virtute petitus eſt, vt à Carolo, cui hanc epiſcoporum nominandorum poteſtatem Adrianus permiſerat, in poſteros Reges quaſi

c. Sane. ca. Mos. diſt 65.

(a) Panormitan. in d. c. 1. de ele. Rebuf. & DD. in d. reg. 2. Cancel.

(b) l. 18. titu. 5. p. 1. Vbi Greg. l. 3. ti. 3. li. 1. ordinã. DD. in c. Cũ longe 63. diſt.

(c) I. Andr. Cou. in reg. poſſeſſor. 2. p. § 10.

(d) Igneus in repet. l. Neceſſario §. Non alias. nu. 326. D. ad Silania. Ferral. de inſig. reg. Franc. 2 2. iure.

quasi hæreditario iure translatũ sit; illorum sane, vt leuissi mè dicam, error & ignoratio temporum manifesto tenetur. Siquidẽ hoc ius reges nostros sexaginta prope annos ante natũ Carolũ, & Arabũ in Hispanias expeditionẽ habuisse indicat Conciliũ Toletanum (a) XI. sub Benedicto II. & primo anno Heruigij Gothorũ regis habitũ, hoc est, vt Rodericus (b) Archiepiscopus Toletanus, & Alfonsus episcopus Burgẽsis memorãt, Christi Dñi DC. XXCV. lã vero quod de Sarracenis à Carolo profligatis, & occupato regno circunfertur, res est in opinione dubia, & plane cõmentitia, cuique iam dudum fides merito ab omnibus derogatur. Itaq; ab igneo, & Ferraldo Degrassaluis, & Molinæus, Gallici iuris periti dissentiunt. Hæc de episcopijs. De reliquis videamus, præbendas & dignitates Ecclesiæ cathedralis ab episcopo conferri receptius est. Sed totius collegij consensu adhibito. c. Ea noscitur, de his quæ fiunt à (c) prælatis. In Ecclesijs inferioribus, quæ collegij nomine, ac titulo sunt insignitæ, nominatio seu præsentatio episcopi simul & capituli est, institutio solius episcopi. (d) ca. Nullus. 16. q. 7. Cetera beneficia episcopus confert, non tamen collegio inconsulto c. Nouit. capit. Quanto. de his quæ fiunt à (e) prælatis. Nec solum episcopus ipse, sed etiam eius curator, seu adiutor, si modo ei quasi non sanæ mentis homini datus sit, ius habet beneficiorum conferendorum. (f) Cui nempe plena rerum administratio commissa sit l. Inter bonorum D. de administrat. tutorum. Collegium Ecclesiæ cathedralis, quod capitulum appellatur, vacante sede episcopali ea potest beneficia conferre, quæ ad ipsum collegium cum episcopo simul pertinebant, quæ ad solum episcopum non item cap. Vnico. ne sede vacante lib 6 potest tamen idoneo viro ea interim (g) cõmendare, eos etiam, qui à patrono nominati sunt, recte instituit. c. Cũ olim. de maiori. & obe-

(a) c Cum lõge. 63. dist.

(b) Rode. li. 3. ca. 12 Alphõsus Carthagin. de reg. Hisp. c. 40.

(c) DD. in c. cum Eccle. Vultera. de elect.

(d) DD in d. c. cũ Ecclesia Vulte.

V.

(e) Hostiens. in summa de elect. q quis possit eli gere. n 3 dd. vbi sup lit b.

(f) DD. in ti. de cleri. ægrotant. li 6. & in c Grãdi. de supplend. negligent. prçla torum. lib. 6.

(g) I. Andreas Panor Rebufus in praxi c. Requisita. ad collationem nu. 21.

& obedient. Denique omnia ea, quæ iurisdictione conti nentur ex sequitur. titu. de maioritat. & obedient. libr. 6.

VII. Vicario episcopi generali, qui & Propontifex recte à Duareno appellatur, ius cōferēdi beneficia nō est. c. vlt. de off. vicar. potest tamē episcop⁹ hoc ius speciatim generali vicario mandare. Non tamen alteri, qui vicarius generalis non sit, (a) tunc vero quibuscumque personis recte conferet, præterquam ipsi episcopo, cuius ille vice fungitur. cap. 2. de constitu. lib. 6. Quamuis autem vicarius generalis beneficia non conferat, confirmare tamen electos, & nominatos à patronis instituere potest. c. Ex frequentib. de instit. c. Dilecto. de præbend. iuris sollemnē formulam, qua (b) vicarium ab episcopo rite dari, constituique necesse sit, multa præterea alia, quæ ad eius potestatem, & huius rei cognitionem pertinent plene alij persequuntur.

(a) dd. in d. c. vlt. & in c. Deliberatione §. vlt. de offi. leg. in. 6.

(b) Rebufus in praxi tit. de vicarijs episcoporum.

CAP. VI.

Eum cui ecclesiasticum beneficium confertur quem & qualem esse oporteat.

PRoxima inspectio est, de illorum, qui Ecclesijs præficiuntur, pietate, innocentia, instituto, habitu, natalibus, ætate, atque alijs, quæ ex canonum decretis spectanda sunt. Qui certe locus si grauiter & accuratè tractetur, beneficijs recte deferendis auctoritatem, & disciplinam præscribet. Qua in hac licentia & peruersitate hominum nihil vtilius aut magis necessarium afferri potest. Vix enim vllius oratio explicet, quantum pristinæ dignitatis naufragium in hoc sanctissimo munere factum postea sit, quam homines ambitiosi

& di-

& diuitiarum nimis cupidi opulentiſsima quæque benefi cia non more patrum, neque artibus ingenuis aucupari cœperunt, id eſt non ſacram huius muneribus functionē, ſed bonorum affluentiam & quæſtum in beneficijs, vt in quouis alio ſordidi artificij genere ſibi proponere, dolos & fallacias omnes commoliri non antea ceſſant, quam illorum, qui beneficia conferunt, circumuenta fide illud ſibi oneris imponant, quod vitæ ſanctitate, prudentia do ctrina quibus imprimis opus fuit, ſuſtinere ſe non poſſe ſæpe ipſi non inficiantur. Vnde ſacerdotij dignitas, & antiquum illud decus non ſolum euerſum iacet, ſed etiā infamiæ ſordibus apud populum peſsimo exēplo obſoleſ cit. Igitur danda eſt opera, vt ad eccleſiaſticum beneficiū aut miniſterium quiſquam non recipiatur, in quo anteactæ vitæ, & morum integritas, pietas, & prudentia non commendetur. capi. Cum in cunctis. de elect. c. Si quis viduam. 50. diſt. c. Qui in aliquo. 51. diſt. capit. Priſcis. 55. diſt. Concil. Trident. ſeſ 14. cap. 1. Ea de re diligenter I.
prius inquiri oportet, quod priſcis temporibus religioſe obſeruatum eſſe, indicant eorum, qui ordinabantur, in Eccleſijs palam die Dominica propoſita nomina: ſumpta populi teſtimonia; de criminibus obiectis data iudicia ſingulari præcipuoq; iure, non ſolum aduerſus eos, qui or dinati non ſunt; ſed etiam qui ordinati ſunt, ανεξετάστως; vt in Nicæni Cōcilij Græco canone IX. pro quo in his qui ex Arabica lingua verſi ſunt. *Si fuerint aliqui presbyteri ſine pro batione, & electione, & ſine examine vitæ, & morū*, &c. Præter eum vero canonē hęc morum diſcuſsio, quę creationē ſa cerdotū antegrediebatur, teſtata eſt, Antiocheni Cōcilij canone XIX. Carthaginenſis canone XLIX. & LIII. apud Iuſtinianum plene Nouella. CXXXVII. de qua re nos alio loco Beneficiū itaq; nemini defertur, cuius vita crimine aliquo inquinata ſit. Ea crimina quæ ſint, propter quæ à ſa

cerdotio & ordinatione clerici excludũtur, facile intelligitur ex Paulo ad Timo. c. 3. ad Titũ. c. 1. fuse Gratianus tradit à di. 25. ad quinquagesimã. Nostri referre solent crimẽ hæreseos. ca. Odit. 1. q. 1. Schismatis c. Inter hæresim. 24. q. 3. ambitus Simonaici. c. Nobis. de Simonia. Maiestatis. ca. Felicis de pœnis. lib. 6. sacrilegij. c. Venerabilem de elect. falsi. cap. Falsariorum de crimin. falsi. periurij. cap. Querellam. de iure iurando. homicidij. c. Accedẽs. de accusatio. c. Ad aures. de ætat. & qualit. Conci. Trident. ses. 14 cap. 6. sunt & alia id genus, quæ nostri interpretes copiose persequuntur. (a) Quæ certe incapacem beneficij hominem reddunt, nisi venia restitutioque criminis à summo Põtifice impetrata sit, vel etiã ab episcopo, cui hoc interdum licet. c. 2. de cleri. non ordinand. Nec solum animo, sed etiã integro corpore eum esse oportet, qui ordinãdus est. Quã quam enim corporis ea vitia, quæ in Leuiti. c. 2. aliquẽ à sacerdotio summouebant, ad animi vitia præcipue hodie & in lege Euangelica translata sint, vt Gregorius tradit in c. Qualiter. 7. q. 1. tamen de corporis fœditate, & abscisione hoc præceptum est, cũ propter offensionẽ, quæ in illis est, tum vt quiuis intelligat quanta esse cũ animi integritate oporteat, à quo & corporis integritas requiritur. Itaq; si quis se ipse absciderit, quod animi temeritate, ac etiam interdũ scelere nõ vacat, eũ nõ esse ordinandũ, cõstat. ca. Si quis absciderit. c. Hi qui. 55. d. c. Significauit. de corp. vitiat. c. Si euangelica. 55. di. c. Presbyter. de cler. (b) ægrotantib. etiã si opinionis errore deceptus hoc faciat, quod Origeni Adamantio contigisse proditum est. Non tamen idem constituendum est, si valetudinis caussa, aut instantis periculi metu hoc cuiquam euenerit. capit. Si quis à medicis. 55. dist. cap. ex parte. de corpor. vitiat. Item hoc ei obesit, qui vi à latronibus oblata id passus sit, aut casu fortuito, vt Apostolorum canon x x. & primus Nicænæ Synodi.

(a) Couarru. in Cle. si furiosus. de homic. Naua. in Manua. c. 27. à nu. 191.

III.

(b) Naua. in Ma. c. 27. nu. 199.

nodi. cap. Eunuchus capit. præcepta 55. distinctio. capit. ex parte. de corpor. vitiat. Nicenum canonem ex Concilio Gratianus refert cap. Si quis à medicis. Ex Martini vero Bracarensis collectione, paucis immutatis c. Si quis præ ægritudine. dist. 55. verius Martini verba apud Iuonē. *Si quis* (inquit) *præ ægritudine naturalia à medicis habuit secta. Similiter & qui à Barbaris, aut Dominis stultis fuerint castrati.* Id est, naturalibus, stulta naturalia vertit. Nam Græce Τάμωρια. Nimirum citra culpam suam: nam si abscisus in culpa sit, contra responsum (*a*) est. Quin etiam vt culpa vacet, si parte aliqua corporis decurtatus sit, quod ecclesiastici ministerij functionem ei impediat, ab ea parte ministerij arcebitur, quam exequi non (*b*) potest, canon Apostolorum LXXVII. Denique quoniam qui insigni aliquo corporis vitio deformes, aut manci sunt, non solum sacrorum (*c*) ordinum, sed etiam (*d*) beneficij sunt incapaces. Ideo Pontifex Romanus, qui (*e*) vnus potest, canonis gratiam, si ab eo impetrabitur, duplici nomine faciet ad ordines (*f*) primum, deinde ad beneficia, & eius relaxationis formula passim describitur. Hæc verò præceptio valet etiam in eo qui graui corporis morbo laborat. Nam hunc ad sacerdotium, beneficiumque non promoueri docemur. c. Cum inter canonicos. de elect. c. Communiter 33. (*g*) dist. Idem quoque
constituendum est, de his qui ab immundis spiritibus ob- IV.
sidentur. Quos Cassianus arreptitios vocat. Canones frequenter energumenos. ἀπὸ τῶν ἐνεργειων. Id est, ab operationibus dæmonum, quas in ipsis præcipue videmus, hos itaque à sacerdotio canones repellunt, ne-
que solum cum eorum mentes ab spiritibus ex integro, V.
vt Origenes (*h*) inquit, ita possidētur, vt nihil omnino eos sentire, aut intelligere permittant; sed etiam postquam afflatu illo seu energomate ita (*i*) Tertullianus appellat,

(*a*) Couarr. in d. Cle. si furiosus. 1. p. nu. 6. Villadiegus in c. 2. de corpore vitiat.

(*b*) Cou. vbi sup. nu. 5.

(*c*) Qui in aliquo vbi DD. 51. dist.

(*d*) Glo. & dd. in c. si. de verb. significa. Cardinal. Alex. in c. si Apostolica 55. dist.

(*e*) Innocent. & Cardina. in cap. significauit. de corpor. vitia. Nauarr. vbi sup. num. 200.

(*f*) Rebu. in praxi beneficiali. c. de dispensa. cum corpore. vitiat.

(*g*) Nauarr. d. num. 200.

(*h*) Li. Periarchō 3. c. 3.

(*i*) Lib. de carne Christi & præscript. hæreticor.

expiati liberatique sunt. ca. Maritum. cap. Communiter. c. Clerici. c. Vsque adeo. 33. (a) dist. quoniam in illis semper ἀνανδρεία vt Dionysius Areopagita ait, id est, mollities & imbecillitas animi suspecta est, quæ de eiusdem sententia fecit vt hi terroribus dęmonum succumberent.

VI. Nothi etiam spurijque homines, id quod veteri lege præcipiebatur, (b) eodem iure censentur. Idque multis (c) ex causis. Nam qui ex iustis legitimisque nuptijs procreatus non est, is non solum à sacris ordinibus interdictus est, sed etiam ab omni eccclesiastico beneficio, etiã nudo atque simplici, atq; adeo à pẽsione (d) annua. c. Cũ in cunctis c. Innotuit. de elect. c. 1. & toto tit. de filijs presbytero. Cõciliũ Tridẽ. ses 22. c. 2 & ses 23. c 5. & 7. Nisi forte natalibus quis restitutus sit, vulgo legitimatus dicitur c. Per venerabilẽ. qui filij sint legiti. Itẽ conceptũ monasticæ vitæ votũ professo sacrorũ (e) ordinũ indulgentiã affert, nõ autẽ (f) beneficij neq; dignitatis etiã regularis. c. 1. de filijs presb. c. Nõ liceat. 19. q. 3. Postremo si canonibus per Romanũ Põtificẽ solutus sit. d. c. Innotuit. de elect. c. vlt. de filijs presb. & huius solutionis seu dispensationis formula, quæ (g) sollẽnis est, ad ordines & beneficia itidẽ nominatim (h) cõcipiatur, necesse est. Quod etiã Episcopo licet circa inferiores ordines beneficiaq; simplicia, dũmodo paterna nõ sint nõ (i) alias ex Bonifacij cõsti. c. 1. de filijs pres. & receptũ est beneficij simplicis appellatione annuã pẽsionẽ cõprehẽdi, si modo eã episcop⁹ imponere (k) possit. Quin etiã si vitiũ hoc ἀκανονίας (irregularitas dicitur,) ex occulta aliqua culpa ꝓficiscatur, ad maiores ordines, & quæcũq; beneficia episcopo remissio canonis permissa est. C. Tri. se. 24. c. 6. quę canonis remittẽdi species his adiungẽdas quas episcopo permissas esse Põtificij auctores (l) referunt. Vt autẽ à nuptijs nõ discedamus, ipsum qui ordinatur cœlibẽ esse oportet, nõ cõiugatũ. c. 2. c. Cũ decorẽ. de cleric. cõiugat.

Nouella

(a) S. Antonin⁹. 3. p. ti. 8. c. 5. Naua. d. c. 27. n. 203

(b) Deuter. c. 23.
(c) Perpositus in c. presbyt. 56. di.

(d) Gigas de pẽsionib. q. 18.

(e) DD. in d. c. 1. de filijs presby. Archidiaco. in c. si. eo. tit. li. 6. Oldrald⁹. cõsi. 215.
(f) DD. vbi su.
(g h) Rebuf. in praxi benefi. tit. de dispensat. super defectu nataliũ. nu. 47. & 48.
(i) Rebuf. vbi sup. nu. 8. Naua. d. c. 27. nu. 201.
(k) Gigas de pẽsio. q. 17.
(l) Quãdo episco⁹ dispẽsare possit Speculator in ti. de lapsis. & dispẽsat. §. Nunc de episcoporũ. Selua de beneficijs. 4. p. q. 7. numerat. 163. casus.

Nouella Iustinia.122.coniugatos eos esse intelligimus,qui verbis in præsens tempus conceptis matrimonium contraxerunt,tametsi concubitus non sit sequutus.extrauag. antiquæ. de voto.Quæ certe præscriptio apud Romanam Ecclesiam constanter obseruata est. Cui tamen non leuiter repugnat eius Synodi,quę in Trullo repetita est,canon XIII.apud Gratianum c.XIII. dist.XXXI. Sed vere disputant, qui aiunt eum canonem contra Latinorum sacerdotum cœlibatum atque adeo contra Romanam Ecclesiam aperte conscriptum recipi non oportere. Nam vt Epiphanius scribit nunquam Apostoli,nunquam priores Græci sancti viri statuerunt quod eo canone continetur, & Apostolorum canonem V. quo illi episcopi vtuntur longe aliter accipi debere recte Gratianus affirmat. c. Qui cumq; 9.§ 1.dist.31 & Humbertus Leonis IX. legatus cui ascribendum esse,c.Omnino.11 dist.31.Antonius Augustinus existimat,neque proprius ad veritatē accedit Carthaginensis canonis, qui Græcis est XXV.interpretatio. Iā vero canonem illum atque adeo reliquos 102. qui sextæ Synodi nomine circumferuntur, XXVII. annis post sextam Synodum solutam ab alijs episcopis conscriptos fuisse ex Theophane Anastasio,Gregorio Cedreno Franciscus Turrianus,Antonius Augustinus,& selecti Romani veri Gregorianę editionis auctores diligēter demonstrāt: addit Augustinus hāc repetitam synodū,quæ πενθέκτης appellatur ab Adriano numquam fuisse confirmatam. Non enim Adriani sed Petri episcopi Nicomediæ ac Tharasij Patriarchæ, C. P. illa verba sunt, quæ Gratianus refert in capit. Habeo. distinct. 16 locum Romani viri indicant. Quinimo Apostolorum canon XVI. non solum coniugatum, sed etiam digamum à sacerdotio & ordinatione repellit. Id est eum qui diuersis temporibus duas vxores (a) duxerit, vel etiam vnam, si ea

Lib. 1. dialo. VII.

(a) Cou. In Cle. si furiosus. de homici. 1.p.§.2.nu. 2.& 3.

vidua sit. ca.3.ca.Debitum.de bigamis c.Si quis viduam.
IIX. 34.distinct.aut meretrix, id est, vt B.Augustinus ait, cuius turpitudo publice vænalis est. cap.Meretrices.32.q.4. nam quæ vno, aut alteri se immiscuit, meretrix non est.l. palam. D.de ritu nuptiar. Veruntamen ad hanc etiam canon productus est, vt quicumque non virginem duxerit, à sacro ministerio arceatur.c.curandum.cap.præcipimus.34.distinct.& Toletano Concilio expresse definitur. c.Qui in aliquo.51.distinct.nisi ab eo, qui ducit, virgini(*a*) esset vitium oblatum. De eo autem, qui vxorem adulterã retinuit, memorabile est, quod ex Synodo Neocæsariensi Gratianus refert in cap.Si cuius.34.di.in his autem omnibus visionibus, vt digamus quis dicatur, corporum copulatio & congressus necessario requiritur (*b*) c.Nuper. de digamis.

(*a*) DD. citati per Couar.in d. Clem. si furiosus.1.p.§.2.nu.3

(*b*) Coua vbi su.

IX. Qui vero in clerum sunt admissi si in inferioribus ordinibus sunt, recte matrimonium contrahere possunt, sed beneficia vacare ipso iure dicuntur cap.1.c.Diuersis. de cleric. coniug neque solum beneficia, sed etiam pensiones(*c*)annuæ. Reliqui vero hypodiaconi, diaconi, presbyteri, matrimonium deinceps contrahere omni tempore prohibiti(*d*) sunt:non tamen diuino iure, sed constituto, & Pontificio,(*e*) quæ sententia receptior est. Si tamen matrimonium cõtraxerint, matrimonium ipsum irritum est, & nullo iure cõstat. Illi vero beneficiorũ amissione mulctantur.c.Vt lex.27.q 1.c.1.cap.4.de cleric.coniugat.c.penul.27.dist. filij autem ex nefario hoc matrimonio suscepti, ei Ecclesiæ, cui clericus vel sacerdos pater erat adscriptus, in seruitutem perpetuo(*f*)ex Concilij Toletani noni canone traduntur.c.Cum multæ.15.q 8.qui canon à nostris etiã inter Alfonsinas leges descriptus(*g*)est. Ac quidẽ vero, quod ad diaconos, & hypodiaconos attinet, ab hac definitione in Oriẽtis ecclesia nõ semel discessum

(*c*) Gigas de pensio.q.21. Couar. in quartũ.2.p §.3.c.6.nu.6.

(*d*) Clyctoue' de continent. sacerdot.c.13.Turrianus ad sextam Synodum canone.13.

(*e*) Dñicus Soto. li.de iusti & iur. 8.q.4.art.2. & q.5.arti.3.

(*f*) Glos. in ca. eos.23. distinct. Panormita.in c. Si quisquam nu.5. de cohabi.cleric. & mulier.

(*g*) l.3.ti.21.p.4.

ſum eſſe indicat Ancyrana Synodus canone x. cuius canonis ſentētiā ex Dionyſij interpretatione recte Gratian⁹ refert. *Diaconi* (inquit) *ſi cū ordinātur, cōteſtati ſunt ſe velle vxorē ducere, & duxerint, maneāt in ſuo miniſterio, ſi tacuerint, & duxerint, deponātur.* c. Diaconi. 28. d. illud fortaſſe nō recte, quod hypodiaconis, de quib⁹ ille canō cōceptus nō eſt, nuptias permiſſas eſſe ſine vlla cōteſtatione arbitratur. Nam cum vtriſque vxorē ducere æque prohibitum ſit, probabilius eſt, canonem ita accipi debere, vt vterque in ordinatione conteſtetur. Quod ſi hypodiaconus ſine cōteſtatione ordinatus ſit, eum ſi in diaconi ordinatione cōteſtari velit, audiri non oportere Martinus Bracarenſis, cum in collectione ſua capit. 38. Ancyranum canonem retulit, mirum eſt à Græci canonis ſententia quantum diſceſſerit. *Diaconus* (inquit) *qui eligitur ſi conteſtatus fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit ſe in caſtitate manere non poſſe non ordinetur.* Ita Gratianus capit. 1. diſtin. 27. qui eum canonem quaſi alius eſſet ab Ancyrano in aliam ſententiam recitauit. Sed Martinus cum in Occidente eſſet, Orientis licētiam (quod A. Auguſtinus recte opinatur) imitari fortaſſe noluit: pro Gratiano vero, nihil omnino afferri poteſt, qui eorum verborum quæ ipſe profert ſententiā plane, indigniſq; modis peruertit. Hercle vero hac Oriētis cōſuetudine quidam etiam in presbyteris abutuntur, de Stephani Papæ verbis quæ niſi interpretatione emollias, duriuſcula ſunt. *Aliter* (inquit) *ſe Orientalium traditio habet, aliter huius Romanæ Eccleſiæ. Nam earum ſacerdotes diaconi, aut ſubdiaconi matrimonio copulantur.* Et reliqua cap. vlt. diſtinctione. 31. recte enim noſtri matrimonio copulantur, hoc eſt, matrimonij iam contracti copula vtuntur impune. Quod an apud Orientales licuerit, vocari in contentionem forte poteſt, illud certe non poteſt tam Orientis quā Occidentis canonibus nuptias poſt ordina-

tionem hypodiaconis, diaconis & presbyteris interdictas fuisse. Vt in illa Trulliana Synodo. capit. VI. & capit. XXVI. placet enim ἄθεσμον γάμον. de quibuscumque nuptijs post ordinationem contractis etiam recte intelligi. Gratianus retulit distinct. 28. cap. 16. presbyter. *Quin etiam de hoc ordine* non maritando ita quidam(*a*) disputant, vt quod de Græcis sacerdotibus circumfertur, vnquam licuisse plane negent. Atque etiam defensitent continentiæ vel in proprijs vxoribus legem sacro ordini à Nicæna synodo indictam fuisse. Id astruunt ex canone eius concilij quarto, qui nuper ex Arabica lingua conuersus est. Canonis autem huius fidem ex Basilio, in ea epistula, quæ ad Gregorium presbyterum scripta est. Tum proferunt ex Synodo Arelatensi secunda canonem. 2. ex Turonensi 1. canonem item secundum, ex Nicolai de Græcis sacerdotibus ad Bulgarorum consulta responso. c. Consulendum. distinct. 28. Testibus sane quidem grauissimis vtuntur, & quibus nemo fidem abroget. Illorum tamen testimonia huic rei confirmandæ non ita apta forma, & perspicua sunt, vt ex illis facile hæc sententia constituatur, quæ ab omnium ferè consensione, & monumentis non leuiter discrepat. Persequamur reliqua,

X. de seruis nihil prope admonere necesse est. Satis enim intelligitur Ecclesiæ gubernandæ dedicari eū nō debere, qui ipse nō sui iuris sed in alteri' (*b*) est potestate. Illud certe iuris est explorati, beneficium consequi neminē posse, qui sacris initiatus nō sit. c. Ex literis de transactio. c. Cū adeo. de rescript. c. 2. de institut. Itaque qui beneficiū petit, clericum esse factū, idque recte, atque ex Pōtificali ritu oportet. Aliter quidem collatio benefici, tanquam laico homini facta nullius plerūq; momēti iudicabitur. (*c*) Cōc. Trid. sess. 24. cā 9 in beneficijs certe, quę animorū habēt curationē, presbyterij ordinē quis afferat, aut certe intra annum sus-

(*a*) Franc. Turriā. ad canonem IV. Nicæni Cōcilij.

(*b*) Vide nostra cōmētaria ad ti. de reb. Ecclesię.

(*c*) Gl. pragm. ti. de ele. § deinde vero ordinibus.

ſuſcipiat neceſſe eſt. c. Licet canon. de electi. lib. 6. id quod amiſsionis beneficij pœna ſancitum eſt. Ceterum ea pœna liberabitur, qui à Pontifice Romano, vel proprio Epiſcopi canone ſolutus erit, vterque ſoluit, ſed diſpari iure. Epiſcopus beneficiarium intra ſeptennium presbyterio non initiari permittit, ſi interim, ſtudiorum (*a*) gratia peregrinetur, & intra annum hypodiaconus fiat. c. Cum ex eo. c. Commiſſa. de elect. lib. 6. Pontifex verò multo latius atque fuſius, etiam ab eo ordine immunes eſſe permittit, vt ſollemnis huius veniæ (*b*) formula indicat, præter hāc etiam canonis remiſsionem ſunt ſpecies aliquæ, quibus eam canonis pœnā non ſuſtinet, qui ſacris ordinibus non (*c*) dedicatur. AEtatis etiam non vltima ratio eſt in beneficijs conferendis. Veteres eam canones ſic definiſſe videntur. Qui trigeſimum annum non exceſſerit, eum epiſcopum deligi Agathenſe primum, mox Lateranenſe Cōcilium vetuit. c. Epiſcopus. 77. diſtinct. c. Cum in cunctis. de elect. In Archimandrita ſeu Abbate certa ætas nuſquā expreſſa reperitur. Abbatiſſæ autem xxx. anni præſtituti ſunt. c. Indemnitatibus. de election. lib. 6. quam conſtitutionem ad viros trahi cum diſpar cauſſa prohibet, tū quia exemplo turpe ſit, veluti fœmineo vocabulo maſculos contineri. l. Si ita ſcriptum. de leg 2. In Decanatu, Archidiaconatu, & alijs huiuſmodi dignitatibus xxv. annorū tempus exigitur, quod de Archimandrita, & præfectis his, qui Priores conuentuales appellantur, ſi quidem animorum curationi præſint, recte præcipitur. Clemen. ne in agro. §. Ceterum. de ſtatu monachor. d. c. Cum in cunctis. §. Inferiora. de electio. Ad presbyterium ſeu curationem parœcialis Eccleſiæ, quæ cum illo ſacro ordine coniuncta eſt, trigeſimum quintum annum, aut ſaltem trigeſimum priſci canones requirebant. c. Presbyter. 78 diſtinct. hodie vigeſimus quintus ſufficit. d. c. Cum in cūctis. §. Inferiora.

(*a*) Rebuf. in ſcholaſtic. priui leg. 36.

(*b*) Rebuf in praxi. cap de diſpēſatione de non promouendo.

(*c*) Idem Rebuf. in praxi cap de non promotis intra annū. &c.

XI.

De canonicorum præbendis nihil fere Pontificio iure decretum est. Panormitanus atque alij Pontificij (a) auctores ita præcipiunt in Ecclesijs, quæ collegij nomine sunt insignitæ decimum annum, in cathedris decimū & quartum præscribi: in simplicibus autem leuioribusque beneficijs septimum, quo etiam ætatis anno clericus ordinari quisque potest. c. De his. 28. dist. c. In singulis. 77. distinct. c. vltim. de temporib. ordinand. lib 6. Hæc ferè prisci canones, hodie tamen ex sacris Tridentini Concilij decretis, his dignitatibus, quibus animorum cura est adiuncta, vigesimus quintus annus, reliquis autem tam dignitatibus, quàm præbendis vigesimus secundus præfinitur. sess. 24. cap. 12. In simplicibus alijs & nudis beneficijs ad minimum ætatis annum decimum quartum expectari iubetur (b) sess. 23. cap. 6. Hi sunt quasi annales canones ad capienda beneficia, quibus tamen Romanus Pontifex soluere aliquos interdum solet ex iusta grauique caussa, vt ex formula huius remissionis aut veniæ (c) intelligitur, & ex Innocentij (d) regula, non libere hæc venia remissioque conceditur, sed duorum annorum tantum, episcopo huius veniæ ius vspiam non (e) esse receptum est. Restat vltimo loco literatura, & scientia, qua beneficiarium seu sacerdotem ad hanc tanti ministerij potestatem recte, & ex Ecclesiæ vtilitate gerendam imprimis instructum esse oportere passim sacra monumenta prædicant, vt Oseæ illud. *Quia tu scientiam repulisti, ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi*, & Malachiæ. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiā, & legem exquirunt de ore eius.* c. Omnes. 38. distinct. c. Sit rector. 43. distin. Itaque imperito literarum beneficium perperam iniqueque conferri docemur. c. Illiterata. 36. distin. c. Pœnitentiam. 55. distinct. c. Cum in cunctis. de election. Atque adeò collationem eam omnino esse irritam Innocentius (f) & Felinus arbitrantur, & eum qui ita obtinuerit

(a) Panorm in c. super inordinata. de præbend. reg. cancel. 17.

(b) Nauar. in Manu. c. 25. n. 135.

(c) Rebuf. in praxi. c. de dispēsat. super ratione ætatis.

(d) Reg. cancellariæ cum super defectu ætatis.

(e) Gl. & dd. in. Clem. fi. de æta. & qualit.

XII.

c. 4.

(f) Innocen. in. c. Cum nostris. de conceß præbend. Fell. in. c. Per tuas. de Simonia.

rit beneficium,confestim esse remouendum.ca.vltim. de
ætat.& qualitat. Sed videamus quarum rerum cogni-
tionem atque scientiam tenere sacerdos possit,& debeat.
Igitur sacras literas, id est, Nouum & Vetus testamentũ XIII.
nosse imprimis sacerdotem oportet, cuius omnes libros,
qui authentici probatique sunt, sacra Synodus Tridẽtina
refert.sess.4.c.1.Atque vt illi sacerdotibus per omnes Ec-
clesias & monasteria proponantur & explicentur, præbẽ-
dis certis huic sacræ disciplinæ destinatis constituit.sess.5.
c.1.& 2.Tum cognoscendi (*a*) canones sunt,qui dogma-
ta,& disciplinam ecclesiasticam continent.c Nulli.38.dist.
præsertim ei,cuius fidei episcopij administratio est cõmis-
sa. c. 1. (*b*) de consanguinit. Cæsareum & ciuile ius plus
habet cõtentionis,nã eius iuris studiũ Honorius III. reli-
giosisquibusdã beneficiarijsinterdixit.c.Super specula.ne
cleri.vel monach.& tritũ illud,turpe esse sacerdoti,disce-
ptationũ forensiũ peritũ se esse profiteri.l. Repetita. C.de
episc.& cler.Verũ enimuero si sacerdos nõ fori caussa ius XIV.
addiscat: sed vt ex illo limpidissimo iustitiæ, æquitatisque
fonte multa hauriat, quæ ad rem munusq; suũ cõducant,
eum minime reprehensum iri arbitrarer, & eã fortasse ob
caussam Alexander in Lugdunẽsi Cõcil.nõ solũ ciuilis iu-
ris studium beneficiarijs permisit,sed etiã eo nomine pri-
uilegia quædam,& immunitates largitus est.c.2. de priui-
leg.lib 6.Hæc de iuris ciuilis cognitione; nõ de vsu & mu-
nere aduocationis,quod an clericisprohibitũ sit,nõ semel
in cõtẽtionẽ venit,memorabile quidẽ est,quod de ea re in
subnotatione Lucæ Patriarchæ Constantinopolitani Sy-
nodali sub Manuelis Cõneni imperio de Diacono quodã
legitur,qui cũ aduocationis munere ex sanctione canonũ
atque legum interdictus esset,pro tribunali apud eundem
Patriarcham respondit, illos canones atque leges non in
suæ ætatis, sed in antiquis aduocatis habere locum, qui
colle-

(*a*) (*b*) Innocen. Hostiens. Cardi nal. Panormit. & in. d. c. Cum in cunctis. de elect. & in.c.nisi cum pridem. de renunc. Melchior. Cano.de locis Theolog. lib.8.c.6.&.7.

collegio quodam copulati in ciuilibus iudicijs ſtationes habebant, frumentarias teſſeras in Imperatoris commentarium delati accipiebant, ſub Primicerijs erant, atque à laicis magiſtratibus confirmabantur, quo tempore præclare ſacerdotibus ad id muneris aditus eſſe interclſos. Ceterum hodie aduocatorum artem plane ingenuam & liberalem eſſe, neque ſacro homine indignam, adiecit etiam, non aduocationem ipſam, ſed aduocationis modum canonibus puniri. *Etenim*, inquit, *non clericis modo,*
„ *ſed & epiſcopis, ſi amici patrocinium in iudicio ſuſcipiant, ve-*
„ *nia tribuetur, neque vnquam illi notabuntur, ſi in eccleſiaſticæ*
„ *rei controuerſia aduocati venerint.* ταῦτα εἰπὼν, καὶ παρα-
„ δεχθεὶς, ἐξεχωρήσθη καὶ παρὰ τοῦ πατριάρχου συνηγορεῖν,
„ ὡς καὶ πρότερον. Hoc eſt, *Hæc cum dixiſſet, applauſumque*
„ *ipſi eſſet, etiam à Patriarcha, patrocinari vt antea illi permiſſum*
„ *eſt*. Equidem non infitior, quin clerico cauſſas in iudicio defendere per canones ſæpe (*a*) numero liceat, illud tamen non temere à me diaconus expreſſerit, fallacias, & præſtigias illas, quæ in forenſibus concertationibus non modo adhibentur, ſed perpetuò hærent, ſacerdotis eſſe modeſtia ac grauitate dignas, placet potius, quibus clericis mundanarum rerum tractatio omnino eſt interdicta, eiſdem aduocationis munus minime permitti, quæ ſententia cum Pontificijs pene omnibus auctoribus (*b*) probata ſit, à noſtris etiam in libros (*c*) legum deſcripta eſt, vt apud Hiſpanos clerico vt aduocationis munere fungatur, non ſolum Pontificia ſed etiam regia venia opus eſſe quidam opinentur, quod vero de clerico ſacris ordinibus initiato dicitur, ad beneficiarium quemcumq; pertinet, (*d*) etiam ſi ſacri ordinis non ſit. Quod vero de iuris ciuilis cognitione atque doctrina traditum eſt, opi-
XV. nor ad Phyſicæ ſeu Medicinæ ſtudia recte procedere, ſi quis ex ea ſicut ex reliqua Philoſophia ſanctã modo Theologiam

(*a*) DD. in. c. 1. Ne clerici vel monachi. & in c. 1. 88. diſt. Panormit. in. c cũ contingat. n. 1. de for. comp. l. 2. 3. & 4. tit. 6. pa. 3 Soto de Iuſt. & Iur. lib. 5. q. 8. ar. 2.

(*b*) DD. in. c. 1. & 2. Ne clerici vel monach & in. c. Te quidem. 11. q. 1 Afflictis in conſtitutio. Sicilia. lib. 1. R. 81. nu. 19.

(*c*) l. 5. tit. 16 lib. 2. nouæ recopil.

(*d*) d. l. 5. tit. 16 li. 2. no recop. Bernard. Diaz reg. 657. Florentin. in. 3. p. ſummæ titul. 13. c. 2. §. 2.

logiam ornare velit. Medicinæ quidem professores à sacris beneficijs non esse arcendos Synodus Basiliensis (a) definiuit, de medicina etiam ab ipsis clericis exercenda plane idem, quod de iure ciuili constitui potest, apud Theodorum Balsamonem è libro Basilicorum lx. titul. 39 cap. 22. De ea re in hanc prope sententiam præcipitur.

(a) tit. de collatio. § insuper. in pragmati.

Medica quidem ars, quamquam effectrix sanitatis à sapientibus definitur, non tamen hoc necessario efficit, fallaces enim hominum sententiæ, & multorum iudicia praua, vt in veteri verbo. Cur igitur clericus, aut quod grauius est, sacerdos eius ministerij quod sine querella, & tute obire potest, munere deserto in rem ancipitem, lubricam, & sæpe periculosam, præceps feratur. ἡ δὲ τέχνη τῶν ἰατρῶν κἂν ὁρίζεται παρὰ τῶν σοφῶν ὑγείας εἶναι περιποιητική, ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀνάγκης γίνεται τοῦτο. σφαλεραὶ γάρ εἰσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ἐπίνοιαι, καὶ τῶν πολλῶν αἱ διαγνώσεις δειλαὶ κατὰ τὸ παλαιὸν γνωμοδότημα. ἵνα τί γοῦν ἀποστάιη ὁ κληρικὸς πολλῷ δὲ πλέον ὁ ἱερεὺς καὶ ὁ διάκονος τῆς ἀπονεμηθείσης αὐτῷ διακονίας, τῆς ἀμέμπτου, καὶ ἀσφαλοῦς. καὶ εἰς σφαλερὰν καὶ ἀμφίβολον πολλάκις καὶ ἐπικίνδυνον ἑαυτὸν ἐπιρρίψει. Hactenus Theodorus ex Basilicis, à qua sententia non longe discessum est in Concilio Lateranensi sub Innocentio III. cap. XVIII. Nam hypodiaconis, diaconis, & sacerdotibus ancipites solum & periculosas curationes, quales sunt illæ, quæ ad secandum & vrendum adhibentur, interdicit.

XVI.

Nunc de linguis peregrinis præsertim his, quibus Theologici libri continentur, harum cognitio sacerdoti quam vtilis & fructuosa sit, explicat Clementis V. (b) cōstitutio in Concilio Viennensi edita Clem. 2. de magist. De alijs disciplinis, quæ ex Ethnicorum libris traduntur, & de illis ipsis Ethnicorum legendis scriptis magnam cautionem sacerdoti esse adhibendam, ne rerum suauitate illectus institutum suum deserat, Basilius admonet ea Homilia,

(b) De ea Melch. Can. de loc. Theolog. lib. 2. c. 15.

milia, quã ſcripſit de vtilitate & ethnicorum libris capien-
XVII. da, multa etiam Gratianus affert, diſt. 37. & 38. Quod vero interpretes diſputant de mediocri, aut exacta harum rerũ cognitione, ita opinor docendum eſt, vt in ſacerdote, cuius fidei populus commiſſus eſt, quoniam ſacramentorũ adminiſter eſt earum rerum, quæ ad ſacramentorũ vſum, & tractationem pertinent, cognitio imprimis requiratur. Deinde quoniam ſanctiorẽ ille iuriſdictionẽ, quæ pœnitẽtiaria dicitur exercet; & populum diuinæ legis tradendis præceptis, & Chriſtianæ fidei myſterijs atq; inſtitutis excolit, & erudit, ex Tridentinæ (a) Synodi præſcripto ſeſſ. 5. c. 2. exquiſita eum doctrina ornatũ eſſe oportet, quæ partim à ſacris literis ducitur, partim ab eccleſiaſticis canonibus. In clericis autem infimi ordinis, item in ſacerdotibus, qui nulli adminiſtrandæ Eccleſiæ præficiuntur, in religioſis & regularibus non ſumma hæc rerũ tantarũ ſciẽtia exigitur, ſed quæ ad ſuſcepti officij & miniſterij functionẽ ſatis eſſe (b) poſsit. Tridentina quidẽ Synodus Latinæ ſaltem linguæ cognitionẽ in his requirit, ſeſſ. 24. c. 11. In his vero, quę ad dignitates in Eccleſijs cathedralibus aſciſcũtur, in Theologia vel Pontificio iure docturã, aut certe deſignationẽ,
XIIX. ſeſſ. 22. c 2. Si quis hac rerũ cognitione nõ inſtructus beneficium adeptus eſt, neque poſtea aut his addiſcendis, quæ muneris ſui ſunt, operam dat, aut beneficium dimittit, is nouo ſe & maximo ſcelere obſtringit, neque conſilio nõ mutato, expiari abſoluique cuiuſquam miniſterio (c) debet. Quòd ſi cui forſitan ſeuera nimis & rigida hæc præceptio videatur, is cogitet, vt omnium artium eſt præſtantiſſima, ſic etiam difficillimam & periculoſiſsimã eſſe, quæ ad animorum curationem pertinet. c. Ante. 40. diſtinct. c. Cum ſit. de ætat. & qualit. & præclare quidem in ſacra Tridentina Synodo dicitur, qui Eccleſiæ gubernationem capeſsit, onus ſibi imponere angelicis humeris formidandum

(a) Nauar in Ma. c. 25. n. 133.

(b) Innocen. & dd. in. d. c. Cũ in cunctis. & in. d. c. Illiteratos.

(c) Nauar d. c. 25. n. 133. dd. in. d. c. Cum in cũctis.

dum, & quanto ad eam rem studio, labore, vigilijs, meditatione sit opus, indicat Paulus Apostolus, qui ad pedes Gamalielis legem, & Prophetas se didicisse testatur. Act. c. 22. Postremos qui contemptis canonum decretis beneficia, & Ecclesiarum præfecturas hominibus non idoneis deferunt, quam multa in Christianam & publicam rem detrimenta importent, facile is suspicabitur, qui ex hoc vno capite non solum deflorescentē, sed prope extinctam lectissimi huius ordinis claritatem animaduertet. Pœnas vero, quæ in illos plurimæ & grauissimæ Pōtificio iure cōstitutæ sunt, ex interpretū (a) cōmentarijs passim cognoscet.

(a) Rebuf. in praxi. benefic. cap. Pœnæ cōtra collatores indignis conferentes.

CAP. VII.

De acquirendis beneficijs.

Expeditum est, qui possint ecclesiastica beneficia distribuere. Tum quibus, coniectarius ille tractatus est, quibus ea modis distribuantur, loca ipsa naturali quadam colligatione inter se consertè, contexteque apta ita sunt, vt etiam si nihil admoneas, aliud ex alio rerum series & continuatio nectat. Morum itaque temporumque mutatione effectum est, vt, cum antea ex vna simplicique ratione ecclesiastici omnes honores atque munera deferrentur, eius rei multæ postea dissimilitudines, & varia beneficij adquirendi genera extiterint. Nos singula non tam persequemur, quam in singulis summa indicabimus capita, ergo ecclesiasticum beneficium adquiritur, electione, collatione, postulatione, translatione, coniunctione, fiducia, nominatione, mandatis Pontificijs, reseruatione.
Electionis seu ordinationis (nam electionē semper ordinatio olim cōtinuit, eāq; apud priscos canones significat, I.

vt poſtea dilucidius apparebit.) Electionis inquam forma & ritus ab Apoſtolis obſeruatus ex ſacris ſcriptis non ſemel intelligitur, vt quod de Matthia ſuffecto legitur. Act. cap. 1. de diaconis à collegio Apoſtolorum creatis. c. 6. de Barnaba & Saulo. cap. 13. de presbyteris ab eodem Saulo & Barnaba cooptatis c. 14. & Clemens apud Euſebium libro de eccleſiaſtica (a) hiſtoria. Iacobum fratrem Domini à Petro, Ioanne & Iacobo Apoſtolis epiſcopum creatum fuiſſe teſtatur, de ipſo etiam Clemente paſsim proditum eſt. Poſt Apoſtolorum ætatem de epiſcopis atque alijs eccleſiæ miniſtris creandis varios canones fuiſſe editos intelligimus, ex ipſis eccleſiaſticis canonibus, ex Nicæna Synodo, ex alijs. c. Epiſcopi. 64. diſtinct. c. Epiſcopus. 24. diſtinct. c. Non eſt. diſtinct. 63. & ex diſtinct. 67 Hodie tamen electio fit eo ordine atque ritu, quem in Synodo quadam Innocentius præſcripſit. c. Quia propter. de elect. quam mox Metropolitani aſſenſus confirmat. c. Nihil. c. Cum dilectus. de electio. confirmationem epiſcopi conſecratio ſequitur, idque neceſſario, nam vt in Synodo Nicæna prima, quartus canon eius conſecrationis non meminerit, quod F. Duarenus ait, & Græca exemplaria confirmant, tam in ea Synodo, quam in Nicæna ſecunda, canone. 3. quæ præcipiunt epiſcopum ab omnibus prouinciæ epiſcopis, καθίστασθαι ἤ χειροτονεῖσθαι, hoc eſt, conſtitui aut deligi, eius rei auctoritatem & probationem, (hoc valet κῦρος) Metropolitano reſeruari. Nihil præterea eſt; quod ad conſecrationem in eo canone ſpectet. Ceterum vt conſecrationis eo loco mentio nō fiat, attamen eam aliam eſſe à confirmatione, & ſuis ſanctiſſimiſque cęremonijs ſeparatim conſtare, tum omni tempore fuiſſe adhibitam, cum ex natura rei ex ſollemni atque inueterato Eccleſiæ ritu, tum multis ex locis diſertè efficitur, aliqua Gratianus collegit diſtinct. 64. neque recte

(a) Lib. 2. c. 1.

contra

contra Duarenus putat. Ergo omnibus cōuenit episcopia his beneficijs adnumerata, quæ Electiua dicuntur, de ceteris quæstio est, priores Interpretes ad omnia Ecclesiarum quarumcumq; collegia illam Innocentij formulam in. c. Quia propter. pertinere sunt arbitrati, sed plerisq; placet ea beneficia potius (*a*) esse Collatiua, aut certe mixta. Ab batũ autẽ, Priorũ & aliorũ Prælatorum, electioni à Tridẽ. Synodo formula præscripta est, sess. 25 c. 6. Electionis itaq; vis omnis in confirmationis lege posita est, si confirmatio nulla requiritur, tametsi penes collegium creatio sit, & electionis ritu fiat, nō tamen Electio sed Collatio dicitur, qui est alter beneficij adquirẽdi modus. Collatio vero aliasvo luntaria est, eo modo episcopi & reliqui, quibus ius esse conferendi diximus, beneficia conferunt, alias collatio necessaria est, vt in mandatario. c. Tibi. c. Duobus. de rescrip. lib. 6. vt in eo, quem patronus nominat ir c. 1. De institut. (*b*) lib. 6. Postulatione eos ad sacra ministeria promoueri dicimus, quos ordinari propter ætatẽ forte nō legitimã aut quia nothi sunt, vel sacris non initiati, aut ex alio capite sacrorũ canonũ disciplina interdicit, itaq; postulantur hi, non eliguntur. c. vlt. De postulat. prælator. adito scilicet Pōtifice Romano, cui tãtũ gratia & remissio canonũ permissa est, nisi forte de minoribus ministerijs agatur, & vitiũ eius generis sit, cuius remissionẽ Pōtifex sibi nō recepit. tit. de ætat. & qualit. lib. 6. Trãslatio tũc fit, cũ vnius ciuitatis episcopus, aut Ecclesiæ minister ad aliã trãsfertur, quæ certe prohibita tũc est, cũ ex nimia cupiditate & ambitione proficiscitur, nō cũ eã necessitas vtilitasq; Ecclesiæ, aut caussa alia quæ (*c*) iusta sit, postulat. c. Scias. c. Episcopus. 7. q. 1. Atqui trãslationes has parcè & raro fuisse permissas, vel illud facit indiciũ, quod apud Theodorũ Balsamonẽ omnes episcopi cōmemorantur, qui ad Ecclesias alias trãslati sunt, transferẽdi ius & facultas vnius Pōtificis

II.

III.

IV.

V.

(*a*) Gl. in Reg. cãcellar. 33. & in Prag. sanit. Ru. de electione. §. sed quod per electiones.

(*b*) Panor. & dd. in. c. 2. Ne sede vacante.

(*c*) Caussas translationis, vide apud Rebusum in praxi cap. De translationib. à nu. 4.

Romani arbitratui committitur. c. 1. de translat. episcop. Qui vero ad aliam Ecclesiam est translatus, nisi hoc ad tempus fiat, priori Ecclesia sese abdicasse semper intelligitur. c. In apibus. §. ecce. 7. q. 1. alij sunt trãslationis effectus, qui passim in interpretum libris occurrent. (a) Coniunctio, quæ vnio dicitur, genus est adquirendi beneficij, cũ beneficio, quod quis possidet, aliud adijcitur, nã vtrumq; citra veniam canonum retinere potest; nisi vtrique insit animorum cura ex Tridentina Synod. ses. 7. c. 4. Fit autem hæc cõiunctio caussa (b) cognita à Põtifice, (c) episcopo vel alio prælato, idq; triplici (d) ratione, quã ex Põtificijs Glossarijs cognosces, præterea eadem cõiunctio alias est perpetua, alias ad tẽpus, & certi (e) hominis caussa, eoque extincto finitur. d. c. 1. Ne sede vacante. &. c. Quoniã Abbas. de off. d eleg. Deniq; quæ ad cõiunctionis formulam, canones, caussas pertinent, ea petenda sunt ex d. c. 1. Ne sede vacãt. c. Exposuisti. de præb. c. Dudũ. de rebus eccles. ex reg. cancellari. 21. tũ etiã ex notis quibusdã interpretũ tũ consultationibus (f) tũ ad ea iura cõmentarijs. Huius cõiunctionis species est illa beneficiorũ simpliciũ in matrices seu alias ecclesias trãslatio, cuius formulã Trid. Synod. perscripsit, sess. 21. c. 7. & ses. 7. c. 6. Episcopis atq; ordinarijs earũ coniunctionẽ, quæ ante XL. annos factæ sunt, cognitionẽ atq; discusionẽ mandat. Tum etiam sess 14. c. 9. parœciales Ecclesiæ ne alijs adiungãtur prohibet, præsertim extra diocesim, nisi hoc ecclesiastici status dignitati pro supplendo legitimo sacerdotum stipendio expedire episcopi statuant sess. 21. c. 5. Fiducia, quæ commẽda vulgo appellatur, beneficium obtineri dicimus, cum Ecclesia vacans, interim dum ei pastor idoneus præficitur alicui ceu tutori, aut curatori ad tempus commendatur. c. Constitutum. 7. q. 1. hæc prius rei, atque appellationis vis, & caussa fuit. Atqui res deinceps eo perducta est, vt contractæ fiduciæ

VI.

VII.

(a) Rebuf. vbi supra. nu. 16.

(b) Rebuf. de vnionibus. n. 38

(c) Idem Rebuf. n. 22. & seq. vbi supra.

(d) Gl. in. c. & tẽporis. 16. q. 1. & in. c. 1. Ne sede vacant; Rebuf. vbi sup. in capite de vnionib. beneficior.

(e) Guido PP. Cõsil. 134. q. 1. Reb. d. c. de vnionib. nu 39. 40. & seq.

(f) Oldrald. cõsil. 261. Dec. cons. 275.

duciæ veſtigium vix vllum appareret, inane vocabulũ retentum eſt, vt fiduciæ prætextu quaſi limen ad multorum beneficiorum aditum pateret, itaque fiduciarium hunc titulum à legitimo fere iam non differre tradunt (a) interpretes, atque multa incommoda (b) & difficultates numerant, quibus ex eo capite Chriſtiana & publica res affecta fuit, vt merito in epiſcopijs atq; dignitatibus alijs omnes eius generis creationes Clemens. V. infirmauerit (c) Itaq; beneficia hodie in perpetuũ cõmendantur, exceptis curationibus animorũ, quas epiſcopus non niſi ad ſemeſtre ſpatium cõmittere poteſt. c. Nemo. (d) de elect. lib. 6. idq; ſemel, cum tamen vacãtis Eccleſiæ collegio finito ſemeſtri, liceat Eccleſiam (e) iterum commendare. Illud itẽ receptum eſt, vt duæ Eccleſiæ vnius fidei ne commendẽtur. IIX. Quin etiam tametſi licuit olim vnius Eccleſiæ perpetuum eſſe paſtorem, & alterius cuſtodem temporarium, atq; ita duo beneficia eodẽ tẽpore diuerſis titulis obtinere. c. Clericũ. c. Qui plures. 21. q. 1. c Obitũ. c. Catinenſis. 61. diſt. Hodie tamẽ ſi vtrumq; curam animorum afferat, ex Triden. Concil. decretis nõ licet ſeſſ 7. c. 4. Et cõmendata monaſteria, Abbatias, Prioratus, in quibus religioſa alicuius regulæ obſeruatio nõ viget, pari iure, atq; reliqua ordinarij viſitant. ſeſſ 21. c. 8. Quatenus vero fiduciarius hic cuſtos Eccleſiæ beneficijq́; rebus vtatur, ſatis ab alijs explicatũ (f) eſt. IX. Beneficiũ etiã nominatione ſeu præſentatione vulgo adquirimus, quã is habet, qui ſacrã Baſilicam in fundo areaúe ſua exſtrui paſſus eſt, quiúe ędificauerit, aut dirutam & temporis vetuſtate collapſam reſtituerit, vel qui ei ad ædificij miniſtrorumq́ue tutelam redditum, vectigalq́ue certum de ſuo largitus fuerit. cap. Filijs. c. Decernimus. 16. q. 7. Concil Tridentin. ſeſſ. 15. cap. 12. ex alijs quoque capitibus, (g) quod auctores quidam eruditi negant, nominationis hoc ius quæritur, vt legitima anno-

(a) DD. In. c Nemo. de elect. lib. 6.

(b) Rebuf. in praxi benef. cap. de commenda . à nu. 12.

(c) Rebuf. vbi ſu.

(d) dd. In. c. Si cõſtiterit. de accuſatio.

(e) Rebuf. vbi ſupra. nu 65.

(f) Rebuf. vbi ſup. nu. 60.

(g) Lambertin. de iur. patron. li. 1. p. 1. q. princip. 10. nu. 3. Couarru. in practicis. c. 36. nu. 6.

narum deductione in cōiunctis (a) Ecclesijs. c. De monachis, de præbē. vt prescriptione (b) c. Querellā. de elect. vt priuilegio (c) Ceterū multo angustiore deterioreq; iure. Itaq; in Pōtificijs literis, in reseruationibus, in receptis alternis mēsibus his posteriorib9 modis quæsito nominationis iuri obrogatū esse cēsebitur, idq; sæpius recte definitū (d) est, quod tamen ad tria illa capita falso producitur. Igitur absq; hac nominatione episcopus in ecclesia ordinare quemquā minime potest, nisi caduco reuolutoque iure, quod tunc ei competit, cum quadrimestre laico, semestre ecclesiastico patrono tempus præterijt, quod ijs est adnominandum præscriptum, toto tit. de iure patronat. lib. VI.

X. Verumtamen patronus, si ecclesiasticus sit, nominare episcopo, atque offerre eum debet, qui ceteris omnibus petitoribus præstat & dignior est, si vero laicus, eū saltem, quē moribus, ætate, literatura, atq; alijs diligēter inquisitis dignum & idoneum, episcopus esse statuat. Concil. Tridentinum sess. 24. c. 18. ὥστε μὴ βεβηλοῦσθαι τὰ ἅγια τοῦ θεοῦ. *Ne Dei sancta contaminentur*, quod ex Ezechielis. ca. XXX. Iustinianus affert nouella constitutione. 57. quo loco & in nouella. 123. diserte Iustinianus statuit, vt qui Ecclesiam ædificauerit, vel de suo clericis annonas præbuerit, ius habeat clericos in ea constituendi, non tamen ei vt liceat liberè, & sine delectu aliquo clericos episcopo proponere, qui tamen ab eo inexplorato & sine iudicio deligantur, sed potius qui propositi nominatique sunt, eos ab episcopo spectari diligenter, & quasi subtiliore quadam statera examinari, vt illi demum ordinentur, οἵπερ ἐπιτήδειοι δόξαιεν καθεστάναι καὶ τῆς τοῦ θεοῦ λειτουργίας ἄξιοι. *Qui probati & cogniti idonei esse videbuntur, & diuinæ liturgiæ sanctißimæque functionis digni*. Neque alius est locus in iuris Cæsarei libris qui ad ius patronatus, & hanc nominationum legem ita pertineat.

Sed

(a) Panormit. ibi nu. 8. Felinus in c. Cum venerabilis. de exceptio. communis Rocho de iure patron. verbo cō petens q. 25.
(b) Cōmunis sententia Balbo de præscriptio. 1. p. 5. partis principalis. q. 9. n. 3.
(c) d. Felinus tit. quando literæ Apostolicæ. ampliatione. 10.

(d) Felin. vbi sup. Cassadorus decisſ. 4. & 7. de iure patronat. Lābertin. lib. 2. q. 6. art. 22. Gigas de pensſ. q. 24. Couarru. d. c. 36. num. 4.

In authē. collat. 5. tit. vt clerici qui recedūt. &c. §. 2.

Sed vt ad propositum reuertamur, si magis idoneo contempto, dignus à laico nominatus sit, eam nominationē ratā esse magis (a) est, ipse tamen patronus qui nominat, grauiter peccat, & deserti officij apud Deum (b) postulabitur. Atqui etiam, si prudens, & sciens non idoneū nominauerit, hoc est, eū, qui ex fundatoris testata volūtate & legibus ministeriū obire non possit, etiam intra quadrimestre nominandi iure illum continuo cadere, semel tamen non omnibus vicibus receptius (c) est, si tamē hoc imprudenti cōtigerit, iterū nominare integrū ei est. c. Cū vos. de offi. ordin. hactenus enim ius nominationis, quod inter spiritalia nō immerito recēsetur, laicis hominibus indulgentia quadam & benignitate Ecclesiæ permissum est, vt tātæ functionis sanctitas nō polluta, nō inquinata violetur, sed pie potius, religiose & caste, quod Iustinianus superiore loco attulit, seruetur, laici vero & ecclesiastici patroni nō vulgaria discrimina Pōtificij (d) persequūtur. De reseruatione videamus, qua certè non tā beneficiū adquiritur, quā Pōtificis collationi recipitur. Solet enim R. Pōtifex beneficia quędā sibi reseruare, vt cū postea vacauerint ea solus cōferat, idque vel vniuersè, vt maiores Ecclesiæ dignitates, vt generatim illorū beneficia, qui in Pōtificio comitatu mortē obierint. c. 2. de præben. lib. 6. vt deniq; alia eius generis, vel sigillatim hoc Pōtifex facit, vt cū alicuius fani beneficiū reseruat, & quamquā certæ personæ caussa beneficium reseruatum sit, tamen, cū postea vacat, liberū ei est, cui voluerit suo arbitratu cōferre, hocq; distant apostolica mandata à reseruationibus. (e) Cetera de mandatis Pontificijs, quæ de Prouidendo, vel Expectatiua appellantur, longior disputatio est, quam vt nostræ orationis cancellis concludi possit, præsertim quæ ab interpretibus satis est copiose (f) tractata, quin etiam pars illa, quæ ad expectanda beneficia pertinebat sanctissimis

XI.

XII.

(a) Coua. in reg. peccatū. 2. p. §. 7. num. 4. de regu. iu. lib. 6.

(b) Couarr. vbi supra & Soto de iust & iure. lib. 6. q. 6. art. 2.

(c) Lamberti. de iur. patr. lib. 4. q. princip. 1. p. 2. lib. 1. nu. 14. Panormit. in. c. Cū vos. de offi. ord.

(d) Panormit. in c. Cum propter. n. 5. de iure patronat. ibi. dd.

(e) dd. in. c. Cum dilectus. de iure patronat. & in. c. 1. de offi. leg. in 6.

(f) Rebuf. in praxi. latissime Staphile, de literis Græ,

Tridentinæ Synodi decretis omnino antiqua est. sesion. 24. cap. 19.

CAP. IIX.

Communia de acquirendis beneficijs. Beneficium superstitis, sine ambitu integrum, de Annuo, de Annata, pura collatio & alia.

IN his itaq; tam multis varijsque modis quibus beneficiũ adquiritur, videndũ est, vt modus is, qui in abstentione, atque iustitia inest, omnino teneatur, quam certè si quis in ea re non seruauerit, vt honestissimos prouentus nanciscatur, tamẽ nõ beneficium, sed fraudem atque noxam in domum infert. Certè itaque canones atque regulæ adquirẽtibus præscripta sunt, quibus ceu vinculis constricta atque deuincta cupiditas quæ pietatis plerumque atque iustitiæ est inimica, exultare insolentius in rerum spiritualium tractatione non posit, ex his proponam ea quæ nullis tẽporibus exclusæ perpetuo obseruantur.
I. I. Beneficia quæ sacerdotij ministerijque caussa non ad tempus, sed in perpetuum cõferuntur, conferri iterum atque dari antea non posse, quã possessoris interitu, aut ex alio capite vacauerint. tit. de cõcess. præbend. c. non furem. 7 q. 1. non etiam promitti etiã promisione in beneficiarij mortem collata. c. 2. de cõces. prębẽd. li. 6. Si quis superstitis beneficiũ impetrasit, eũ ab ecclesiastica cõmunione submoueri primũ. c. 1. de cõcess. Deinde si quod ipse beneficiũ habebat, eo priuari, præter infamiã, qua notatur. c. Imprimis. 2. q. 1. c. Audiuim⁹. 3 q. 2. R. Põtifex, cuius vnius potestati permissum est, beneficia nondum vacantia promittere atq; suo arbitratu distribuere. c. Proposuit. de cõcess. præbend.
II. II. Ab omni beneficij

adqui-

adquisitione simonicum ambitum procul abesse oportere. Concilij Chalcedonen. canon descriptus à Gratiano. c. Si quis episcopus. 1. q. 1. l. Si quemquam C. de epis. & cleri. Si quis hac largitione beneficium nactus sit, eã collationẽ irritam, & nullius esse momẽti. c. Sanctorũ. 1. q. 1. c. Cũ clerici. de pact. neq; interesse pecunijs an re alia de beneficio quis paciscatur, si modo gratuita collatio nõ sit. c. Quã pio 1. q. 1. c. vlt. de pact. Conci. Triden. sess. 21. c. 1. III. Conferri item integra & sine vlla deminutione beneficia debere. ti. vt benefic. sine diminut. neque duobus idẽ beneficiũ conferri, aut inter duos diuidi, nisi ex magna iustaque caussa potest. c. Maioribus. c. Vacante. c. Cũ caussam. de præbẽd. Excipitur Annuum, seu Pensio, cuius plura genera (a) Interpretes persequuntur. Franciscus Duarenus satis commode legati exemplo pensionem definit, delibationem esse quamdam benefici, qua ex eo, quod vniuersum beneficiarij foret, pars quædam alicui defertur, hoc autem pensionis onus beneficijs iure imponitur ex iustis tamen certisque caussis, quas Felinus (b) Panormitanus atque alij denumerant, hoc præterea onus Pensionarij morte extinguitur non vacat. (c) Beneficio verò adeò inhæret, vi ipsum sequatur ad quamcumque personam transeat, semperque ei quasi obnoxium sit, cui dum viuit concessa pensio est, nisi forte ex conceptione diplomatis aliud actum fuisse appareret, (d) quo fit, vt de præteriti temporis pensionibus, quas vetus beneficij possessor debuit, nouus etiam conueniri (e) posit; neque dissimilis definitio. l. Imperatores. D. de public. & vectigalib. quibus autem beneficijs hanc quasi Pẽsionis seruitutẽ imponi nõ oporteat, Trident. Synodo præscriptũ est. Excipitur etiam alia vectigalis annui species, quæ vulgo Annata dicitur, hoc est, ex dignitate præbenda, vel etiam simplici beneficio pro cuiusque Ecclesiæ consuetudine de-

III.

IV.

(a) Laur. Cardi. Imol. in Clem. 1. §. eadem. de supplẽd neglig. prælator. Caccialupus, & Gigas de pensio. q. 3.

(b) Felin. in c. ad audiẽtiam. 2. de rescrip. Abb. in c. Cõquerente. de clericis non residẽ. Oldrald. Consil. 226. Gigas de pensio. q. 4.

V.

(c) Gigas. q. 12.

(d) Gig. q. 44.

(e) Gig. q. 39. nu. 10.

VI.

ducti in alicuius gratiam integri prioris anni fructus, quæ
deductio etiam annuas pensiones minuit, eius vero dedu
ctionis ratio ita subducetur, vt si æstimati beneficiorũ fru-
ctus sint huius vectigalis nomine nõ plus dissoluatur, quã
(a) Cassador. ad reg. cancel. decis. 19. — æstimatio (a) fert, Cassodoro auctore. Hoc autẽ Annatę
vectigal apud Hispanos Ecclesiæ cathedræ titulo insignes
VII. plerumq; non tamen eadem quantitate, sed alia aliæ ex re-
gionis more percipiunt, apud Gallos autẽ ex Leonina cõ-
stitutione Roman. Pontifex de episcopijs, & dignitatibus
(b) Sess. 21. — colligit, appellatur Annuũ, seu Annata nõ quia anniuersa
(c) De sacr. eccl. minister. — riũ sit, sed quia vnius anni, quidam à Bonifacio IX. inuen-
tam primum esse volunt; alij à Ioanne XXII. sunt etiã qui
(d) In Enchiridio contra Luteranos. tit. de Annata. Cordubensis tit. de Annata. Gigas. q. 27. — Synodo (b) Basiliensi sublatam aliquando affirmant, vt
Frãciscus (c) Duarenus huic iuri tuẽdo nõ satis æquus au
ctor, sed qua id æquitate constitutũ sit, diligenter Ioannes
Echius (d) & Fernandus Cordubensis exponunt. IV. Il-
IIX. lud etiã obseruandũ est beneficiũ pure, & sine vlla cõditio
(e) dd. in c. Significasti. de elect. — ne conferri debere. c. (e) vlt. De pact. vno Põtifice Roma-
(f) dd. in d. c. Significasti. — no excepto, qui quãlibet conditionẽ adijcere collationi
potest, modo ea in crimẽ simoniæ iure diuino prohibitæ
IX. non cadat. Clem. 1. vt lite pendent. (f) Quæ certæ si obser
(g) Couar. lib. 3. variar. c. 16. n. 1. — uata sint, simul atque Pontifex beneficium alicui se cõ-
(h) Bald. in l. Humanum. C. de legib. & in l. vlti. C. de cõfer. ma. c. Literis. de rescript. — ferre pronunciauit, tametsi de ea re nulla scriptura confe-
cta sit, ius ei quæsitum intelligitur. cap. Institutionis. 25. q.
2. (g) Itaque si is Pontifex, qui verbo beneficium contu-
lit, decedat, literæ solent & diplomata à successore expedi
(i) Abb. in c. Nostra. de rescript. dd. in l. Pactum quod C. de pact. — ri. (h) Quæ literæ ad rei confirmationem ita necessariæ
sunt, vt testibus fides non (i) fiat, extra casus (k) speciesq;
(k) Feli. in Rub. de constit. — certas, neque vsquequaque licet ante has literas exceptas
beneficiario quidquam ex beneficio percipere, extraua.
(l) In c. De multa. — iniunctæ. de electio. quod alio nos loco exposuimus. (l)
quæ deinceps ratio & formula possessionis adipiscendæ
(m) Li. 3. Variar. c. 16. nu. 10. — sit, copiose episcopus Segobiensis (m) edisserit.

CAP.

CAP. IX.

Beneficio quæsito quo quis modo iure ve vtatur fruatur, quatenus immunis, quibus iudicijs, atque vbi petat. De triennali possessione.

EXtremus prope locus eſt de vtilitatibus atque fructibus, quas is percipit, à quo beneficium recte, & rite quæſitum eſt; non ille quidem reconditus valdeque abſtruſus: cui enim in promptu atque adeo in numerato non ſint canone legeſque omnes ex vltimis libris atque linguis, quicumque vſui ſibi atque bono ſint? neceſſarius tamen cum ipſis ſacerdotibus, vt ſacrorum canonum liberalitate & munere contenti extra modum inuidioſe progredi non conentur: tum his, qui rempublicam gubernant quorũ plerique, neſcio qua mente, ciuium certe commoda non defendunt, ſed diuellunt, atque adeo labefactant fundamenta reipublicę, cum Eccleſiaſtico ordini detrahere magnopere ſtudent, quod alijs addant, in aliaſq; res cõuertant. Vtriſque itaq; Pontificum, regumque omnium conſentientia decreta commodè proponentur. Cum beneficium iure quæſitum eſt, I.
continuo ius cõpetit percipiendi decimas, primitias, oblationes, diaria, redditus, & reliqua emolumẽta, ſi quæ pręterea emolumenta & fructus beneficij quaſi vniuerſitate continentur, quæ nos antea attigimus, quæri deinde ſolet an res ita quæſitas teſtamento legare, an beneficij ſucceſſorem deligere beneficiarius poſsit, qui tractatus à nobis in librum alterum reiectus eſt. De alienatione vero re- II.
rum Eccleſiæ paucis etiam nunc. Quæ certe, quamquam

 commu-

cōmuni iure Beneficiario interdicitur, c. Nulli. de reb. eccle. nō alienand. interdū tamen nominatim permissa est. Vt si æs alienum vrgeat, neque è fructibus ecclesiæque re dissolui posit. Nam in hac specie & minorū prædia recte distrahuntur. l. 1. D. de reb. eor. qui sub tutel. sunt. Vt si res inutilis infructuosaque sit, expediatque vtiliorē aliam, & fructuosiorem reponi. c. vt super. §. possessiones de reb. ecclesi non alienan. Itē si pecunia ad alēdos pauperes in magna caritate annonæ, aut ad redimēdos captiuos sit opus, nec ea aliunde suppetat. c. Aurū. c. Sacrorum. 12. q. 2. c. Dudum. de reb. eccle. alienand. li. 6. Huius autem alienationis formula ex commentarijs facillimè cognoscitur. Illud profecto beneficiariorum non minimum priuilegiū est, quod munerum subeundorum vacationē habeant. Munerum autem quædam personalia sunt, ea nō sumptū sed animi, & corporis laborē maximè requirunt. Patrimonialia vero sunt, quæ citra dispendiū, & patrimonij deminutionē exerceri nequeūt. l. 1. & vlt. D. de muneri. & honori.

In d. c. sine exceptione c. dudum & in c. 1. de his quæ fiunt à prælatis.

III.

IV. Præterea patrimonialia quædā prædijs, & possessionibus, nulla personarum habita ratione imponūtur, quædā non prædijs, sed personis habita tamen facultatū ratione, quæ mixta dicūtur. l. rescripto & l. vlt. D. de muneri. & honor. Rursus horū munerū quædā ordinaria legitimaque sunt, vt portoria, isagogica, & exagogica, alia extra ordinem ma-

V. gistratuum, Principumque arbitrio indicta. Igitur à muneribus personalibus, ne à ministerio suo auocētur, vacuos, & immunes clericos esse satisprouisum est. l. generaliter. C. de episcop. & cleric. Extraordinarijs etiam muneribus illos non subijci omnibus conuenit. l. Placet. C. de sacrosanct. eccl. nisi causa aliqua reipublicæ valde necessaria ex sistat. l. Iubemus. l. Neminē. C. de S. sanct. eccl. Itaq; de or-

VI. dinarijs tātū muneribus quæstio est. Neq; Pōtificijs, & Cæsareis interpretibus cōuenit. Ceterū Pōtificio iure, cuius

iuris

iurisdecreta atq; instituta in hac re plushabēt auctoritatis, & pōderis cōstat ecclesias, ecclesiasticasq; personas ab omnibus muneribus, personalibus patrimonialibus, ordinarijs, & extraordinarijs esse immunes. De extraordinarijs antea cautū erat c. Nō minus. c. Aduersus. de immunit. eccl. De ordinarijs extat Bonifacij octaui cōstitutio c. Quāquā. VII.
de cēsib. li. 6. apud nos legibus (a) cōprobata, illā vero à iuris, æquitatisq; ratione deflexisse immerito & acerbe nimis Frācisc̄us Duaren9 iactat. Cū plane antea hoc idē Federic9 Imperator statuisset. Authē. Itē nulla. C. de epi. & cleri. & ecclesiasticę immunitatis priuilegia omnia seuerissime sanxit Tridētina sacra Synodus ses. 25. c. 20. quā vero cū frequēter, tū grauiter, & indignè in hāc cōstitutionē peccetur, multis Pōtificij Doctores demōstrāt. Apud Gallos huic cōstitutioni speciali eiusdē Bonifacij, priuataq; lege obrogatū esse Duarenus affirmat. Iā vero hāc vocationem nō solū in Ecclesia rebus clerici habēt, sed in proprijs atq; priuatis, siue ab illis sint post sacerdotiū quæsitæ, siue ab alio, qui pēdendis tributis erat obnoxius, donatæ. Hoc cōmuni prope interpretū (b) sentētia receptū est. Illud demōstratur c. Ecclesiarū. 1. q. 2. c. vlt. de vita & honestat. cleric. Id quod ad cuiusq; gradus atq; ordinis clericos pertinet. Si quidē eccl. beneficio sint aucti. Cōcil. Trid. ses. 23. c. 6. nā clericis tātū detōsis immunitatē nostrę leges neq; interpretes nō largiūtur. Si tamē ordinis alicuius etiā infimi sint, beneficiū nō requiri. Guido PP. censuit. Excipiuntur autē tributiones, vel munera ad quę resipsę antea obligatęerāt, quā ad clericos peruenirēt c. 2. de cēsib. l. Imperatores. D. de publicanis. Itē res illę, quas cleric9 negotiationis caussa inuehit, vel exportat. d. c. quāquā. de cēsib. li. 6. Clē. vnica. de cēsib. quāquā Constantius, & Cōstans Imperatores clericis etiā in his quæstibus, quos ex tabernaculis, atq; ergasterijs colligūt, ius immunitatis prębeāt. *Quod* (inquit) *& cō-*

iugi-

(a) L. ti. 3. li. 1. noui ordina.

Lib. 6.

Nauar. in Ma. c. 17. nu. 201.

IIX.

(b) Prolatiā D. Perez. li. 1. noui ordin. ti. 3. l. 1.

L. 2. tit. 4. li. 1. nō Recopilat. Otalora. de nobilit. p. 2 c. 1. nu. 8. Quæst. 83.

IX.

Felin. in c. eccle. de const. Abb. in c. non minus de immunit. ecclesi. Felin. in c. eccle. de consti.

" *iugibus,& liberis eorũ,& ministerijs,maribus,pariter,ac fœminis*
" *indulgemus,quos à cẽsibus etiã iubemus perseuerare immunes.* l. vt Ecclesiarum x. lib.16. tit. 2. in cap Theodosiano. In omnibus autem libris legitur, *& ministerijs maioribus pessime.*
X I. Excipiunt item illa,quæ ad publicam omnium vtilitatem pertinent,vt si in refectione itinerum, fontium, pontium sumptus aliqui publice faciendi sint. Tametsi & in hac specie Theodosius & Honorius lege lata clericos immunes esse voluerũt extat in C.Theodosiano lib.16.tit.2.l.40. quæ tamen x1v.post annos sublata ab eisdem Imperatori
X II. bus fuit.l. Ad instructiones.C.de S.S.Eccles. Beneficiariò præterea iudicia varia beneficiorũ nomine prodita sunt. Si de beneficio vniuerso,& titulo controuersia sit,rei vindicatio aduersus eum,qui beneficium possidet,ei competit.l. Sancimus. C. de sacro S.Eccles.c.Cum venerabilis. de exceptio:vindicatio autem vtilis, non directa, cum sacræ res nullius in bonis atque dominio sint. l. in rem. D. de rei vindicat.Ita filium pater causa expressa vindicat. l. 1.D. de rei vindicat. Præter petitorium autem licet etiam possessorijs omnibus iudicijs beneficiario vti.tit.de caus. poss.& proprietat. & de restit. spoliator.Hæc autem iudi-

Speculato.tit.de appellato.§. nouissime.

X I I I. cia,quippe quæ de beneficijs,id est,re spiritali,fiant, ad Ecclesiæ id est fori ecclesiastici,nõ iudicium profanorũ cognitionem pertinent. Atqui F.Duarenus,& alij,Guidone PP.auctore, arbitrantur possessoria iudicia, in quibus de vi agitur,apud forenses iudices recte disceptari. Petitoria autem & possessoria adipiscendæ iudicibus ecclesiasticis reseruant,sed non eo iure vtimur. Apud nostros vero, vis latius accipitur,non illa tãtum,quam interdictis persequi-
X I V. mur,aut Iulijs legibus publica,& priuata vindicamus, sed quotiescumque sollemnis iudiciorum ordo perturbatur, & legum decreta contemnuntur, qua de re nostri iudices interim solent interfari vi sublata,dum apud competentẽ

iu-

iudicem de suo quisque iure doceat. Hoc autem qua iuris æquitatisque ratione constet, multis explicant Auferius, & Degrassalius, ex nostris vero Azpilcueta, & episcopus Segouiẽsis. Quod vero de possessione dictũ est de iusta & legitima possessione intelligimus, quæ sola ad victoriã valet, ne alioquin cõtra canones & absq; institutione beneficiũ possideatur. cap. 1 de reg. iu. li. 6. iusta autẽ possessio est, quæ tituli iurisq; cõfirmatione non plena, & exacta sed qualicũq; fulcitur. Agitari hoc loco solet, an beneficiarius, qui in possessione est, titulũ & ius beneficij episcopo hoc exigẽti, exhibere probareq; debeat. Receptũ autẽ est, si possessio exigui tẽporis sit, eũ debere, nisi ab eodẽ episcopo possessio antea probata esset. Si vero lõgi tẽporis possessio sit, satis esse si proprio iuramẽto titulũ beneficiarius cõfirmet, neq; eo iterũ exhibito opus est. Longi autẽ tẽporis definitionẽ, de qua interpretes quoq; dissentiũt, iudicis arbitrio permitti rectè respõsum est. Nam possessionis triennalis, quam Synodus Basiliẽsis, & regula Cãcellariæ XXXII. tuẽtur, ea vis est, vt qui per trienniũ pacifice citra cõtrouersiã, & interpellationẽ beneficium saltem, tituli prętextu, & colore possederit nõ vi, nõ ambitu, neq; aduersus iuris communis reseruationẽ, huic neq; de proprietate ac titulo cõtrouersia amplius moueri possit. Sed quoniã eius regulæ explicatio, ad beneficiarij priuilegia imprimis pertinet, de eius explicatione illę Theses sint. I. Triennalis possessio beneficiariũ in petitorio, ac possessorio datis tantũ exceptionibus cõtra agentẽ (a) tuetur. Neq; ad hanc exceptionem bona (b) fides possidentis requiritur. II. Triẽnalis possessio vis illatæ, spolij q; iudiciũ à possessore nõ depellit, neq; eũ in hac (c) re defendit. III Triennalis possessio etiã bona fide quæsita canonicũ, & legitimũ titulũ possessori nõ (d) adfert. IV. In interioris iudicij conscientiæq; lege ex hac triẽnali possessione etiã

cum

XV.

Degrassalius li. 2. Regalium Frãciæ iure. 7. Aufrerius in Clem. 1. de offi. ordi. reg. 2. fallent. 30. Naua. in c. cũ cõtingat. de rescri. remed. 1. Couar. in practicis qq. c. 35. nu. 3. & 4. Not. in c. in literis, de rest. spoliator.

XVI.

Glo. in pragm. sanct. tit. de pacific possesso. §. ordinarij vero in quirãt. Felin. in c. Illud. col pen. de præsumptio. Selua de benefi. 1. p. q. 25.

XVII.

(a) Felin. in cap. Sicut de re iudicata. nu. 31. Cassadorus in reg. de triennali possess. decis. 7. & 8. Gomez in eadẽ reg. q. 58. & 60.

(b) Gomez in d. reg. de triennali. q. 42.

(c) Gomez in d. reg. q. 11.

(d) Felin. Cassador. alij per Gomez in d. reg. de triennali. ad 4. conclu. Selua de benefi. 3. p. q. 21. ad fi. contra tamen Rebuf. de pacif. possess. num. 7.

cum bona fide,& tituli prætextu beneficium retinere possessor (*a*) non potest. Sed cum tituli non canonici sibi cõscius est, illud dimittere debet. V. Triẽnalis possesio cum bona fide, & tituli colore episcopum non impedit, quominus inquirere de beneficij (*b*) titulo non posit, quamquã F. Duarenus & (*c*) Rebuffus contra opinentur. Denique
XIIX hæc iura beneficij conseruandi caussa comparata ei quoque competunt, cui litigiosum beneficium comparatum est. Bonifacij olim cõstitutione prohibitum quidem fuit si ex duobus vnus decederet, aut in alterius gratiam beneficium dimitteret, ante litem finitam ne beneficium illud tertio conferretur. c. 2. vt lit. pendent. lib. VI. hodie tamen moribus receptum est vt beneficium cuiuis, etiã si ex numero litigatorum non sit, conferatur. Qui post hanc collationem in demortui, aut cadentis locum auctoritate iudicis subrogatur. Subrogatio tamẽ intra annum exemplo interdictorum petenda est. l. 1. D. de interdict. & quamquã beneficium simpliciter collatum sit, tamen ius demortui aut eiurantis solum collatum esse intelligimus. Quo fit vt subrogatus etiam de auctoris eiurãtisque iure atq; titulo docere cogatur: quod in eo, qui beneficium non litigiosum adipiscitur, minime necessarium est.

(*a*) DD. vbi sup. sed cõtra Rebuf. vbi sup. & Probus ad Glo. Pragmat. sanctionis. verb. coloratum num 13

(*b*) Gomez vbi su q 58. Cassadorus decis. 7. nu. 9. Felin. in d. ca. Sicut. de re iudi. Pragmatica Sãctio tit. de pacific. possesso. § ordinarij. Vbi Gl. ver. triennio. & ibi Probus. nu. 4

(*c*) Rebuf. vbi su. num. 20.

Abb. in c. Cum venerabilis. de exceptio.

CAP. X.

Beneficia quemadmodum amittantur.

EXtremus hic labor erit Atqui is tenui leuique opera à nobis suscipietur. Manaret certe latisime locus is, qui in recensendis amittendorum beneficiorum generibus versatur, nisi eius tractatio in superioribus capitibus nõ solum inchoata, sed pene esset absoluta. Ita docendi ratio tulit. Vt enim

enim hæc hominum vita, quæ in singulas horas atque momenta propagatur pariter atque amittitur, plenissima mortis est, & mortis atque vitæ cum exordia eodem tempore nata sint, nexus etiam atque societas non antea diuellitur, quam vtramque exitus finisque excipiat, qui moriendi viuendique vnus atque idem est: ita etiam ars rerum, quæ ab ipsarum natura non longe recedit, quærendi amittendique regulas & tractatum ita coniungit, vt re altera explicata alterius explicatio plerumque saltim magna ex parte eadem opera cognoscatur. Ceterum vt summa capita indicem, paucis sic. Beneficium varijs modis amittitur: vt crimine, cessione, adeptione alterius beneficij, morte, quamquam beneficiarij morte non tam amittitur, quam vacat beneficium, crimina multa numerantur. Vt hæreseos. (a) cap. Ad abolendam. §. 1 de hære. quę pœna & ad eum producitur, qui hæretici hominis ope & opera beneficium adeptus est. c. 2. §. ad hæc. de hæretic. lib. 6. Vt schismatis. (b) c. Nos consuetudinem. dist. 12. c. Quia diligentia. de electione. Vt (c) maiestatis. cap. Cum secundum leges. de hęretic. li. 6. Vt falsi. capit. Ad falsariorum. de crimine falsi. Item ambitus Simonici. (d) capit. Insinuatum. de Simonia. Possessiones vi occupatæ. capit Eum qui. de præbend. lib. 6. Nefariæ (e) præposteræque libidinis. capit. Mulier. 15. q. 1. Adde si Cardinalem quis, si episcopum iniuriose verberarit, percusserit. capit. Felicis. de pœnis. lib. 6. Clem. 1. de pœnis. Si parentes proprios (f) vel eorum alterum, si propriæ Ecclesiæ rectorem, denique si hominem quemcumque (g) atrocius quis interficiat. capit. Inquisitionis. de accusationib. capit. In quibusdam. de pœnis. capit. 1. de homicid. libro 6. si renunciationem beneficij vi extorserit. Clem. multorum. de pœnis. & quidem in his casibus ipso iure beneficium amittitur. Nam per sententiam

I.

(a) Butrius in c. vlt. de postulando. Felinus in c. Rodulphus. de rescript.

(b) Doct. in Ru. de schismat.

(c) Gl. in c. Manichæos. C. de hæretic.

(d) Ibi Felin. & doct. not. in c. 2. de rescript.

(e) Barbatia consil. vlt.

(f) Ioãnes Anania cõsi. lxiii.

(g) Alexand. cõsil. 166. volu. 7.

tiam toties clericus beneficio priuatur, quoties grauioris delicti reus tenetur. c. satis peruersum. 56. di. c. Inuentum. 16. q. 7. Cesione etiam beneficium amittitur, quę in beneficijs resignatio appellatur, nos interdum eiurationem, interdum abdicationem. Dimittitur autem beneficium interdum pure. Idque apud quemlibet episcopum, non tamen temere, sed ex iusta causa c. Cũ pridem de renũciatione: interdum vero sub conditione, & in alterius gratiam apud vnum Pontificem Romanum ca. Ex parte. 1. de off. delegat. à quo certe si accepta eiuratio non sit, atque adeo beneficium ex nuncupata lege non collatum, beneficium non vacat. capit. Inter. de præbend. capit. Vno. de rer. permutat. lib. 6. quinimo si is cuius caussa dimissum beneficium est, beneficium aspernetur, aut eius possessionem adipisci nequeat, retentionis ius dimittenti integrũ erit, ita præcipiũt. ex l. nec vtilẽ. D. ex quib. caus. maiores. l. si ex stipulatione. D. de adquirend. possess. Ceterum non vt cesionis legitimus actus fuit, ita etiam resignationis, nam per procuratorem hæc fieri potest. c. Cum olim. §. Quia vero de offi. delegat. Sunt aliæ præceptiones huius rei, quæ ex interpretum commentarijs assumendæ sunt. Amittit præterea prius beneficium, qui alterum cum animorum curatione coniunctum adipiscitur. Qui locus à nobis tractatus est in c. De multa. de præb. Item alijs modis, vt si intra annum sacris ordinibus initiatus non sit. c. Licet canõ. de elect. li. 6. si eius potestatem in controuersiam vocet, à quo beneficium accepit. c. Ex eo. de regu. iu. lib. 6. si de lite transigat. l. Postquam. C. de pact. si ius suum intra triennium non persequatur. Canon de pacific. possessoribus. Sed non nobis omnia persequi decretum est.

Panorm. in c ex tuæ. de pœnis. Doct. in c. At si clericl. § de adulter. de iudic.

II.

Panormit & dd. in Rub de Simonia. & dd. in d. c. Ex parte. Ibi dd. not.

Rebuf in praxi. tit. de resignat. conditionali.

Hostien. in summa. tit. de renunciati. § quis renunciare.

III.

Not. dd. ibi.

IV.

Paris. consil. 86. volum. 4.

ANTONII QVINTANADVENNAE ECCLESIASTICON

LIBER II.

Ad Concilium Pictauiense, vel de bonorum Ecclesiæ succesſione atque commercio.

SALMANTICÆ,
Apud Guillelmum Foquel.
M. D. XCII.

SVMMÆ RERVM.

LXII. *An locatio ad plures annos facta, saltem intra triennium consistat.*

LXIII. *Idem quæritur de Emphyteusi.*

LXIV. *Intellectus Au. de non alienan. §. si vero, etiam collatione. 2.*

LXV. *Quod Emphyteusis intra tempus statutum valeat, quando corrumpatur omnino, præter omnes.*

LXVI. *Pauli. II. constitutio, an moribus recepta sit, & quatenus.*

LXVII. *Clerici de rebus Ecclesiæ testari non possunt.*

LXIIX. *Beneficiarius quid iuris in fructibus perceptis habeat.*

LXIX. *An vendere, donare, locare eos possit.*

LXX. *An testamento relinquere, & quos quoue nomine, quid ab intestato, quid ex Pontificis venia.*

LXXI. *Apud Hispanos & Gallos ex consuetudine beneficiarij testantur, non episcopi, nisi ex Pontificis venia.*

LXXII. *De quarto bonorũ ordine, & quæ ea bona sint.*

LXXIII. *An beneficiarij, an episcopi testari de his possint.*

LXXIV. *Eius rei definitio præter ceteros intelligitur l. sacrosanctæ. C. de episcop. & cleric.*

Authen. de ecclesiasticis titul. § interdicimus. tit. 14. collatione. 9.

Quid consanguineus.
Consanguinitas sanguis in iure.
XCI. *Quid consanguinitas apud Pontificios.*
XCII. *Quid sit iure consanguinitatis sanguinis proximitas succedere.*
Quid tutelam iure agnationis deferri.
XCIII. *Sententia huius canonis.*
XCIV. *Refellitur interpretatio I. Andreæ.*
XCV. *Bernardi & Hostiensis sententia probatur & illustratur.*
XCVI. *Collectio & conuenientia fragmentorum ex quibus integer hic canon constabat.*

Ex Concilio Pictauiense.

Cap. 1. de præb. *Vt nullus de clero siue populo ecclesiastica bona iure consanguinitatis sibi requirat habenda.*

VERBA huius capitis ex Pictauiensi canone, non tam descripta, quàm decisa vt aliqua sententia sint, ea certè, ecclesiastica bona iure successionis non deferri: tamen non leui opinor coniectura quis ad suspicandum ducatur, ea in alienum sensum migrasse; quæque alicuius rei speciatim confirmandæ caussa allata essent, nunc generatim, & in vniuersum enunciari: vt pro canone circumferatur, quod fragmentum quoddam, parsque canonis fuit aliquo; sed alieno sensu, vt si corporis alicuius naufragij, vel quod vetu-

ſtate, aut alio caſu eſſet collapſum, pars ſupereſſet; quæ
per ſe aliquem certè vſum præberet, ſed longè alium,
quàm cum ipſo erat in corpore immiſta; vt ſi ex reci-
diuo lapide ædifices, vel ex rutis cæſis. Ceterum quo-
niam quæ verba ſuperſunt latiſsimè patent, tractabimus
huius capitis argumentum quaſi theſim per ſe. Agi-
tur de bonis eccleſiaſticis. Bonorum autem notio la- I.
tiſsima eſt. Itaque non ſolum in bonis noſtris compu-
tantur, quæ dominij noſtri ſunt, ſed etiam quæ non
ſunt. Præterea quidquid in actionibus, petitionibus &
perſecutionibus eſt, l. Bonorum. 49. l. Princeps bona. 21. D. II.
de verb. ſignifica. Proinde ſi quis bona ſua pignori, vel
hypothecæ alicui oppoſuerit; non ſolum res mobiles
& ſoli, ſed actiones, & nomina, & quæcumque iura
pignori oppoſita cenſentur. d. ll. & l. nomen. C. quæ res
pignor. oblig. poſſ. l. 1. C. de vſufruct. l 1. §. Vtrum. D. ſi
quid in fraud. patro. l. Si legatus. §. Si quis bona. D. ad
S. C. Trebelli. ita Tiraquellus, & noſter Arias Pinel.
opinantur. Cum tamen contra reſponſum ſit in hy-
potheca rerum mobilium, & immobilium: nam quæ
ſoli ſunt, & mouentia bona tantum complectitur; non
iura, non nomina, alterius formæ bona. l. A Diuo Pio. §.
In venditionem, D. de re iudicat. quod Bartolo, & Ia-
ſoni primùm tum Fanenſi placuit, niſi à verborum pro
prietate recedere voluntas contrahentium iuberet. Vn-
de in illa ſpecie, *Omnia mobilia & immobilia*, ex com- III.
muni vſu loquendi, etiam iura comprehendi opinan-
tur Alciatus, Molin. Roman. epiſcop. Segouienſis. Ita-
que bonorum nomine beneficia etiam eccleſiaſtica
continentur. Cum itaque eccleſiaſticorum bonorum
locus longè, latèque fuſus omnes bonorum ſpecies
complectatur, vt quid in ſingulis clerici iuris habeant
intelligatur ſingulas tractabimus ordine. Primum de

Tiraquel. in l. ſi vnquã. C. de reuocand. donat. verb. bona. nu. 7 Arias Pinel. in Rub. C. de bon. matern. 1. p.

Vbi Bart. & Iaſ. Anto. Fanẽſ. de pignor. 2. membro. p. 2. nu. 9.

In ca Relatũ. 2. nu. de teſta. Bern habet. gl. 2 Hoſtiẽ. I. Andr. Cardi. nu. 2. Veroius. in Ru. de reb eccl nu. 23. & 82 Nauar. in Apolo. monito. 24. nu. 7. & 8. Soto. li. 9. de iuſt & iur. q. 3. ar. 10.

beneficijs, & præbendis, deinde quoniam aliud res ecclesiasticæ sunt, aliud beneficia; quemadmodum aliud hereditas, aliud res hereditariæ; his de rebus temporarijs, aut spiritalibus ex quibus beneficia sunt constituta agemus; tum de fructibus ex his perceptis, seu quacumque substantia ex Ecclesiæ facultatibus, aut eius contemplatione, & caussa quæsita. Postremò de rebus alijs, quæ iure hereditario, vel ex alio
IV. capite clericis obuenerunt. Principio receptum est clericis, dum viuunt, beneficiorum, quæ posſident, commercium non esse. Cum enim eas res clerici aut opinione domini aut iure non habeant, non posſideant, non persequantur, reliquum est auctore Paulo in l. Si in emptione. §. Omnium rerum. D. de contrahend. emptio. vt non emere, non vendere, non obligare, non donare eas posſint. Cum autem ex l. XII. tabul. quisque de re, pecuniaue sua testari posſit. l. Verbis legis. D. de verb. signif. l. Idem Iulianus. §. vlt. 41. D. de leg. 1. §. Non solum. verb. sed si talis, Inst. de legat. non etiam clerici, cum decedunt, beneficia alicui poterunt, aut relinquere ex testamento, vel ab intestato, & iure sanguinis in agnitos, cognatosue
V. transmittere. Licuit certè priscis temporibus presbyteris, & episcopis, non quidem successorem sibi, & heredem iure transfuso facere, quod semper interdictum fuisse indicat Apostolorum Canon. 66. & Nicænus, qui nuper ex Arabico translatus est. 48. sed de successore deligendo, cum episcopis fratribus suis, & presbyteris quasi habere consilium; & cuius maximè probarent mores, eum, priusquam decederent, non creare, sed ostendere, qui mox crearetur. Quæ ætas cum sanctisſimis Pontificibus floreret, illorum iudicio, & nominationi plurimum est auctorita-

ritatis, & ponderis ab ecclesiastico conuentu delatum. Ita de Petro, & Clemente literis proditum est. capit. Si Petrus. capit. vnde § Simon. 8. quæstione 1. Athanasius etiam Petrum quendam nominasse legitur Apud Theodorit. libro 4. capit. 20. tripetti. libro 7. capit. 37. Augustinus Erradium, atque alij alios. Quibus etiam adnumerari potest Bonifacius Archiepiscopus Maguntinus. capit. Petijsti. 7. quæstio. 1. de quo Canone mox videbimus. Ceterum quia verti omnia, & mutari in peiorem partem facile solent, cœperunt episcopi eos nominare, quos vt inquit Hieronymus gratia, aut necessitudine ducti augere beneficio studebant, populus autem dum demortuo episcopo, vt Hilarius ait, gratificari cupiebat, illius eblandito iudicio, non suo in successore deligendo vtebatur. capit. Plerique sacerdotes. capit. Moyses. 8. quæstione 1. Quamobrem statutum est Concilio Antiocheno, canone 21. aut Balsamoni. 23. Deinde Synodo Romana. capit. 5. vt futuri successoris nominationes deinceps ab episcopis ne fierent; aut saltem, si factæ essent, vt irritarentur, nisi populo, & clero assentiente, & cum populo & clero; ita, vt successor non ordinetur episcopus; dum viuit is cui successurus est. capit. Episcopo. 1. & 2. & d. capit. Plerique. Denique non solum, vt ne episcopus sibi successorem posit constituere; sed etiam Synodo Romana decretum est, ne ei quisquam, aut alij presbytero in beneficijs, & præbendis iure hereditario succedat. cap. Apostolica. 8. q. 1. Itaque omnis est ad ecclesiastica officia & beneficia successionis nomine interclusus aditus. Huius autem finitionis ratio ex rebus ipsis, & personis ducitur. Ex rebus: Nã quæ sacra sunt, ea nullius in bonis sunt. l. 1. in pri. l. In tantum. §. Sacræ res. cum sequẽ. D. de rerũ diuis. § Vniuersitatis. & § Sacrę Inst. de rer. diuis. & cum ipsi Deo dicata, sacrataque sint, VI.

nemo

nemo ea dominij iure habere, posſidereue poteſt. l. Si in emptione. §. Omnium rerum. D. de contrahend. emp. Quinimo ſi rem, quam poſsidemus conſecrari patiamur, eius amittimus poſſeſsionem. l. Qui vniuerſas. §. Poſſeſſionem. D. de adquir. poſſeſ. Hinc fit, vt ſacra nemo poſsit emere, nemo vendere. l. Et liberi. d. l. Si in emptione. D. de contrahend. emptio. nemo pignori obligare. l. 1. § Eam rem. D. quæ res pignori vel hypothecæ. nemo longo tempore adquirere. l. Vſucapionem. D. de vſucapionib. nec rurſus alienare. d. §. Sacræ. Inſtit. de rer. diuiſ. l. Sancimus. 17. C. de ſac. ſanct. eccl. Deniq; ſi ſacram rem quis legauerit, demens, inſanuſque habetur, nec debetur æſtimatio. l. Cum ſeruus. 39. D. de legat. 1 § Non ſolum autem. Inſtitut. de legat. Quod certè non ſolum in rebus ſacris, ſed in ſanctis, & religioſis procedere indicant prædicta loca. Theodorus Balſamon, qui ad Phocium libro nomocanon. titu. 2. capit. 1. diligenter hæc perſequitur. Conſtat autem beneficia ſacra, ſpiritaliaque eſſe. capit. Si quis obiecerit. capit. Res eccleſiaſticæ. 1. quæſt. 3. capit. Ad noſtram. de ſimon. capit. vlt. de reſcript. libro 6. Ideo Dei eſſe dicuntur. capit. Pleriſque. 8. quæſt. 1. ſanctuarium Dei. cap. Ad hæc. de decimis. Non emi, non vendi poſſunt. d. cap. Res eccleſiaſticæ. capit. Peruenit. cap. Si quis præbendam. 1. q. 3. Denique beneficiorum nullum clericis poſsidentibus commercium eſt, non ſolum cum laicis; quibus re ſpiritali, ceu non idoneis omnia iura interdicunt, ſed nec cum clericis. Ipſa porrò rei ſacræ, ſpiritaliſque natura clericorum commercio beneficia exuit: quæ nec in illorum, nec in alterius cuiuſquam bonis, nec in dominio ſunt.

Soto de Iuſt. & iu. li. 3. q 6. ar. 2. concl. 3. & li. 9. q. 4. arti. 3. verſ. atqui ex hoc documento.

VII. Placet enim ipſum ſummum Pontificem beneficiorum non eſſe Dominum. Nam ſi Dominus ille beneficiorum eſſet, poſſet ſibi ſuo iure cuncta retinere;

tinere;posset cum vellet conferre sine delectu; quod tamen nemo ausit affirmare. Itaque non dominus sed distributor est, iuxta illud Apostoli. *Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei.* 1. ad Corinth. 4. & Lucæ. 12. *Quis putas est fidelis dispensator & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam.* Fatemur quidem beneficiorum curationem, & dispensationem pleno quodam iure ita Rom. Pontifici esse permissam, vt nullius à dispensatione, & imperio illius sit dispensatio suspensa. Non obstat. cap. 2. de præbend. lib. 6. nec Clem. si duob. vt lit. pendent. quæ illi dispositionem, id est, dispensationem hanc, non dominium deferunt. Ita putat beatus Thomas, & noster Dominicus Sotus diligens sacrarum definitionum auctor. Ducitur ex personis altera huius rationis pars. Nam siue clerici habeant in beneficijs vsum tãtum, siue etiam vsumfructum, aut si neutrum; vtriusque tamen ius persimile, quodque vsus, aut vsusfructus fines, & cancellos non egreditur. Hoc dubium non est vsuarij, vel vsufructuarij morte vtrumque hoc ius finiri. § Finitur. Inst. de vsufruct. l. 1. & l. 5. D. quibus mod. vsusfruct. amittat. l. 1. Institu. de vsu & habit. vt facile intelligas, beneficiario nihil post mortem iuris esse reliquũ, quod in alios transferre queat. Manet igitur, beneficiorum nec commercium esse, nec successionem vllam. Subuereor tamen, ne vtraque huius pronunciati pars mouenda sit, si quis obijciat notum illum, beneficia in alicuius gratiam eiurandi, receptumque morem; resignationes vulgo dicuntur, nec male: eoque verbo interdum nobis vtendum est. Si quis beneficium coram episcopo dimittat, ea lege, & pacto; vt alteri conferatur; hunc Simonaici ambitus labem sustinere plerique ferè DD. affirmant; vt Bernardus, Panormitanus, Aimon Sauillianus, Nauarrus Pilcueta, atque alij. Qui tamen omnes fatentur,

S. Tho. secũda secundæ. q. 63. art. 2. Soto li. de iusti. & iur. 6. q. 6. art. 2. ad 5. arg.

IIX.

IX.

Glo. in c Ex parte verb. omnino. & verb. dimittere. de offi. & potest. deleg. Vbi Abb. & dd. Aimõ Siuillianus con. 122. Nauarr. In Man. c. 23, à nu. 107.

tentur, hanc ipſam eiurationem ſi coram ſummo Pontifice fiat rectè fieri: hoc eſt beneficiorum non ſolum eſſe commercium: nam Simoniæ crimen ſpiritalium rerum nundinatio antegreditur, totus tit. de Simonia, ſed etiam ſucceſsionem: cum integrum cuilibet ſit, beneficium ſuũ in neceſſarij, vel cognati cuiuſlibet, vt ei commodum ſit, gratiam eiurare. d. c. Ex parte. Hunc locum, qui huius beneficiariæ materiæ proprius eſt, ita nos tractari poſſe credimus. Quiſquis habet beneficium eccleſiaſticum ſi fractus ſenio forti ſit, vel adhuc iuuenis alia quacumque probabili, iuſtaque cauſa ducatur; dimittere beneficium ſuũ recte poteſt, totus tit. de renunciatio. Ceterum hæc eiuratio vacare primum debet omni cõditione, pactioneúe, quæ in crimen ambitus Simoniaci incidat. c. Cum pridẽ cap. vlt. de pact. deinde facienda eſt de Antiſtitis ſuperioris aſſenſu, & auctoritate. Nam antiſtis non impetrata venia Eccleſiam deſerere, cum lege prohibitum eſt; tum etiam pernicioſum exemplo. cap. Admonet. de renunciatio. ca. Suggeſtum. cap. Sciſcitaris. 7. q. 1.

X. Quæ cognitio eo procedit, vt nec beneficium vacare, nec ab ipſo renunciatum dimiſſum eſſe dicatur quo ad renunciatio hæc, tametſi pura ſit, & ſimplex, epiſcopi ſit auctoritate, & venia confirmata. Quod Abbas Panormitanus ſæpius nos admonet, & quidem recte. Itaque poſt eiuratum beneficium eccleſiaſticum is qui eiurauit tamdiu ius beneficij, verumque titulum retinet, quamdiu hæc renunciatio per Antiſtitem probata non ſit. Ita Andreas Caſſador. Azpilcueta atque alij reſpondent.

X I. Funditur etiam hoc latius. Nam renunciatione etiam per epiſcopum admiſſa, & beneficio alteri collato; ſi tamen ante diploma expeditum beneficium iterum renuncianti conferatur, hunc ex priori, veterique titulo; non ex nouo poſsidere auctor eſt P. Pariſius. Denique beneficium pure, &

Abbas in c. Ad aures. de his quę vi, & omnes dd. eod. Abba. recte in c. Dei timorem. de ſtatu regularium.

Io Andr in reg. Ratum de reg. iur. li. 6. Caſſadorus deciſ. 2. de renun. Naua. in c Accepta. de reſti. ſpol. opp. 7. ll lat. 5.

Con 85. li. 40.

re, & ſine conditione vlla eiurandum eſt, ſi ea eiuratio coram epiſcopo, vel alio antiſtite, qui Romanus non ſit, fiat: in cap. Ex parte. pura dimiſsio eſt: collatio verò ſub ea conditione: *ſi vacat beneficiū*: quæ ineſt, tametſi non exprimatur, nec propriè conditio dicitur, quæ nullam ſuſpēdendi vim habet. l. muto. §. 1. D. de tute. Itaque non recipitur renunciatio beneficij ita facta, vt certæ perſonæ, quam nominat, & exprimit is, qui renunciat, conferatur: ſed integrum ante Pij conſtitutionem erat epiſcopis, hac conditione, vt turpi, & bonis moribus contraria reiecta, beneficium quaſi pure, ac ſimpliciter eiuratum alteri arbitratu ſuo concedere. Ceterum ſi apud Romanum Pontificem reſignatio ab illa conditione fiat, ſemper beneficium, niſi ei collatum ſit, cuius gratia renunciatum eſt, à reſignante retinetur ex nota illa formula, *non aliter nec alias, nec alio modo.* Cuius conditionis ea vis eſt, vt beneficio ſemel eiurato, & ei, cuius in gratiam eiuratum eſt collato; ſi tamen is non acceptet, ſed repudiet; priſtinum ius adeo ad priorem redeat, vt noua ei collatione non ſit opus. F. Duarenus de ſacr. eccleſ. miniſt. li. 8. c. 2. Quin etiā ſi poſterior cōſenſerit, & cū literas pontificias ex forma digni obtinuerit, poſtea tamē ceu indignus, nec ſatis idoneus repellatur; licet ei, qui reſignarat beneficiū, citra nouū titulū retinere; quaſi cōditio, ſub qua renūciatū eſt, nō extiterit. Cū is nequeat adipiſci, cuius cauſa eiuratum eſt de ſententia Felini, atq; Molinęi. Quod certè valet, nō ſolū in iure, & tit. beneficij, ſed etiā in poſſeſsione. Nā in renūciāte nō ſolū poſſeſsionis cauſſa mutata eſt, ſed nec ipſa poſſeſsio interuerſa. Cū enim poſſeſsio ſub ea cōditione dimiſſa ſit. *Si reſignatario quæratur*, nec tñ quæratur, ergo (inquit Vlpian' in l. ſi me in vacuā. D. de adq poſ.) nec amittet poſſeſsionē qui quodāmodo ſub cōditione receſsit de poſſeſsiōe. Cū

XII. De off. & poteſt. lu. de leg.

Gloſ. in ca. 2. de elect. li. 6.

Glo. in c. Significatum. de præb.

Glo. & dd. in d. c. Ex parte.

XIII.

XIV.

In c. Cū ex officijs num. 37. de pręſcrip. & Molinæus in reg. de vniuerſ. noti. nume. 103.

in hac ſpecie conditio non tacita, aut præſumpta ſit, cui non ſemper locus relinquitur.l.Quod meo.§. Si furioſo. D.de adquir. poſſ.non, inquam, tacita ſed diſerte nuncupata eſt. Poſſeſsiones autem ſub conditione tradi poſſe, ſicut res ſub conditione traduntur; nec aliter accipientis fieri, quam conditio extiterit, auctor eſt Iulianus in l.
XVI. Qui abſenti.D. illo tit.l. Neque inutile.D.ex quib.cauſ ma-
Puteus.li.3. deciſ.158.nu.3. iores. vt rectè definitum ſit, ei, qui ſub conditione dimiſit beneficium conditione non impleta, vnde vi interdictũ,
Idem Puteus.li.3.deciſ.6. & reliqua iudicia reſtitutoria competere. Pari prope æquitatis ratione iure ſuo poſſeſsionem retinet is, cuius eiuratio omnino perfecta non eſt. Si autem collatum ei beneficiũ ſit, cuius cauſſa renũciatur, in eum omne ius renunciantis transfertur, nec per renunciantis obitum beneficium vacare dicitur; niſi forte is, qui reſignauerit, cum tempore reſignationis infirma eſſet valetu-
XVII. dine, intra viginti poſt dies deceſſerit. Regula de infirmis reſignantibus. Vbi Gomezius, Molinæus, Mandoſius, vacaret etiam beneficium, ſi intra ſex menſes reſignatio publicata, & poſſeſsio petita non ſit, ex formula Gregorianæ conſtitutionis de publicand. reſignationib. Quæ duo inuenta primum, & mox renouata, repetitaque ſunt ſeuerioribus pœnis propter eas fraudes, quæ ex occultatis tam reſignationibus enaſcũtur, quam ex his, quas à conſanguineis ægrotantibus conſanguinei ſolent exprimere: quamquam huius canonis abrogatio, & prorogatio illius ſemeſtris tẽporis priuato reſcripto concedi non difficulter ſoleat. Quod certe curabũt hi, qui ſuo iure cautum, quam optime velint. Hactenus de vi naturaque reſignationis. Nũc cauſa demum quærenda eſt, cur beneficiũ in alicuius gratiam eiurari coram epiſcopo non poſsit, cũ apud Romanum Pontificem poſsit, cum vtraque iure cõſtet, aut pari ex Simoniæ crimine laboret: frequenter in eam

eam sententiam itum est, renunciationem beneficij in alicuius gratiam, vbicumque illa fiat, meritò in simoniæ crimen vocari; non tamen eius simoniæ quæ diuino iure prohibita primum est, sed quæ pontificia lege, cuius simoniæ crimen dissoluere, atque remittere suo quidem iure Pontifex Romanus potest, proque ea potestate quam habet c. Proposuit. de concess. pręb end. c 2. De præbend. lib. 6. Clem. Si duobus, vt lite pend. cum tamen episcopus, vel alius Antistes minimè possit, ita Panormitanus, Felin. Decius, Azpilcueta, atque alij iuris Pōtificij consulti. Quorū mihi sententia in rem altius & lentius intuenti probari satis non potest, paucis res explicanda est, quod Durandus pernegat, libenter ego Bernardo, & Pontificijs doctoribus dederim, duas esse simoniæ species, vnam in his rebus quæ spiritales præterque omnem naturæ nostræ vim sunt, quæ diuino iure prohibita est, Matth. c. 10. *Gratis accepistis*, Iterū & Ioan. 2. Act. c. 8. Quæque natura ipsa cū turpis, tum etiam iniqua sit, Gennadius in epistula ea, quæ ad omnes Metropolitanos & ad Papam vrbis Romæ est. *Cælestia*, inquit, *& spiritalia dona nulla est cum terrenis & temporarijs comparandi ratio*. Tum illud Christi seruatoris. *Gratis accepistis, gratis date*. In hāc sententiā ita explicat. *Simplex est & aperta huius mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil, quod non sit facile, & explicatum, nihil quod sophistica expositione indigeat. A me*, inquit, *accepistis dignitatem sacerdotij, si mihi pro ipso paruum quid vel magnum soluistis, & hoc à me venditum est, vos quoque ipsum alijs vendite: sin autem gratis accepistis, vos quoque gratis date, quid hoc est mandato apertius, quid autem his qui parent vtilius. Væ illis reuera qui Dei donum adquirere, vel illud pro pecunijs dare in animum induxerunt*. Gennadij verba sunt. μὴ γὰρ εἶναι τῶν ἐπουρανίων, καὶ πνευματικῶν χαρισμάτων ἀμοιβὴν τὰ γεηρὰ καὶ ἐπίκηρα. & paulò post. ἁπλοῦς καὶ σαφὴς ὁ τῆς ἐντολῆς ταύτης λόγος ἐστὶν, οὐδὲν ποικίλον

XIX.

Nauar. in Manu. ca. 23. num. 100. vers. quod duplex est simonia in nu. 107. vers. ad decimū Sauillianus, vbi sup. Abb. Felin. Decius, omnes denique in d. c. Ex parte.

XX.

, ἔχων οὐδὲ δύσφυκτον, οὐδὲ σοφιστικῆς δεόμενος ἐξηγήσεως,
, παρ᾽ ἐμοῦ (φησὶν) ἐδέξασθε τὸ τῆς ἱερωσύνης ἀξίωμα, εἰ μὲν
, ὑπὲρ αὐτοῦ μοι μικρὸν ἢ μέγα τι κατεβάλεσθε καὶ τοῦτο
, μὲν πέπραται παρ᾽ ἐμοῦ, πωλεῖτε καὶ ὑμεῖς ἑτέροις αὐτό.
, εἰ δὲ δωρεὰν εἰλήφατε, δότε καὶ ὑμεῖς δωρεάν. τί τῆς
, ἐντολῆς ταύτης σαφέστερον; οὐαὶ τῷ ὄντι τοῖς κτήσασθαι
, τὴν τοῦ θεοῦ δωρεάν, ἢ διδόναι διὰ χρημάτων ὑπειληφό-
, σιν. Gēnadio Basilius assentitur, qui in Esaiam eamdem
, insistit interpretationis viam. *Gratis*, inquit, *accepistis, gra-*
, *tis date, vides quomodo Petrus aduersus Simonem indignatus sit,*
, *qui argentum ob Spiritus gratiam attulerat. Argentum, inquit, te-*
, *cum sit in perditionem, quod Dei donum pecunia te adquirere puta*
, *sti. Igitur Euangelij sermo non sic est, vt ea quæ venduntur ventri lo*
, *quorum verba, quid enim quisquam dederit, quod eius æstimationi*
, *respondeat. Audi addubitantem Dauid, & dicentem, quid reddam*
, *Domino pro omnibus quæ mihi dedit. Itaque referri nulla dona pos-*
, *sunt, quæ digna satis & eius beneficijs sint paria. Vnum certè dig-*
, *num donum est, eius nimirum, quod donatum est, custodia, qui the-*
, *saurum tibi donat, non pretium donatæ rei, sed fidelem custodiam*
, *exigit.* Basilij verba sunt. δωρεὰν (φησὶν) ἐλάβετε, δωρεὰν
, δότε. ὁρᾷς πῶς ἠγανάκτησε Πέτρος ἐπὶ Σίμωνι, ἀργύριον
, ἐπὶ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος προσκομίσαντι. τὸ ἀργύ-
, ριον σου σὺν σοὶ (φησὶν) εἰς ἀπώλειαν; ὅτι ἐνόμισας τὴν δω-
, ρεὰν τοῦ θεοῦ διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. οὐκ ἔστιν οὖν ὁ τοῦ εὐαγ-
, γελίου λόγος, ὡς τὰ πωλούμενα ῥήματα τῶν ἐγγαστριμύ-
, θων. τί γὰρ ἄν τις δῴη ἄξιον αὐτοῦ ἀντάλλαγμα. ἄκουε τοῦ
, Δαβὶδ διαποροῦντος καὶ λέγοντος. τί ἀνταποδώσω τῷ
, κυρίῳ περὶ πάντων, ὧν ἀνταπέδωκέ μοι; οὐκ ἔστιν οὖν δῶρα
, δοῦναι περὶ τούτου ἀντάξια τῆς αὐτοῦ χάριτος. ἓν δῶρα ἄξιον
, ἡ φυλακὴ τοῦ δωρηθέντος. ὁ δοὺς σοὶ τὸν θησαυρόν, οὐχὶ τιμὴν
, ἀπαιτεῖ τοῦ δοθέντος, ἀλλὰ φυλακὴν ἀξίαν τοῦ δεδομένου.

Corrumpit enim, vt inquit Anthemius Imp. incorruptā sanctitatem, & audet altaribus imminere profanus ar-

dor

dor auaritiæ. Iniquitas verò facile demonstratur, nam qui pecunia, aut re alia, quæ eius vice fungitur, sacra spiritaliaque mercari vult, sanè sacræ spiritalisq; rei æstimationem nummario pretio admetitur, hoc est, cum profanis sacra; cum diuinis humana componit, quod æquabilitas iuris, & ἰσονομία quam contractibus dirigendis moderatricem, & præsidem ipsa naturæ ratio præfecit, prorsus excludit. Altera verò vere simoniæ non est, sed trāslatitio iure Pōtificumque decretis prohibita in his rebus quæ non ipsæ per se diuino iure spiritales sunt, sed in earum numero à Pontificibus hactenus relatæ, vt mancipi non sint: vt officium œconomi, cuius meminit canon Chalcedonens. c. Si quis episcopus. 1. q. 1. Verum quod ad œconomum attinet non leuiter res immutata est, nam œconomum, defensorem, paramonarium è clericis olim delectos fuisse, canon ille Carthaginensis indicat, quem Gennadius recitat, & Theodorus Balsamon. tit. 10. c. 1 œconomos clericos esse debere disertè tradit. Quo fit, vt œconomos Iustinian[9] reuerendissimos frequenter appellet. c. Quoniam. c. In nona actione. 16. q. 7. hodie verò laicis hominibus ad id muneris passim ascitis, quæ de eius muneris sanctitate antea decreta fuere, nō temere vocari in dubiū potuerūt. Peccat autē in primā speciem, nō solū qui spiritalia dona functiones sacramentorum, & alia eius generis spiritalia mercatur, sed etiam qui spiritalibus annexa, & ab ipsa Ecclesia ritu benedictionis dedicata. Peccat in speciem alteram qui emit aut vendit officia ecclesiastica, quæ per se spiritalia non sunt. c. Saluator. 81. q 3. Addunt etiam, si duo de præbendis mutuo permutandis, vel de pensione dissoluenda paciscuntur non adiecta illa conditione; *Si Pontifici placuerit*. ex capit. Quæsitum de rerum permutatione.

Soto. lib. 9. de Iusti. & iure. q. 5. ar. 2. vers. secunda assertio. Nauarr. in Manua. c. 23. nu. 99.

Soto vbi supra. vers. eiusdē autē

Denique, vt huic etiam secundæ simoniæ generi locus sit, XXI.
necesse est, vt res aliqua interueniat spirita-

lis, aut quasi spiritalis ex Pontificum decreto; deinde vt eius rei emptio, venditio expressa aut etiam tacira, & vi ipsa, vt in cessione, renunciatione, commutatione, quæ fit nummario pretio, vel alia re, quæ eius loco soluta, promissa aut pacta est; aut eius rei cogitatio, & voluntas quæ in hoc crimine punitur, hoc criminis huius natura, & diffinitio postulat. Itaque si quis gratia ductus, necessario aut

Soto. d. li. 9. q. 5. art. 1. Naua. vbi sup.

XXII. consanguineo beneficium conferat, siquidem indigno peccat grauiter, nullum autem simoniæ crimen admittit, nihil enim temporarium pro re spiritali accipit, ita Thomas atque alij censent. Ex eadem caussa idem responsum est de eo, qui coram episcopo beneficium ideo potissimum dimittit, eoque animo, vt consanguineo conferatur, cum tamen de ea re verbis nihil nuncuparit, quæ sententia B. Antonini fuit: tum Panormitano, Decio, Azpilcueta, atque alijs probata. Quod si pariter cogitatio, & factum in hoc crimine puniuntur; id etiam respondendũ videtur de eo, qui beneficium sub ea conditione coram episcopo dimittit, vt alicui conferatur: nam si huius dimissio non pura, & gratuita est; non item illius, qui cum dimittit, id potissimum, seu id potius agit vnum, vt alteri conferatur, conditionis enim euentus in hoc tractatu nihil adfert momenti. Episcopus enim dimissum apud se bene-

S. Th. 2. 2. q. 100 art. 2. ad 5. Cou. lib. variar. 1. c. 5. nu. 4. Nau. in c. 23. num. 107. ad textum.

Glo. & dd. in capit. Ordinationes. ver. precio. 1. q. 1. D. Antonin⁹. 2. p. tit. 1. c. 5. §. 11 qui recte sentientes.

Abba. & dd. notãt. probat Nauarr. d. nu. 107. vers. ad decimũ

XXIII. ficium arbitratu suo alij cuicumque conferre proinde potest, ac si nulla conditio esset adiecta, vt doctissimus Nauarrus, qui illud concessit, non hoc negare debuisse videatur. Cum fateatur non solum in vtraque specie eundem esse animum renunciantis, sed hunc ipsum qui tacuit peccare. Equidem à Doctore optimo libẽter discerem, si hic

XXIV. qui beneficium ob eam potissimum caussam, eoque consilio tantũ eiurauit, vt alteri conferretur, nec tamen quidquam verbo expressit, peccauit, & quidem animi voluntate & consilio tali tantum, non facto. Vt is non animi vo-

lun-

luntate solum, sed etiam facto peccaret, quid ei faciendum foret. Opinor exprimere iuberet eam conditionem, quam prius suppresit & quod tunc tacuit: nunc dicere palam, se sub ea conditione præbendam eiurare, vt alteri conferatur, non alias. Sed prima renunciationis species eodem Nauarro auctore, nō laborat ex crimine Simonię, igitur nec secunda. Nam taciti, & expresi, cogitationis & facti, idem est in hoc Simoniæ crimine iudicium. Sed agēdum nobis cum Panormita. Felin. atque alijs est, qui priorem illam speciem aliter difinierunt, falso quidem, sed cōstanter. Videbant enim si illud concederent, quod inde necessario efficeretur se postea non recte negaturos. Igitur (vt cum his etiam agamus) placet renunciationem beneficij sub conditione vt alicui cōferatur, corā episcopo, aut sanctisimo Patre factam ex vitio Simoniæ non laborare, præter superiora, huius thesis, ea potisimum caussa & firmamentum, quia in hac renunciatione nihil temporarium & profanum pro spiritali. Nam qui renunciat nihil dat, nihil accipit. Nihil dat, nam beneficium ipse non transfert sed dimittit potius, deinde cōfert Episcopus: deinde nihil etiam accipit, non solum pro translatione quæ ab eo nulla fit, sed nec pro dimisione. At inquies dimittit sub ea conditione vt alteri conferatur. Respondeo episcopum, qui confert, suo quidem iure & muneris potestate conferre dimissum beneficium. Deinde si parere conditioni adiectæ vellet, quod non cogitur facere, quin etiam si deberet, adhuc eum conferre, quia vult. Itaque si admittit, si confert, vtitur iure & iudicio suo, ab eoque ita hæc omnis collatio suspensa est, vt nusquam renunciantis auctoritas posit cōsistere, nihil sit quod pro beneficij dimisione pretij locum obtineat. Quod valet in his etiā renunciationibus quibus adiecta est lex regressus, accessus vel ingressus. Item in curatoribus qui appellantur coadiutores

Citatis à diuo Antoni. vbi sup. qui dicunt esse mortale.

XXVI.

cũ futura ſucceſsione, quæ certè vt aliјs ex cauſsis merito interdicta ſint. Concil. Trident. ſeſsione. 25. c. 7. nego tamen in eis ſimoniæ labem reſidere, nego hoc nomine, aut antea fuiſſe ſublata, aut nunc reſtitui nõ debere, quod nuper facere cœpit Sixtus. V. Pontifex Maximus, valet etiam in præbendarum permutatione, quæ ſi priuata paciſcentium auctoritate fiat, quia ſpeciem emptionis gerit, ſimoniaca eſt. cap. Quæſitum. cap. penultim. de rer. permutation. ſi vero Antiſtitis conſenſu fiat, ab eoque ſinguli præbendas ſuas accipiant, integras aut parte aliqua penſionis nomine refuſa, ceſſat omne commerciј genus, & negotium illud: do vt des, quo permutatio geritur, itaque hæc permutatio præbendarum, cum nil præter inane ipſum nomen negotiј contineat, omniſque ab Antiſtite pendeat, nullam ſuſtinet ſimoniæ labem. cap. Cum olim. cap. Cum vniuerſorum. de rer. permut. Quæ ſententia Dominici Soto, & Martini Azpilcuetæ, atque aliorum frequens & recepta eſt, vt hoc vno argumẽto illi teneantur. Negare enim non poſſunt eum qui permutat ſub ea conditione beneficium dimittere, ſi alteri conferatur. At inquiunt permutatio eſt permiſſa,

Cap. 1. eod titu. lib. 6. & Clem. 1. eod. etiam tit. Soto de Iuſt. & Iur. lib. 9. q. 7. ar. 2. ipſe Nauarr. etiam. d. c. 23. n. 100. verſ. 3. quod permutatio.

XXVII. renunciatio ſub conditione coram epiſcopo prohibita & huc ſæpius illorum & ſententia & defenſio recidit. Primum hanc renunciationis formam ante Piј Quinti conſtitutionem promulgatam anno CIↃ. IↃ. LXVIIJ die XIIX. Auguſti, Canone aliquo prohibitam eſſe nego. Illud ſemper receptum eſt, ne hæc conditio renunciationi adiecta, quaſi iniecto vinculo, epiſcopo manus ita conſtringeret, vt aliј conferre non poſsit; poterat tamen hac conditione reiecta beneficium eiuratum aliј conferre, poterat etiam eadem conditione nominatim non admiſſa nec reiecta eidem perſonæ cuius cauſſa beneficium dimiſſum eſt beneficium conferre, quin

etiam

etiam reiectus sic facturum, episcopum si dignus is est cui conferatur Episcopus Segouiensis existimat, quia scilicet hæc renunciatio hactenus prohibita erat, ne episcopus parere conditioni cogeretur, non aliàs, nec ex. c. Cum pridē. aut. c. vlt. de pact. aut. c Quam pio. 1. q. 2. aliud efficitur. Fortunius quidem Garsia pœnas c. Cum olim. de rer. permut. ad beneficium per ambitum simoniacum quæsitum non ad beneficia ex quacumque pactione dimissa pertinere arbitratur. Sed demus has renunciationes prohibitas, vt postea Pontificia illa Pij. V. constitutione sunt prohibitæ. Si quidem Pontifex has renunciationes simoniacis adnumerari (quod eum posse recte admonet Sotus) lege lata iussisset, nullus amplius esset disputandi locus; sed nullum simoniæ verbum, nec in illa constitutione, nec alia ab eodem Pontifice promulgata anno CIↃ. IↃ. LXVII. octo ante mensibus, qua omnibus episcopis, atque alijs quibus ius conferendorum beneficiorum est, interdicitur resignationes qualescumque etiam puras & simplices recipere; nunc illi videant. An recte hoc conclusum sit, prohibita est hæc renunciatio, ergo simoniaca, sane dimissiones beneficiorum, quæ puræ simplicesque sunt, quæ gratuitæ & liberæ, citra conditionem, aut pactum vllum, nec facto & verbis, nec tacita voluntate gestum, nemo simoniacas dixerit, at has etiam renunciationis prohibitas fuisse illo octimestri spatio temporis, quod inter vnam & alteram Pij Quinti constitutionem intercessit, nemo non videt. Quid? sunt alia multa in re beneficiaria prohibita, quæ à simoniaco crimine longissime abhorrent, an hæc & illa simoniaca erunt? Igitur nulla simoniæ certa definitaque natura, nulli fines, sed omnia late crimina complectitur, & quidquid in leges delinquitur simoniæ quasi locus & regio erit. Satis opinor effectum est, beneficium etiam

In. l. Iuris gentiū nu. 23. D. de pactis.

Lib. 9. q. 5. art. 2.

ſub conditione, vt alteri cõferatur, tam apud epiſcopum, quam apud Pontificem poſſe recte dimitti citraque vllũ ambitus Simoniaci crimen, quamquã apud epiſcopos ita beneficia dimitti poſtea propter vitandas fraudes, alijſque ex cauſis interdictum ſit. Res itaque ad breues illas

XXIIX. theſes redibit. I. Siquis de beneficio dimittendo in alterius gratiam pactus non ſit adiecta illa conditione: Si Pontifici placuerit, crimen Simoniæ incurrit. Idem eſt ſi de præbendis mutuo permutandis, duo ſine illa conditione paciſcantur, aut etiam ſua auctoritate permutent, quamquam in pacto permutationis illam conditionem Molinæ. & epiſcopus Segouienſis non exigant. Quorum ſententia non temere improbanda eſt. II. Qui pacti ſint de eiuratione beneficij in alicuius gratiam de Pontifi. Roman. venia, aut qui eiuſdem auctoritate beneficia permutant, eos Simoniaci ambitus non eſſe reos. capit. I. de rer. permutat. Clem. I. eod. titu. III. Beneficium ſub ea conditione, ſi alteri conferatur tam apud P. Roman. quam apud alios Antiſtites poſſe citra Simoniæ crimen dimitti, in qua nos ſententia ſumus, eam Silueſter Florentius, Dominicus Sotus, Epiſcopus Segouienſ. Franciſcus Duaren. tuentur capit. 2. contra tamen pauci putant. IV. Epiſcopum ex hac eiuratione non cogi ei beneficium conferre, cuius cauſſa dimiſſum eſt: ceterum ſi conditione accepta contulerit, eum ſaltim Simoniæ crimen non admittere, nec collationem irritari ante Pij V. conſtitutionem. Ita epiſcopus Segouienſ. qui tamen conſtitutionis Pij V. non meminit. V. Eundem epiſcopum ante Pij conſtitutionem, ſi hac conditione, nec accepta nominatim, nec reiecta beneficiũ cõtulerit ei cuius cauſſa dimiſſum eſt, nõ ſolũ in vitio eſſe; ſed etiã rectius facere. Ita epiſcopus Segouiẽſis opinatur cui⁹ in ſentẽtia facile adducor. VI. Si ei cuius cauſſa beneficium

dd. In d. c. Ex parte. d. c. Quæſitũ. & cap. penul. de rer. permut. Soto. d. li. 9. q. 5. arti. 2.

D. li. I. varia. ca. 5. nu. 6.

DD. vbi ſup.

Silueſter verb. Simonia. q. 16. & verb. renũciatio. q. 6. Florentius. 2. p. tit. I. c. 5. § 9. Dominicus Soto. li 9. de Iuſt. & iur q. 7. art. 2. 2. concl I. Couar. li variar. reſol c. I. 5. nu. Franciſ. Dua. de ſacro. eccl. miniſter. li. 8.

dd. In d. c. Ex parte. & Naua in d. ca. 23. num. 107. verb. ad declmũ

neficiũ apud Antistitẽ sub hac conditione eiuratum est beneficium ex. IV. &. V. thesis præscriptio collatum esset, ante annum 1567. hunc etiam post Pij. v. constitutionem, sine vllo simoniæ crimine beneficium possidere. VII. post Pij. v. Pont. Maximi constitutionem apud Episcopos & alios eius ordinis collatores beneficium purè, & citra conditionem vllam dimitti oportere successore non verbo, nec nutu aut signis designato. Tentari etiam XXIX.
posse reor, si quis animi voluntate tantum in Pij constitutionem peccarit, vt in ea specie de qua paulò ante ducebã contra Nauarrum argumentum, aut alia ratione, eum huius constitutionis pœnas nõ subiturum. Cogitatio enim & voluntas, nisi nominatim hoc expressum sit legibus nõ vendicatur. l. cogitationis. D. de pœn. Pius autem Pa. nec hoc expresit, nec has eiurationes inter simoniacas recenseri iussit, cuius hoc criminis proprium est, sed doctiores subtilius æstimabunt. Hæc de beneficijs dimittendis & XXX.
permutandis. Cui tamen definitioni obijci solet locus de curatoribus seu adiutoribus quasi cuilibet integrum sit beneficij aut dignitatis administrandæ caussa, socium sibi adiutoremque adiungere, qui etiam demortui loco postea succedat. c. Qualiter. c. Quamuis. *Qui etiamsi episcopo, qui nunc ægrotat, superstes extiterit loco eius debeat consecrari.* c. Petijsti. *tibi successorem designa.* 7. q 1. rem ita breuiter explicandam esse censeo. Adiutorium munus à primis ipsis Ecclesiæ institutæ exordijs repetere nonnulli volunt. Nã quod Linum Claudiæ filium Ecclesiæ Romanorum episcopum primum à Paulo esse ordinatum traditur, ita interpretantur Mancinus, Scotus, Onofrius Panuinus, Ant. Augustini, & alij quasi adiutor Petri, administerque fuerit. Nam cum antea Euodium episcopum Antiochiæ B. Petrus ordinasset, deinde Antiochenam sedem iubente Domino (vt Marcellus in epistul. 1. ad episcopos Antio-

chiæ,ait,Romani ad maiorem Ecclesiæ vtilitatem,vt Antherus, inquit, transtulisset; verisimile sit, Linum adiutorem socium regendæ Romanorum Ecclesiæ beato Petro fuisse; non itaque Principem solumque Romanorum Pontificem, sed adiutorem, vt tantum de pontificali ministerio susciperet, quantum à beato Petro præcipiebatur, vt scribit Ioan.3. in Epistula sua. Deinde creatus est à beato Petro Clemens, non adiutor, sed verus episcopus Romanorum qui tamen non Petro superstite, sed vita functo Ecclesiæ præfuit, vt ex eiusdem Clem. epistul. & lib. 7. apostolicar. constitution. colligitur. Atqui Pontificum Romanor. res monumentis consignarunt, Clementem quarto post Petrum loco collocant, cuius sententia à stipulatore, Eusebius Cæsariens. & Damasus. Adiutorum exempla post frequentia apud auctores ecclesiasticos sunt. Non pauca Gratianus colligit. 7. quæst. 1. apud Eusebium. libr. 6. Ecclesiast. histor. cap. 9. Alexan-
XXXI. der quidam adiutor Narcisso Hierosolymor. episcopo senescenti datur, eius rei canones sic sunt. Episcopum qui ob morbum animi vel corporis vel aliam huiusmodi caussam obire Pontificis munia non poterat de episcopatu suo deijci non oportere, Nicolaus Cyprianus, Gregorius alijque patres frequentes prædicant. cap. Pontifices. capi. Factus est. cap. Nouatianus. cap. Scripsit. cap. Præsentium.
XXXII. 7. quæst. 1. Ceterum si ille sponte sua exsolui se eo munere postularet receptum est eius diocesis episcopum rectè ordinari posse, quod in Ariminensi episcopo aliquando contigisse apud B. Gregorium legimus. lib. 7. regest. ind. 2. epistula 49. vnde sumptum est. cap. Qualiter. 7. quæst. 1. quem canonē ea sententia esse opinor. Hoc etiam apud nos nuper fecit Archiepiscopus Compostellanus vir san-
XXXIII. ctissimis moribus & excellenti doctrina, fecerūt alij. Gratianus etiā censet pari ratione Valerio spōte sua de episco

po

po cōcedēti Augustinū successisse.c.nō furē.§.Ecce.c.nō autē.7.q.1.cuius sentētiæ astipulator est auctor glossarius. Sed Gratian.merito Turrecremata notat,cū Aug.Valerio nō successerit,sed eius particeps & socius vna coëpiscop⁹ creat⁹ Hipponēsis ciuitatis sit,ꝙ cū Pōtificijs decretis plane pugnat.c.Sicut.21.q.2.c.in illis.di.8.itaq; Laurētius, Fanēsis,Præposit⁹,hoc iure singulari & Pōtificis Romani venia cōtigisse tradūt,præclarè illi quidē Pōtificis Romani potestati ex iusta caussa cūq;Ecclesiæ maximo vsui sit,permissum esse arbitrātur:sed de hac Pōtificis venia in eiusca nonis specie nō liquet. Quocirca si grauē & oculatū eius rei testē eundē Augustinū ex scriptis suis excitare fas est, nō ille quidē legibus solut⁹ est, sed oblitus legū & Nicęni canonis;eiusq; canonis ignoratione id factū esse epi.34.& 110.testatur. *Adhuc*,inquit,*in corpore posito patre meo sene Valerio Episcopus ordinatus sum,& sedi cū illo quod cōcilio Niceno prohibitū fuisse nesciebā,neq; ipse sciebat*. Quod Turrecrematā nō latuit,si in ea sentētia nō mutaret, eius vero Canonis Epitome ex Arabico,nobis beneficio Bap.Rom.& Frā.Turriani in eā sentētiā exstat,hoc tamē intelligendū est, si episcopus sanæ mētis sit,nā si ad animū morb⁹ penetret,& demēs,furiosusq; sit nisi recepta sanitate,aut per dilucida interualla petierit successorē,dabitur tātū curator quidā vir exploratæ fidei, qui dū ille rebus suis superesse nō potest, fungatur episcopi munere,qui etiā si ægroto superstes exstiterit,eius loco consecretur,neque hæc ordinatio quidquā habet successionis ad simile,cum hic curator nō à dementi episcopo delegatur sed à summo Romano Pōtifice,ab eoque,nō antea quam ille decesserit episcopus ordinetur, & ius omne potestatēq; accipiat, qua iuris ratione cōstat.D. Gre. respōsū in c.Quāuistriste.7.q.1.Sin aūt episcopus abdicare se suo munere nolit curator quidā,dispēsatorq; rerū ecclesiasticarū ei datur,qui quasi eius particeps, XXXIV.
& so-

Verb.vt non succederet.

& socius omnia administret, dũ ille superest, nam cũ illius morbo, aut certe vita huius adiutoris munus cõmuni iure extinguitur. cap. Ex parte. cap. consultationibus. de clerico ægrotante. & in capit. grandi. de supplenda negligentia Prælator. capit. Pastoralis. de cleric. non resident. lib. 6. Pelagius & Gregorius in cap. Quia frater. & in cap. Sicut. §. Si vero idem Ioannes. qui connectendus est cum capi. Sicut ead. 7. q. 1. quod etiam locum habet in Beneficiarijs, Rectoribus Archidiaconis Abbatibus, atque alijs eius notæ dignitatibus. capit. de Rectoribus. capit. Tua nos. capi. vltim. de cleric. ægrotan. Sed episcopis ipse Pontifex adiutores, curatoresque dat. ca. Pastoralis. de clericis non resident. lib. 6. reliquis is dat qui eos de gradu deijcere potest, aut etiam eorum renunciationem dimissionemque accipere. Hodie tamen omnibus episcopis speciatim iurisdictio mandata est, vt illiteratis & imperitis ecclesiarum Parochialium Rectoribus, curatores, adiutoresque eorundem sumptibus alendos adiungant. Concil. Tridentin. sess. 21. decreto de reformatio. capit. 6. Hoc quidem communi iure fit: nam extra ordinem, & priuata quadam lege. P. Romanus petentibus curatores, sociosque dare ita solet, vt demortuis succedant. Qui episcopis dantur, funguntur tantum adiutorum munere, nam iure prohibitum est eiusdem dioceses duos Episcopos consecrari. capit. Sicut. 7. quæstione 1. aut certe, vt Pontifex hoc possit facere. Hugo. Laur. Turr. crem. nunquam nec solet nec vult. Qui vero Beneficiarijs, Archidiaconis & alijs id genus dantur, participes, socijque eorum eundem beneficij dignitatisue gradum, atque titulum cum illis continuo tenent, dum illi tamen viuunt alimentorum nomine, portionem tantum fructuum percipiunt, post illorum mortem fructus integros, demortuis succedunt ambo, sed à demortuis nec hic,

Vbi dd.

XXXV. Abb. nu. 5. & dd. In d. cap. vlt. de cler. ægrot.

XXXVI.

In ca. Petijsti. 7. q. 1.

hic, nec ille tamquam successores quidquam accipiunt, sed omnia à S. Pontifice, vt in renunciationibus & permutationibus. Nec obstat capit. Petijsti. 7. quæstion. 1. illis verbis: *Tibi successorem designa*. Hugo, Laurentius, Turrecremat. Præpositus opinantur à Bonifacio in eo capite, verbo tenus tantum successorem deligi. Nam XXXVII.
episcopus iam à S. Pontifice erat de eorum sententia adiutor electus, atque eius electio à Metropolitano confirmata. Mihi vero fit verosimile Zachariam Bonifacio, nec adiutorem, cum futura succesśione, (vt dicitur) vnquam dedisse. Nã illud c. Petijsti, ex duabus Zachariæ epistulis collectum est. Prima parte Zacharias Bonifacio petenti, simpliciter id est communi iure tantum, dedit curatorem & adiutorem, quæ pars sumpta est ex Zachariæ Papæ epistula, cuius initium est. *Sacris liminibus*. Quam ex Bibliotheca dominica quæ Romæ asseruatur edidit Laurentius Surius in vita B. Bonifacij. Altera eius capitis parte Zacharias multo post petenti Bonifacio, permisit, vt adiutorem suum, si eius mores, vitamque probaret designaret successorem, id est, non deligeret, sed nominaret, postea à Pontifice deligendum, nam illa verba: *Huc veniat ordinandus*. Et verbum ordinari, non solum consecrationem, sed etiam episcopatus, & aliorum quorumcumque beneficiorum collationem, & institutionem complectuntur, quæ olim cum ipsa erat ordinatione seu promotione coniunctæ, vt indicat Chalcedonense & Placentinum Concilium. cap. Neminem. cap. Sanctorum. 70. distinction. F. Duaren. de sacram. eccles. ministran. lib. 1. cap. 16 & lib. 6. cap. 2. Non itaque adiutor cum futura succesśione fuit, qui primum simpliciter communique iure datus est. Deinde vero ex morientis nominatione id iuris est adeptus, vt noua ei collatio episcopij institutioque esset necessaria. Bonifa

cio

cio autem nominandi tantum ius permissum est, quod tamen quoniam Romana Synodo, vt ostēdimus sublatum fuerat, præter iuris regulas sese ei cōcedere Zacharias prædicat. Denique satis demonstratum est, integrum esse beneficiarijs mutuo permutare beneficia, eiurare etiā in alicuius gratiam, vel simpliciter, vel accessus regressusue lege adiecta, item nominare eos quos sibi curatores & adiutores, etiam cum iure succedendi postulant. Hactenus tamē vt ipsi in eos quasi auctores nihil transferāt iuris, sed quidquid accipitur vnius Pontificis benignitati & concessioni debetur. Stat itaque positionis nostræ pars prima beneficiorum nullum esse commercium, stat etiam pars altera, quæ ex illa nectitur, beneficiorum successionem non esse. Ita, qui beneficium ab alio pure vel sub conditione dimissum accipit, à decessore, tamquam ab auctore, nec ius, nec titulum aliquem habere dicitur. Sed vt hoc posterius subtili iuris ratione conclusum sit, tamen ex multis partibus iuris intelligimus beneficiarios, alios alijs esse successores, aut certe quasi successores essent, eos actionibus cōueniri, vt proditum est de his, qui omissa caussa testamenti hæreditatem ab intestato adeunt. Nam cum Scæuola auctore, hi tantum possessionum accessionibus vtantur, qui hæredes sunt, aut successorum loco habentur .l. De accessionibus. D. de diuers. & tempor. præscript. ne certe successores omnes. Nam in emptore possessionem interrumpi veteris iuris auctores voluerunt. l. Pomponius. §. Quæsitum est. D de adquir. vel amitt. poss. post diuorum autem Seueri & Antonini constitutionem emptoris & venditoris tempora ita coniungūtur, vt singularis successor possessionis adminiculo ex persona semper auctoris vtatur. d. l. Pomponius. & § Diutina. Inst. de vsucapionib. d. l De accessionibus. 14. tamen omnes probāt veteris beneficiarij, canonici, Abbatis possessionem nouo ad vsucapionem

XXXIIIX. (margin, beside "dicat. Denique satis demonstratum est")

XXXIX. (margin, beside "ti hæreditatem ab intestato adeunt")

pionem procedere. Cogitur etiã idem æs alienum, non so
lũ Ecclesiæ caussa. c. 1. de solutio. sed etiam quacumq; alia
à decessore contractũ dissoluere. Nam non solum annuũ,
quod vetus beneficij possessor sibi imponi passus est ab
eo qui invocantē locũ sufficitur, exigi ius est. c. Nisi essent.
de præbend. sed etiam præteriti temporis pensiones quas
vetus beneficiarius debuit. cum tamen æris alieni onus
solus heres, id est iuris vniuersi successor sustineat soluscre
ditoribus hereditarijs teneatur. Si lis à beneficiario, vel Ab
bate mota sit, quidquid litis instruēdæ, actum gestum est,
non lata sententia, vel lata, iudicatas res, omnibus his, qui
illius loco succedunt obesse, conuenit omnibus interpre
tibus: cum tamen notissima iuris regula sit inter alios acta
vel iudicata his qui iudicio interfuerunt, vel eorum suc-
cessoribus adferre vtilitatem, aut damnum, nõ alijs. l. Res
inter alios. l. Nec in simili. C. Quibus res iudicata non no-
cet. l. Et titulus. C. Res inter alios actas. & l Si tibi. §. Iu-
lianus. l. Si cum vno herede. l. Exceptio. D. de except.
rei iudic. l. Sæpe. D. de re iud. multa præterea sunt, quæ
in beneficijs ius successionis auctoritatisque admitti de-
monstrant, quæ persequi longum esset. Ceterum vt his
occurramus, videamus quid successorum appellatione
comprehendatur. Duobus modis alicui succedi potest. XL.
Primum per vniuersitatem, plenissimumque successio-
nis ius in herede reperitur, qui non solum defuncti in bo
na & iura omnia succedit, sed eius personam suscipere &
quasi induere ita videtur, vt exerceat excipiatque pari-
ter omnes actiones quæ ei, & in eum competebant, ideo
dicitur iuris successor, & vniuersi iuris, & directus, &
in locum & dominium succedere § Legatarijs. Inst. de
testam. ordinand. l. Quædam. §. Nihil interest. D. de
edend. l. Qui in alterius. 42. l. Qui in ius dominiumue.
167. D. de diuers. reg. iur. Indeque etiam esse, vt suc-
cessio-

Bernar. Abb. Felin. nu 23. & notãt omnes in d. c. De quarta. de præscript. Coua. in reg. possessor. p 2 §. 10. nu 6. ad fin. vers. septimo apparet.
Vbi glo.
Philippus Frãc. in c. fin. in fin. de off. ordinar. li. 6. Gigas de pēsionib. q. 39. F. Duaren. de sacr. eccl. minist. li. 6. c. 4.
In c. Quia. v. vbi Abb. nu. 7. de iudicijs.

cesſionem heredis dicamus, non ſucceſſorem docet D. Ambroſ. ad Pſalm. XXXVII. fideicommiſſarius iuris etiã ſucceſſor eſt, non tamen vniuerſi, nec directus, nam nec in ius accreſcendi eum ſuccedere nonnulli placet. Altero modo ſucceditur non perſonæ, nec per vniuerſitatem, ſed in rem ipſam, eiuſque ſucceſsionis duplex item genus eſt: vnum eorum qui rem ab aliquo exemptionis donationis legati, aut alia cauſa ita accipiunt, vt illorum quidẽ perſonam non referant, ſed tamen auctoritate, id eſt, iure & titulo tamdiu vtantur, quamdiu non vſuceperint; alterum eorum, qui in alterius locum & rei dominium ita ſuccedunt, vt nec rem, nec locum à deceſſore accipiant, vt in Magiſtratibus, epiſcopijs, beneficiarijs, qui non tam ſuccedere, quam ſuffici & reponi in alterius locum vidẽtur, huius itaque ſecundi modi ſucceſſores ambo dicuntur ſuccedere in rem potius, quam in perſonam. l. Ait prætor. l. Etiam ſi in rem. D. de iur. iurand. l. 1. §. Illud tenendũ. D. quorum legatorum. l. Fluminum publicorum. §. adijcitur. D. de damn. infect. l. Exceptio. D. de re iudicat. Heredes dicuntur ſucceſſores iuris & vniuerſales & perſonam defuncti referunt, hi vero in rem & ſingulares. d. l. Quædã §. Nihil intereſt. D. de edend. l. Non ſolum. D. de in integr. reſt. nec defuncti perſonam referunt. Præterea quoniam auctore Pomponio. in. l. Vbi lex. D. de vſucapionib. vſucapioni vitia ex perſona, aut ex re obſtant, illud etiam obſeruari oportet, res omnes quæ poſsidentur crebro variari qualitatibus, nunc creſcere & augeri alluuione, acceſsione, tranſlatione, coalitione, iure vectigalis & aliarum rerũ ſeruitutibus, tam his quas in primo rerum exordio & fœdere ipſa quaſi naturæ lex agris impoſuit, veluti vt ſuperiori fundo inferior ſeruiat, aquam profluentem & deriuationes excipiat; quam quæ ex vetuſtate conditione & pactis hominum ſunt conſtitutæ, atque alijs modis, Inſtit. & D.

[Margin: Cuiac. lib. Obſeruat. 12. c. 12. — XLI. (beside "ro modo ſucceditur") — XLII. (beside "reſt. nec defuncti")]

& D.de rer.diuis.l.1.& l.2.D.de aqua,& aqu.pl. arc. Rursus easdem quasi deteriori iure totidem modis imminui, & attenuari,ac adeo interire,vt si animam haberēt, quod de peculio eleganter Papirius Fronto dicebat.l. Peculiū. 40.D.de peculio,nec solum soli,& mobiles res, sed etiam quæ iuris habent intellectum,vt hæreditas,peculium,dos, beneficium,quæ per se ipsa incrementi & accessionis suæ studiosa citra alicuius operam defuncti adeo personam sustinent,vt interdum quasi officiosa fidem eius præstare velint, possessionem quam ille ceu inquilinus alteri retinebat,alteri etiam illa retineant.l. Si de eo.40. D. de adquir. poss.interdum vero pro decessore habentur & non solum serui hereditarij stipulatione sibi adquirunt.§.Seruus etiā, Inst.de heredib.inst.l.In eo.l.Hereditas.34.l.Hereditas.61. D.de adquir.rer.domin.l.Cum hereditas.C. depositi: sed etiam citra alicuius operam & ministerium,nūc cœptam à defuncto vsucapionem iure quodam singulari implent. l.Cœptam.l.Numquam.§ Vacuum.l.Iusto.§.Nōdum adito.D.de vsucapionib.nunc vsucapiētis aduersarij cursum tamdiu sustinent & retardant quamdiu successorem administratoremque nacta eius se opera tueantur.cap.1. de pręscriptio.c.1.de reb.eccle.alien.lib.6.Rursus easdem res ex possessorum quasi contagione cernimus vitium concipere,vt si seruus fugitiuus sit,si res furtiua, si vi possessa, si fisci,si pupilli,si contra legem Iuliam repetundarum data, si eiecta naufragio,si expilata.l.Vbi.lex.24.D.de vsucapionib.l.Quamuis.18.D.eo.tit. de vsucapio. l. Bonæ fidei. in principio.D.de adquir.rerum.domin.l.Interdum.§.Naufragio.D.de adquir.poss. Quæ certe qualitates & attributa,tam ex adquisitione,quam ex vetustate orta,in ipsis penitus rerum,veluti venis & visceribus inclusa ita resident, vt eas semper sequantur,etiam si ad centesimum possessorem venerint.§.furtiuæ.§.nouissime,Insti. de vsucapio.l.

Alciat li.parerg. 7.c.26. Zasius.li. 2.singul.respon. c.7.Cou.in reg. possessor. 2.par. §.1.nu.5. Vbi dd.

Pomponius.§.Cum quis. D.de adquir. vel amitt. possess.
l.Vitia.C.de adqui.possess.c.Si quis laicus. 16. q 1.c. Ex li-
teris.de pignorib.c. Eum §.1. de donatio. Ex his opinor
satis expeditum est,qui in beneficia & dignitates ecclesia-
XLIII. sticas succedunt,eos non iuris esse successores,sed in rem.
Deinde in ipsas dignitates & beneficia succedere cũ om-
ni caussa, id est, accesione, decesione, iure, & onere, &
alijs quæcunque ex rei natura obuenerint,vel ex decesso-
rum facto & pactis in rem,Ecclesiæque caussa,quo ad ius
fasque est gestis.Itaq; si ius aut rem quacumq; possesione
beneficio aut dignitati, eiusq; nomine decessor quærere
cœperit,eius possesionis accesione successor rectè vte-
tur,si debita Ecclesiæ caussa decessor cõtraxerit successor
inuitus cogetur soluere.c.1. de soluti. Eadẽ ratione qui in
primogenijs succedũt,hereditario certe iure nõ succedũt
sustinẽt tamẽ onus æris alieni primogenij caussa, in eiusq;
XLIV. vtilitatẽ cõtracti.l.Cohered § 1.D.de vulg.& pupil.Itẽ an
nuę pẽsionis onus,quod beneficio decessore cõsentiente
impositũ est,inuitus successor agnoscit. Siquidẽ à Roma.
Põtif.qui vnus pro suo iure hoc potest cõstituta hęc quasi
seruitus sit.Nã ab alio inferiore Antistite impositũ annuæ
pẽsionis onus eius vitã nõ egreditur,qui cõsensit,nisi orta
lite paciscõ cordięq; caussa esset impositũ.Cũ autẽ hoc an
nuũ nemini,nisi in perpetuum, & quamdiu vixerit à Pon-
tif.cõcedatur,reliquũ est morte beneficiarij nõ finiri,neq;
hoc amplius disputari,necesse est,cũ in diplomatis cõces-
sione,semper hodie successor nominetur. Quin etiã præ-
teriti tẽporis pẽsiones ab eodẽ successore debẽtur, quib9
soluẽdis ipsum est obnoxiũ & obligatũ beneficiũ.l.Impe-
ratores.D. de public. & vectig. tametsi decessor eius anni
fructus in Ecclesiæ vtilitatẽ nõ impẽderit,tametsi ipse de-
cessor supersit,& soluẽdo sit.l.cũ possessor.§. pro pecunia
XLV. D.de cẽsibus.Procedit etiã lõgius, nã si beneficio pensio
annua

dd.Molin lib de primogen.1.c.8. &.c.15.& c.16. Perez in.l.1.tit.2.lib 5.ordin.

dd in.d.c.Nisi es sent. de præbẽd.

dd.in c. Extirpã dæ.§ fi.de prębẽ. Gomez.in regu. Cancellar. de non iudic.iuxta formam supplic. in cõpẽ. vtriusq; signat.fol. vlt.n. 89. & in regula de annali posses q. ..vers.& sic vi demus.

annua alicuius caussa imposita sit, isq; in diplomate expe-
diēdo, tres, aut plures annos, tādiu certè cessarit, vt is antea
decesserit, qui tēpore pēsionis cōstitutę beneficiarius erat
quærebatur, an præteritorū annorū pēsiones à successore
deberētur, & debere recte respōsum est, eā vim habet onus
quod rei imponitur, vt merito Papirius Iustus, nō personā
sed rē ipsam cōueniri dicat. d. l. Imperatores: tētāt vero nō
nulli ipsos beneficij fructus pro pēsionis solutione pigno-
ris hypothecæq; iure teneri, quod mirifice valet ad hāc de-
finitionē. Similiter iuris quidē successor etiā inuitus cogi XLVI.
tur stare colono, cui dn̄s locauit. l. Viā veritatis. C. de loca
to. singularis successor nō cogitur. l. Emptorē. C. eo. tit. Ce
terū si res locata pignoris iure cōductori obligata sit spe-
ciatim vel in vniuersum pignoris retinēdi ius tādiu cōdu-
ctori cōpetit, quādiu singularis successor damnū quodq;
eius interest præstiterit, Carolo Molineo, & Parisio aucto
rib. rei pignori obligatę accesio emptorē eū tenet, ad quē
actio in personā vēditoris pertinere nō potuit. Sed de fru
ctuū hypotheca mox videbimus. Huc etiam referendū est
si lis beneficij, aut dignitatis nomine instituta sit, si editæ XLVII.
probationes si lata sententia, nā hæc omnia ex decessoris
facto, successori proderūt, & nocebunt. Nam cum de re
ad beneficium vel dignitatem pertinente beneficiarius
agit, quod certè iure ei permissum esse Innocentius ait, ip
sius quidem beneficij, & dignitatis nomine agere & con-
ueniri videtur, & iudicij acta & sentētia proderūt & noce
būt successori, si in locū & ius decessoris pleno iure suffe-
ctus sit, quod eidē Innocētio, Bart. & Bald. placet. Sic iusiu
randum ei tantū prodest, & nocet cui delatū est, præterea
nemini. l. 3. §. vnde Marcellus in fin. D. de iur. iurand. Sed
si iuramentum de re ad dignitatem pertinente alicui etiā
proprio nomine expresso præstitum sit ad successorem XLIIX.
indignitatem pertinet capit. Veritatis de iur. iurand. Eo-

Hierony. Paul. in prouinciali omn. eccles. Gigas de pension. q. 401.

dd. in. d. l. Emptorem. Carol. Molin. in consuetudin. Paris. tit. 1. §. 30. q. 23. n. 94. & 95.

In. c. Ex literis. n. 1. & 2. de pb. & in c. Olim caussam. n. 1. & 2. de rest. spol. Innoc. in. d. c. Ex literis. Innoc. in. d. c. Quod sicut. n. 5. de rest. spol. Bar. in. l. bonorū. n. 5. & 6. D. rem ratā hab. Bald. in. l. Generaliter. C. de reuo. donat.

Couar.in. c.Requisiti. nu. 2.de testam.

dem modo si mentio successoris in cõpromisso facta non sit, morte soluitur compromissum.l.Diem proferre. §.1.l. Sed etsi interpellatur.§.vlt.D.de recept. arbit. Sed si com-

XLIX.

promissum factum à Prælato sit de re Ecclesiæ non facta successoris mentione stare arbitri sententiæ successor cõpelletur.c.Præsentata.de testib.etiam si compromisso pri

Vbi Abbas & Aretin.num. 1.

mum decessoris nomen proprium cõprehensum sit, quia in his omnibus visionibus agere ipsa dignitas & beneficiũ cõpromittere, cõtrahere & cõueniri videtur, paulò ante nõ personã, sed ipsa prędia cõueniri ex Papirio dicebamus in.l.Imperatores.D. de publicanis. Interdũ enim dignitas & beneficiũ personæ vice funguntur, sicuti de hereditate municipio, decuria, societate, elegãter Florẽtinus scripsit.

L.

l.Mortuo.22.D.de fideiussor. Pręterea cũ de beneficio vel dignitate agitur, beneficiarius & Prælatus, non fructuarij, aut dñi, sed tutoris administratorisq; personã suscipiunt. Quemadmodũ autẽ si annalis xenodochij rector aut defensor & administrator ciuitatis, xenodochij aut ciuitatis res per trienniũ locauerit, vel si episcopus res ipsius Ecclesiæ, quæq; ad suã dignitatẽ nõ pertinent, quod tamen iure possit facere; qui in xenodochiũ, qui in magistratũ, qui in episcopiũ successerit, ex decessoris locatione, & cõtractu obligatur ex.l.Si tutelæ.D.de administr. tutor. ita putãt &

Angel.Cõs.245. nu 6. Maria.Socin cõs.52.co.2. li.1. Abb.q.3. Sẽpron. Clericus dubio 5. Bart. in d.l.bonorum. n. 5. D. rem rat. hab.

recte Bart. Panor. Angel. & Socin. Aut etiã quemadmodũ si tutor vel curator locauerit prædium pupilli, aut si pecuniã pupillarẽ crediderint, aut pupilli vel minoris nomine egerint, & obtinuerint, aut pupillarẽ debitorem ad constituendum appellarint, & alij tutores atq; curatores, qui in priorum forte decedentium locum substituti sunt, & ipsi minores atque pupilli agere ex his caussis vel cõtra ex cõ

LI.

trarijs conueniri possunt.l.penul.&.l.Etsi tutores.C.quando ex facto tutor.l.Cumq; §.penul. D.de const.pecun.l.1. C.eo.tit. Quando ex facto tutorũ. Cum tamẽ ciuitatis po

 sterior

ſterior magiſtratus, aut rector xenodochij, aut tutor, prioris magiſtratus rectoris tutoris ſucceſſor vniuerſalis, aut ſingularis non ſit, aut ipſe etiam pupillus, nec illorum perſonam ſuſtineant. Non itaque ex deceſſorum perſona tenentur, ſed quia res quæ ad ciuitatem xenodochium, Eccleſiam beneficium potiſsime pertinet, cum curatore adminiſtratoreque rite geſta, geſta cum ipſa dignitate, beneficio & Eccleſiæ videtur quæ numquam moritur, vt in Concilio Toletano dicitur. cap. Liberti. 65. 12. quæſtion. 2. c. Si gratioſe. de reſcript. lib. 6. Geri autem Eccleſiæ beneficijque cauſſa rem tunc intelligimus cum Eccleſiæ & beneficij vtilitatem imprimis continet, & ſi in perſonam conceptus contractus ſit, contra vero ſi beneficiarius res eas quarum fructus & redditus ad beneficium vel dignitatem ſuam pertinent locauerit, conſtat eum rem ſuam non Eccleſiæ gerere, atque adeò nihil gerere, cum non plus iuris habeat quam fructuarius. l. Si quis domum. §. 1. D. locati. Itaque ſucceſſor non tenebitur conductori.

Abb. In. c. Dilecti. de for. comp. Eguinarius Baro. in. l Si tibi decem. § pactũ conuentum. D. de pactis.

LII.

Si deceſſor etiam, anno forte, vel biennio beneficium poſſederit eius poſſeſsionis, quæ ad ſolam poſsidentis vtilitatem pertinuit, acceſsione non vtetur ſucceſſor, ad cauſſam triennalis præſcriptionis, nec ſoluet etiam illius debita, quæ Eccleſiæ vel beneficij cauſſa contracta non ſunt, ſimiliter ſi curator vel tutor pecuniam mutuam, ſuo quidem nomine acceperint, etiam ſi pro pupillo iudicatum fecerint, ipſi tamen conueniendi ſunt, aut eorum heredes, non pupillus, nõ poſterior tutor. l. Poſt mortem. §. 1. D. quando ex facto tutor. quæ vero ſuo quiſque iure & nomine geſſerit, ex his ipſe obligatur, vel eius heres & ſucceſſor. Heredem enim & ſucceſſorem, non rem æris alieni perſonalis obligatio ſequitur. l. 1. §. ſi heres. D. ad S.C. Trebellia. in beneficijs autẽ nulla hereditas, nulla ſucceſsio eſt, nã qui in beneficio ſuccedit, à veteri beneficiario

Socin. Conſ. 32. lib. 1.

Lib. pragm. titu. de pacifi. poſſ. Fran. Duaren. de ſac. eccleſ. miniſt. lib. 7. c. 12. dd. in. c. 1. De ſolution.

Vbi Bartol.

LIII. ciario nihil iuris, tanquam ab auctore accipit. Sed possit aliquis vsque vrgere notum illud iuris, tantum successor in personæ vitium succedit. Cuiac. libro obseru. 10. cap. 12. Certissimum autem est ex duobus litigatoribus, si vnus decesserit, vel beneficium eiurauerit, qui in eius locum subrogatus est, eum de iure non modo suo, sed etiam eiurantis vel demortui, id est, legitima ordinatione, natalibus & reliquis docere debere, si quid in his vitij fuerit, illud obfuturum subrogato. Hic nodus qui difficillimus videtur ita expediendus est, in iudiciarijs subrogationibus quæ Bonifaciana constitutione prohibitæ antea fuerunt. cap. 2. Vt lite pendente. lib. 6. quamquam beneficium simpliciter collatum sit, tamen in impetrantem ius eiurantis vel demortui tantum translatum videri, nec enim plus iuris Pontifex confert, quam litigator dimittit, aut morte vacat, deinde ita confert, *si vacat*, nam illa conditio, si forte non exprimatur, inest tamen omni collationi. Præterea si nihil ille habebat aut habuit, aut habere potuit, qui dimisit, aut demortuus est, nihil subrogato collatum esse. Cui consentaneum est, si alter litigator ex iusta causa & titulo beneficium petat alterius eiuratione, & morte non vacare. Itaque vt fructus aliquis collationis subrogato constet, cum demortui, vel eiurantis ius demonstrare necesse est. Illud vero mendose colligitur, habeo ius Titij, ergo Titij successor sum. Nam quid prohibet me habere fundum eum, quem Titius habuit, aut ius illud quod Titius habuit, non tamen habere à Titio, in hac certe specie subrogatus non ex eiurantis auctoritate, sed Pontificis concessione ius habet subrogantis, quin etiam hoc ipsum ius aliquando non habet, & tamen obtinet, vt si in eum casum beneficium collatum sit, quo neutri ex litigatoribus ius ad beneficium esset, & hæc conditio

[Margin: LIV. (beside "tur, inest tamen omni collationi") — Glo. in. cap. 2. de elect. lib. 6. — LV. (beside "Titij successor sum")]

ditio euenerit, quæ vulgo appellatur, gratia. Si neutri. Itaque cum in caußis beneficiarijs succeßio iuris nulla sit, subrogatio tamen est. Cuius tanta vis est, vt actio restitutionis, quæ ex canone Redintegranda ducitur, subrogato competat, cum tamen præter iuris successorem alij non competat. De iure autem patronatus quod iure hereditario defertur, longius disputare nihil necesse est, cum in ea specie receptum sit laicos homines singulari quodam iure, seu potius Ecclesiæ indulgentia vti, & in hoc tractatu non longior opinor oratio posita est, quam huius capitis & tituli argumentum postulabat. Hactenus de beneficiorum commercio & succeßione.

Puteus lib. 3. decis. 175.

Idem lib. 2. decis. 176.

LVI.

Alter locus est de his rebus temporarijs, aut spiritalibus quæ ad beneficiarios ex beneficij præbendæúe iure pertinent, deque rebus soli, quæ quasi Ecclesiæ ipsius communes ad eius dominium pertinent, in spiritalibus autem, vt primitijs, decimis, oblationibus secerni oportet ius illa percipiendi, quod beneficiario sacri ministerij caussa competit, à rebus ipsis perceptis seu fructibus decimarum, nam ius illud vere & proprie spiritale est, atque adeò ipsum bèneficium, fructus autem plane profani, deque eis, cum de fructibus, tunc nobis differendum est. De reliquis rebus videamus quæ certè non eodem iure censentur nam Ecclesiæ ipsæ, sacræque ædes, præsertim in quibus sacra liturgia fit, vasa, vestes, cum sacra dedicataque sint, ex omni hominum commercio exempta sunt. c. vnico de sacr. vnct. c. Vestimenta. de consecr. distinctio. 1. cap. Ad hæc, & totus titul. de religiosis domib. Itaque dedicationis nomine pluris æstimari non possunt, id est, neque emi, neque vendi.

Soto. lib. de iust. & iur. lib. 9. q. art.

Abb Imol. And. dd. in c. 1. de pignorib. Ripa. in l. Obligatione à n. 47. D. de pignor. & hypot.

vendi. Ceterum quoniam pręter dedicationem in illis materies spectatur, eaque potius, hac propter in alienationis commercijque caussam cadunt. Hinc sacra vasa & vestes pro captiuorum redemptione, recte alienari posse legimus. l. Sancimus. C. De sacr. SS. eccle. pro alendis etiam pauperibus non solum eiusdem parœciæ, sed etiam exteris. De illis tractatum est, quorum vita plena sceleris & flagitij, quoniam vltimo supplicio debebatur, metallo, aut remigio ex vinculis addicitur, & placet horum liberandorum caussa sacrum aurum vel argentum, non recte distrahi. Illud certe ab Ambrosio, ab Augustino, ab alijs non sine summa laude factitatum est. In eam sententiam. c. Sicut omnino. c Aurum. c. Gloria episcopi. & plures canones. 12. q. 2. Quin etiam decima quæ sacra spiritalisque est alienari interdum videtur. c. Dudum. de reb. eccles. non alien. lib. 6. interdum etiam Ecclesia aliqua tota. capit. Pastoralis. de donat. tot. tit. de his quæ fiunt à Prælat. Clem. vna de reb. eccles. non alie. libro sexto. Franciscus Duarenus de sacra. eccle. minist. libro 7. capit. 9. Sed in his speciebus decimæ & Ecclesiæ, non tam quidem alienantur, quam aut coniunguntur aliæ alijs Ecclesiæ vt in vnum quasi corpus coalescant, quod coniunctionis genus ἕνωσιν Iustinianus appellat, vel sine illa confusione, vt vna superior, altera inferior, & quasi accessio sit, vt cap. Extirpandæ. §. Qui vero. de præbend. Decimarum etiam diuisiones sunt, vt prædiorum, veluti si quis episcopus prædia, aut decimas maioris Ecclesiæ tribus alijs ei annexis diuidere velit. Quæ connexiones & diuisiones alienationem non continent: atque ideo Leonis constitutionem non inhibentur Cuiacius Nouella. 7. Enimvero prædiorum, ac aliarum possessionum quæ bona temporaria vulgo appellantur prohibita est omnis beneficiarijs alienatio, qui

Margin notes:
Nauar. in Man. c. 23. nu. 99.
LVII.
Ripa vbi supra. nu. 54.
Bartol. & Alex. in l. Quamuis. D. solu. mat. Ripa. d. nu. 54.
LIIX.
Nouell. 28.
LIX.

qui beneficiorum domini non sunt, sed ius habent vtendi, fruendi, si res ad beneficia & præbendas, administrandi & curandi si ad ecclesiam ipsam pertineant. Prædiorum autem nomine, & ἀυλουργιῶν in Synodo Nicæna.2. non solum intelligimus prata, & salinas, seu salaria, ita salinæ appellantur in Synodo. capit P. octaua Canone xv. Apud Gratianum. capit. Apostolicos. decima quæstione secunda. Nam quod Ant. Augustinus solaria pro salaria in eo canone substituit, mihi plane non probat, cum vox salaria in omnibus codicibus sine varietate reperiatur, & longe commodiore sensu retineri possit. Itaque sub illo verbo non solum intelligimus, quæ sua sponte fructus ferunt, sed etiam quæ ex cura & cultura hominum, id est πάντα ἐυπρόσοδα, vt Balsamo & Zonaras interpretantur, mancipia etiam rustica quæ veluti membra sunt rerum immobilium. capit. Nulli. de reb. ecclesi. alienand. vel non. prohibita vero alienatione, non solum continetur venditio, permutatio, donatio, sed etiam emphiteusis, hypotheca libellaria, precaria, & cetera negotia, quibus dominium, aut aliquod ius proximum & adfine dominio transfertur. d. capit. Nulli, & l. 1. C. De fundo dotal. l. vlti. C. De reb. alien. §. alienationis. in Auc. de non alienand. Itaque beneficiarius res Ecclesiæ in longum tempus, id est decem annorum locare minime potest, non solum pecunia repræsentata; quod successoribus fraudi palam esset, sed etiam non repræsentata, quia quasi dominium quoddam, eo locationis genere translatum videatur in conductorem. clem. 1. de reb. eccles. non alien. l. 1. de superficiebus. D. quin etiam illius generis locationis Pontificia auctoritate confirmatæ irritantur. C. Tridentinum sess. 25. decreto de reformatio. capit. vndecimo. Addo non LX.

ſolum Eccleſiæ, ſed etiam proprij beneficij res, ne vltra triennium elocare beneficiarij poſſent, grauiſſimis pœnis ſanciri. Pauli II. conſtitutione. in capit. Ambitioſe. inter extrauagantes communes. titu. de reb.

LXI. eccleſ. non alienand. Sed quæſitum eſt, an res eccleſiaſticæ in ſex vel nouem annos locari ea lege poſsint, vt tot ſint locationes, quot triennia, primaque cum triennij decurſu finita, ſuccreſcat altera nouo contractu inſtituta, & recte reſponſum eſt intra triennium tantum rem vtiliter locari, ea lege, & pactione reiecta, quæ verborum circuitione fraudem legi non obſcure fert. Aut. de non alienand. §. Quod autem dictum eſt verſ. nec illud collatione. 2. Alex. & Molinæus. Illud fortaſſe difficiliorem finitionem habet, ſi ſimpliciter quis Eccleſiæ res in nouem vel plures annos locaret, an ea locatio, non integra corrumpatur, ſed intra triennij à conſtitutione præſcripti tempus ſaltem conſiſtat.

Alex. in l. Filio familias. § vlt. col vlt. D. ſolu. matri. Molin. in conſuetudinib. Pariſ. § 41 q 8.

LXII. De locatione omnibus conuenit ſi in ſex, vel plures annos facta ſit, etiam intra triennium irritam eſſe. Quia vno quaſi ambitu, & nexu res geratur, vnde ſi quid in re indiuidua peccatum ſit totum corrumpitur. l. Græce. §. Illud. D. de fideiuſſoribus. l. Stichum. §. Si ſtipulatio. D. de verb. obligatio. Cynus Alberic. Oldrald. alij. Emphyteuſis maiores diſſenſiones excitauit. Perpetua emphyteuſis prohibita quidem eſt, nec vltra emphyteuticarij perſonam & filios eius, aut nepotes, vel etiam coniugem (ſi de coniuge nominatim expreſſum ſit) extendi poteſt. Extraneo herede relicto, morte emphyteuticarij finitur.

Molinęus. in cõſuetud. Pariſ. ti. 1. §. 41. num. 36. octauo quæro, & nu. 47. verſ. ſecũda concluſio.

LXIII. Ceterum ſi perpetuo ſit emphyteuſis facta, diſceptatum eſt, an in his ſaltem perſonis rata ſit, quibus lege permittitur. Baldus, Paulus, Decius, Alex. ratam eſſe putant. Quia perſonarum mutatio, aliam atque aliam emphyteuſim

Molin. vbi ſup. nu. 43.

ſim faciat, totque ſint conceſsiones, quot perſonæ, in his autem, quæ ſeparationem recipiunt, vtile per inutile non vitiari. Non obſtare Aut. de non alienand. §. Emphyteuſim. verſ. aliter. Nam illis verbis nihil habere roboris, non in omnibus perſonis infirmari emphyteuſim; ſed in his tantum, quibus contra leges præſcriptum conceditur. Bart. Roman. Aretin. Socin. & Epiſcopus Segouienſ. contra exiſtimant, vitiari totam emphyteuſim, vtitur Epiſcopus Segouienſ. d. Aut. de non alienand. §. Si vero, etiam collatio. 2. illis verbis. *Etiam ſic cadat quidem de emphyteuſi.* Cadere (inquit) eſt ab eo iure quod licite ei concedi potuit, male. Nam in eo loco hoc dicitur de eo qui intra tempus ſtatutum ſed tamen non iure emphyteuſim accepit, cui itaque recte dari emphyteuſis non potuit, is tamen ea cadere dicitur, nam cadere etiam in rebus dicimur quæ nobis dandæ non ſunt, ſed quas ipſi dedimus, vt permutans ea re quam dedit, emptor precio, & in ea nouella ſæpius hoc verbũ ita vſurpatur, ait. *Idem cõprobatur ex eodem tex. cum dixit, etiam ſic cadat; quaſi dixerit cadat in hoc caſu, & illa verba ad integram emphyteuſis conuentionem referenda eſſe & ad initium & tempus contractus.* Male etiam, nam dictio, *ſic*, refertur ad eum qui intra tẽpus nõ tamẽ iure cõtraxit emphyteuſim, deinde in Sering. & Haloandrinis legitur. καὶ οὗτος, id eſt, & hic, quod multo rectius eſt. Ego vero arbitror ſpecies ſecerni oportere. Si quis ſibi, filijs, & nepotibus fundum emphyteuticariũ conduxerit, deinde adijciat, etiã alijs deinceps ſucceſſoribus ius prælationis in eadem emphyteuſi futurum. Hac conditione reiecta, in emphyteuticario filijs & nepotibus vtilem eſſe contractum. d. § Quod autem verſ. nec illud. illis verbis. *Nullam neceſsitatem eſſe Reuerendiſsimis œconomis duobus heredibus ceſſantibus ceteris tradere.* Si vero ſimpliciter quis prædium in perpetuam

Molin. vbi ſup. num 41. § 41. ex Bartolo, atque alijs Couarr. li. 2. vari. c 16. n. 5.

LXIV.

Couar. verba.

LXV.

petuam emphyteusim acceperit, rem inutiliter prorsus geri in ipso emphyteuta filijs & nepotibus moueor. d. § si vero, vbi Iustinianus ipsi emphyteutæ filijs & nepotibus prædium minime reseruat, sed ab ipso statim qui primo „ loco accepit auferri iubet. *Si vero* (inquit) *& perpetuam* „ *quispiam emphyteusim accipere præsumpserit, quod non licet,* „ *etiam hic cadat quidem ab emphyteusi*. Et eumdem primum emphyteutam, postquam ab emphyteusi ceciderit canonem pensitare iubet, quem penderet si iure contracta ab eodem esset emphyteusis. Denique dubium non est eius paragraphi pœnas in eum decerni, qui primo loco emphyteusim contraxit, atque adeò in ipso emphyteuta, etiam irritum esse emphyteusis contractum in illo eodem loco, fauet huic sententiæ Iulian. qui „ nouella. 7. §. 7. cum eum locum extulit, ait: *Primum* „ *quidem id quod actum est pro infecto habebitur*. Cui consentaneum est vtilem contractus partem, quæ tacite in inutili contractu sublatet, non separari. d. § si vero. Rursus, quod vtiliter gestum sit per inutilem adiectionem non corrumpi docemur ex. §. quod autem. Itaque aliter definienda res esset, si Titio per se & separatim emphyteusis concederetur cum filijs & nepotibus. Deinde vero alijs postea successoribus in perpetuum, etiam in eodem locationis instrumento, nam quod ab ipsis contrahentibus separatum est, connecti non oportet vt res vitietur, à quo sensu prope abfuit Imola. Ceterum vt ad Pauli. 11. constitutionem redeamus eam moribus receptam non fuisse, aut certe contrario vsu abolitam, nonnulli tentant, & inter nostros iudices non semel in ea re variatum est. Placet etiam nonnullis, rerum Ecclesiæ, non fructuum locationem Pontificia illa constitutione esse prohibitam. Hoc autem quod de prohibitione diximus, perpetuum non est

Molin. vbi sup. nu. 44.

In. l. quod debetur. D. de verb. obligationib.

LXVI.

Rochus Curtius in. c. vlt. de consuetudin.

Couarr. lib. 2. variarũ. c. 16. n. 7.

eſt, nam quibuſdam ex cauſsis, id eſt, quotieſcumque vel neceſsitas aliqua, vel manifeſta Eccleſię vtilitas exigit. Harum rerum alienatio permittitur, cap. Sine exceptione. 12. q. 2. c. Dudum. de rebus eccleſ. non alienand. lib. 6. non tamen temere & paſsim ſed certo iuris ordine & forma ſollemni, quam plenè pręſcribunt dd. Quod ſi res, ſine iuſta legitimaque cauſſa, aut iuris Pontificij ordine non ſeruato alienata ſit, ea cum fructibus vindicatur. cap. Non liceat. 12. quæſt. 2. Cum autem qui teſtamentum condit, haud dubie alienet perſpicuum eſt, beneficiarios, beneficij Eccleſiæue ſuæ res teſtamento relinquere non poſſe, & teſtamenti conditionem, id eſt, factionem nominatim eſſe interdictam cap. Nulli. de reb. eccleſ. Quintinus voluit. Ne eccleſiaſticæ res ex teſtamento vel legitimæ hereditatis nomine ab heredibus occupentur, eas profeſsione palam facta à propria epiſcopi, beneficiarijque ſubſtātia ſeparari decernunt Apoſtolorum Agathenſis Antiochenus, alijque Pontificum & Conciliorum canones de ea re grauiſsimis verbis conſcripti. cap. Sint manifeſtæ. cap. Epiſcopi. cap. Manifeſta 12. q. 1. cap. Epiſcopus. 34. cap. Hæc huius. cap. Non liceat 43. cap. De laicis. cap. Illud. 12. q. 2. Hactenus Eccleſiæ beneficijque rerum commercium & ſucceſsio eſt.

In d. c. Dudum. Couarr. lib. 2. variar. c. 17. nu. 1.

LXVII.

LXIIX.

Ex his quę propoſuimus tertium erat de fructibus eccleſiaſticis, fructus autem beneficiarius non eodem iure capit, nam portionem eam à qua etiam non inops, iuſtos ſibi ſumptus ſuppeditat, item diaria quæ diurno aſsiduoque muneri pſallendi debentur vberiore, multo plenioreque iure lucratur, anguſtiore reliqua, vt nobis ante diſertum eſt. Quæ eo pertinent, vt perceptos præterea fructus non liberiore quadam licentia, ſed ad legis, rationiſque præſcriptum impendere, cui integer fiduſque curator

Coua. in c. Cum in officijs. de teſtament.

LXIX. ex officio debeat. Ceterum si quid ille alienarit, vendiderit, donarit de perceptis fructibus id Pontificio iure non rescindetur, quin etiam ab inuito beneficiario perceptos fructus æris alieni iudicati, pignorisue caussa creditores sæpe capiunt. capit. Peruenit. de fideiussoribus. iustis tamen alimentis relictis, nec solum perceptos fructus, sed etiam nondum perceptos beneficiarius vendere & locare potest, non tamen in perpetuum. cap. Ad audientiam. de reb. eccle. alien. nec etiam in longum tempus. capit. 2. de locato. capit. vlt. ne prælati vices suas. multi ad fructus producunt. extrauag. Ambitiosæ.

Ex collectario Rebu. Aufredo. Coua. li. 2. varia. c. 1. nu. 9.

LXX. de præbend. Alienare itaque perceptos fructus beneficiarius non prohibetur: sed testamento cuiquam relinquere prohibetur, nec solum fructus sed etiam res alias ex facultatibus Ecclesiæ, aut contemplatione eiusdem adquisitas. capit. Fixum. 12. quæstio. 5, capit. Cum in officijs. capit. Ad hæc. de testament. Quod tamen accipiendum est, nisi forte eleemosynæ nomine pauperibus quidquam largiri velit, facere enim hoc potest, sed intra modum finesque certos. d capit. Ad hæc. Si vero beneficiarius intestatus decesserit pari prope ratione statuendum est perceptos ante mortem fructus ad legitimos heredes non transire. Is itaque qui in demortui locum successerit, eos capiet. d. cap. Ad hæc. ca. Relatum. de testament. cap. vlt. de offic. ordinar. lib. 6. ad eundem etiam successorem non ad heredes ius patroni clerici trās mittitur, quod huic bonorum ordini non incommode adnumerari potest. Ita Bernardus Panormitanus & Alexander censent. Cum autem testamenti facti beneficiarijs Pontificio constitutoque iure interdicta sit, reliquum est eos Pontificis impetrata venia de ecclesiasticis fructibus libere & in quamcumque caussam testari posse. Apud Hispanos autem & Gallos, moribus recep-

Glos. 2. in ca. De quarta. de præscription. & in c. Cura pastoralis. Vbi Abb. nu. 5. de iur. patronat. Alex. in l. Pomponius. §. Cum quis. num. 21. D. de adquir. poss. Decius cons. 512. Coua. in c. Cum in offi. nu. 7. de testament.

LXXI. tum

tum est, vt beneficiarij de fructibus beneficij, alijsque rebus arbitratu suo testentur, aut etiam intestati ad heredes suos perceptos fructus transferũt. Quã consuetudinẽ quasi dato testimonio probauit apud nostros. l. 13. tit. 8. lib. 5. Sed eam iuri aduersari, nec tolerari posse. Abb. Alex. Siluest. Archidiacon. alijque auctores frequentes autumant. A quorum sententia rectè episcopus Segouiens. discedit. Itaque Pontificis venia beneficiarijs hodie ad testamentum condendum necessaria non est, episcopis certe necessaria est, nam in episcopis vtimur. d. cap. Cum in officijs. & ca. Relatum. de testament. quam veniam etiam sine caussa à Pontifice Romano dari posse magis est, quod Oldraldo & Decio videtur. Data vero etiam si Põtifex is, qui dedit decesserit, recte episcopi vtẽtur: nec enim nobis Socini Iunioris sentẽtia probatur qui contra sentit.

Glo. prag tit. de Annatis. §. Item quod. ver. adquisitos.
Nouæ recopil.
Vbi sup nu. 9.
Oldrald. conf. 149. Dec. vbi su.

Quartus restat bonorum ordo, quæ beneficiarius vel episcopus alijs ex causis, nec propter ecclesiam adquisiuit, quo nomine intelligimus non solum ea quæ ante, sed etiam quæ post creationem ex amicorum liberalitate aut artificio aliquo, vel opera vel alia quacumque ratione adquisierit. In hunc autẽ bonorum numerũ apte referemus annui ecclesiastici non exactas pensiones. Nam is cui annuum attributum est, eas testamento relinquere, aut ad legitimos heredes transmittere recte potest, ceu rem ab omni religione puram, & vsufructuarij exemplo l Si fur. l. Defuncta. D. de vsufruct. l. Qui scit. D. de vsur Item ius patroni laici si forte ad clericos peruenerit. De his itaque bonis quæ ipsa per se à commercio exempta non sunt, beneficiarios testari posse satis expeditum est. c. 1. capit. Quia nos. cap. Relatum. 2. de testament. concilio Parisiensi. lib. 1. cap. 14. Toletano. 9. ca. 4. c. Quicumque. 12. q 3. c Fixum. 12. q. q. 5. de episcopis dubitatum est, negat Butricarius; ne-

LXXII.
Gigas q. 52.
LXXIII.

In. l. Sacrosanctæ C. de episc. & cler.
Conſ. 91. vol. 3.

negant alij, à quibus tamen diſſentiunt Panorm. Silueſter, Socin. Ita cenſeo Iuſtinianum parem in his rebus facultatem teſtandi epiſcopis & clericis primum conceſsiſſe. l.

LXXIV. Sacroſanctæ. C. de epiſcop. & cleric. Deinde in epiſcopis, quos patria ſolum poteſtate ſolui decreuerat, ei conſtitutioni planè derogaſſe. Aut de eccleſiaſtic. titul. § interdicimus. tit. 14. collat. 9. in Concij edit. Sanxit enim epiſcopos, de his tantum poſſe teſtari quæ antea quæſierant, vel quæ poſt creationem eis obuenerant, iure cognationis ab inteſtato, vſque ad quartum gradum, alia vero qualiacumque ea ſint, quæ poſt epiſcopatum ad eos οἱῳδήποτε τρόπῳ, id eſt, quocumque modo peruenerint in extraneum vel cognatum transferri non poſſe, ſed in dominio Eccleſiæ permanere: quæ conſtitutio ita diſertis verbis perſcripta eſt, vt nullus ſit argutandi locus, & eam ita ſemper acceptam fuiſſe indicio Cedrenus eſt, qui in Iuſtiniano eius cã ſententiam refert. ἀφ' ἧς (inquit) δὲ ὥρας προεχειρίσθησαν, μὴ ἔχειν ἄδειαν εἰς ἃ κερδήσοιεν διατίθεσθαι, ἀλλὰ τὰ αὐτῶν πάντα τὸν εὐαγῆ οἶκον κληρονομεῖν. Hæc quidem Iuſtinianus; qui conſtitutionibus ſuis ſuo arbitratu derogare potuit, ſacris canonibus nõ potuit, quorum decretis definienda hæc res eſt. Cum itaque rationi canonũ, cuius in epiſcopis paria momenta ſunt, tum verbis conſentaneum eſt, epiſcopos de hoc etiam bonorum genere teſtari poſſe, de his certè, quæ in epiſcopatu hereditaria ſucceſsione adquiſiuit, in Hiſpalenſi Pariſienſique Concilio nominatim comprehenſum eſt. c. Fixum. 12. quæſt. 5. Addidit etiam Carthaginenſis canon ea quæ epiſcopis ex alicuius liberalitate obuenerunt. c. Placuit. 12. q. 3. Deniq; Toletana Synodus. 9. quæ omnes bonorum quærendorum ſpecies ſatis generaliter eſt complexa ad epiſcopos

LXXV. „ haud dubie pertinet. c. Quicunque. 12. q. 3. *Quicumque* (in-
„ quit) *ſacerdotum.* Sacerdotum certè nomen proprie epiſ-

copis

copis tributum est.l Nec honore l.Parabolani. C. de episcop.& cleric.ita vsurpatur.in.ca. Nulli.12.q.5.quamquam clericis alijs postea communicatum sit, vt Græcis ἱερέων l. Quisquis. C. eod.titul. Itaque episcopis & clericis par eademque testandi facultas est, non obstant Agathensis canonis illa verba. cap. Episcopus. 12. q. 2. *Episcopus qui filios aut nepotes non habuerit, alium quam Ecclesiam non relinquat heredem*. Nam quod ab alijs antea ex archetypo adnotatum erat, nunc Gregoriana editio indicauit legendum esse. *Episcopus qui filios aut nepotes non habens, alium quam Ecclesiam reliquit heredem, si quid de Ecclesia, non in Ecclesiæ caussa, aut necessitate præsumpserit, quod distraxit, aut donauit irritum habeatur, qui vero filios habet, de bonis quæ reliquit ab heredibus eius indemnitatibus Ecclesiæ consulatur*, quod à nobis nihil dissentit: quod vero extremo capite dicitur. *Qui vero filios habet &c.* explicandum est ex eiusdem Agathensis Concilij canone. 49. & 51. cap. Si quis qualibet. 12. quæst. 2. cap. Si episcopus. 12. quæst. 5. Nam ea tempestate (quod postea antiquatum est) licuit episcopo Ecclesiæ rem aliquam alienare vel legare, si tantumdem de suo Ecclesiæ conferret, in episcopi autem aut eius liberorum & nepotum gratiam hoc tantum permitti canon ille voluit; nec admodum dissimile est, quod de seruorum Ecclesiæ manumissione, eodem Agathensi & Toletano Concilijs statuitur. cap. Si quos. cap. Episcopus. 12. quæst. 2. Non etiam obstant Gregorij ex epistulis testimonia. c. 1. de testam. c. 1. XII. q. V. Nam quod ille præcise ait res in episcopatu vel Ecclesia adquisitas alienari non posse, intelligendum si propter episcopatum vel Ecclesiam sint adquisitæ, quod in Lateranensi Cõcilio adiectum est. c. Cum in officijs. de test. nec hanc sententiam illa verba reijciunt, *in episcopatu adquisita*. Sed quæri solet, quæ res propter Ecclesiam vel eius caussa quæsitæ videantur.

Duaren. lib. 1. c. 1. de presbyt.

Vide nostra ad tit. de reb. Ecclesiæ.

Vide nostra in c. 4. de rebus Eccle. alien. vel nõ.

LXXVI. Quæ ex ecclesiastica pecunia comparatæ sunt, eas ad Ecclesiam spectare non dubitatur. c.1.c.2.c Inquirendum. de pecul. clericor. d. c. Fixum. 12. q. 5. de illis videndum est quæ ad episcopos, vel beneficiarios iure hereditario redie runt. Placet quidem Iustiniani constitutionem illam hactenus seruari, vt ad episcopos pertineant, quæ episcopis iure cognationis ab intestato vel etiam ex testamento, quod Iustinianus noluit vsque ad quartũ gradum obuenerint, nam quæ ab extraneis donata vel relicta sunt, ea pietatis & religionis contemplatione, potius quam persone donata relictaque videntur Iustiniano. Hactenus enim Iustiniani constitutionem Agathensis canon recepit. ca. Pontifices. 12. q. 3. quem Innocentius III. explicat. in. c. Requisisti. de testamen. At vero non obstat. c Sancimus. 31. 12. q. 2. in quo longe alia res agitur, præsertim cum illius canonis, qui Toletano Concilio nunc falso tribuitur, nunc Siluestro, etiam suspiciose; fides in incerto sit: in alijs autem clericis obseruatur. d. l. Sacrosanctæ. cap. de episcop. & cleric. aut certe quod ex sacrorum decretis à nobis antea explicatum est.

dd. in. cap. 1. de testamen.

Vbi dd.

LXXVII. Ille tractatus difficilior est, si dubium hoc etiam sit, an res ex episcopi, vel Ecclesiæ pecunia comparatæ sint, an quæsitæ etiam ante creationem, vel non in ea re illud omnibus conuenit, quæcumque res post episcopi creationem quæsitæ sunt, Ecclesiæ caussa quæsitas esse præsumptio iuris est, nisi forte ante creationem episcopus bona aliqua habuisse doceatur. cap. 1. de peculio clericorum. Si vero in dubium vocetur hoc ipsum, an res ante creationem quæsitæ sint, nec appareat episcopum ante creationem bona aliqua habuisse, etiam iuris præsumptio est quæcumque res in episcopi bonis reperiantur, eas Ecclesiæ caussa quæsitas fuisse, adhibita tamen possessionis distinctione, de Gofredi sententia, à qua nos non facile semouent Ioan.

Et dd. in. c. 3. eo. tit.

Andr.

Andr. Anton. Cardinal. Imola. qui in. d. cap. 3. de peculio clericor. contra existimant alijs ex præsumptionibus & coniecturis, & Couarru. Nam iuri consentaneum est qui à possidente res eo nomine vindicat, quod ab episcopo in honore episcopali quæsitæ sint, eum implere debere quod intendit eas res saltim in honore episcopali esse quæsitas. l. Actor. l. Frustra. l. Vis eius. C. de probat. l. 2. D. eod. nã vt iuris aliqua præsumptio & πρόληψις sit, eas res quæ ab episcopo post creationem quæsitæ sunt, Ecclesiæ caussa quæsitas esse; nec eius rei probatio ab eo exigatur, qui hoc dicit & intendit, tamen illud ipsum, vnde hæc præsumptio & coniectura ducitur, nimirum res in episcopio quæsitas esse, probandum certe est, ne à reo & possessore iniuriose res auferatur. Oportet enim vt illa appareant signa & loca, vnde coniectura ducitur. Præterea vt existimem huius probationis onus ab actore exigi, moueor cap. 1. de testament. illis verbis. *Hortamur ergo experientiam tuam, vt sollicita inquisitione discutias, & quidquid Ecclesiæ ipsius esse patuerit à qualibet personas &c.* nam ita legi oportere indicat archetypa Gregorij epistula 52. libro 7. indictio. 2. Item illis. *Quidquid vero, vel ante Ecclesiæ ipsius esse cognoueris, vel in episcopatus ordine prædictum episcopum adquisisse, &c.* illa verba, *Patuerit, & cognoueris*. Haud obscuram probationis significationem habent, non itaque creditur nisi probetur quidquam in episcopatu esse adquisitum, sed eiusdem Gregorij epistula 43. libro 10. indict. 5. omnem exceptionem homini, quamuis peruicaci, si integra legatur præcedet, ex ea decerptum est capit. primo. 12. quæstione 5. Negat enim res à priore episcopo, Luminosæ sorori legatas eidem auferri oportere, nisi hoc constet eas à iam episcopo quæsitas. illis verbis. *Decreuisseq; nos vt si hoc cõstaret &c.* mox nec ei sine *Cognitione de his quæ possidet, &c.* rem etiã apertius

Couarr. de test. c. 1. nu. 10.
LXXIIX.
Alciatus de præsum. reg. 3. præsum. 26. nu. 6.
LXXIX.

, explicat illis verbis. *Sed si hoc Ecclesiæ vestræ actores probare*
, *posse confidunt, vestris nobis epistulis indicate, vt qualiter hoc*
, *ipsum constare debeat disponamus*, quasi res non quacumque
actoris probatione expedienda sit, cum probari hoc possit, etiam iudicij formam se daturum tunc esse Gregorius
, pollicetur, ait mox. *Quia quamtum aliqui perhibent, hoc*
, *supradictus decessor vester non in episcopatu, sed dum adhuc*
, *esset diaconus adquisiuit. Vnde necesse est, vt sicut diximus fa-*
, *cta probatione debeat constare quod verum est*. Itaque si actor rem in episcopatu quæsitam esse intendat, reus neget actorem id quod intendit probare debere, satis palam Gregorius vult: at ex illis verbis, *aliqui perhibent*, famam nescio quam ad Pontificem peruenisse augurantur, quasi paucorum forte litigatorum rumor, & sermo fama sit, deinde vt sit, is ne rumor probandi onus actori imponet, quem iuris præsumptio, vt ipsi opinantur eo onere liberarat? Sed hoc totum frigide dicitur & vellem virum egregie doctum in tam leui perfugio nõ consedisse, nec fauet contrariæ sententiæ Aut. de ecclesiast. titul. d. §. interdicimus. nam vt ea nouella vteremur in hac specie, tantum præsumit eas res quæ post episcopatum quæsitæ sunt, Ecclesiæ causa & contemplatione esse quæsitas, de illa vero specie si dubitetur quæsitæ ne ante episcopatum sit, vel non, nullum verbum, nam ex illis verbis, *Quas ante episcopatum probantur habuisse.* probandi onus in episcopos transferre, vel eorum heredes, tam est ridiculum, quam in eamdem sententiam pro-
XXC. ferre ex capite. Sint manifestæ 12. q. 1. illa, *ea quæ episcopi esse probantur*, nam horum verborum ea vis est quæ episcopi sunt, vel quas ante episcopatum episcopi habuerũt, quod facile is viderit, qui paulo sit humanior, atque etiã in canone Apostolorũ XXXII. vnde descriptũ est. d. caput. Sint manifestæ, legitur, ne dilabantur res episcopi, pro illis. *Res quæ*

episcopi esse probantur. Postremo nos tractamus eam Gregorij speciem, cum res episcopi vindicantur ab eo qui iam possidet, de quo nec Aut. illud, nec Canon agit: præterea. I. Andr. sententiam Episcopus Segouiens. tuetur XXCI.
ex eo capite, quia episcopus invitio sit, cum bonorum suorum inuentarium facere, cum primum delectus est, deberet, & hoc ille astruit, ex c. Manifesta. ca. Sint manifestæ. 12. quæst. 1. capit. de Syracusanæ. 28. distinctio. Illa capita nihil afferunt de inuentario. in capit. de Syracusanæ, Pelagius, aut quidem Gelasius, vt Anselmus, & auctor Polycarpi vult, idcirco à Syracusanæ vrbis episcopo bonorum suorum inuentarium exigit, quia liberos & vxorem habebat & vtitur principalis constitutionis testimonio, id est, Nouellæ Iustiniani. VI. & constitutionis Græcæ. XLI. & XLIV. C. de episcop. & cleric. qua præcipitur, ne episcopus is creetur qui vxorem aut liberos habet, ne eorũ affectu diripiat Ecclesię facultates. Itaque eius Canonis definitio ad alios episcopos produci nõ ita poterit, sed fac posse in non facti inuentarij pœnam continuo bonorum suorum amisione episcopus mulctabitur, nõ ita videtur. De d.c.1.nu.9.
nique quæ Episcopo Segouien. de testament. displicet, mihi certe probatur, sententia Gofredi Panormita. Salyceti, Bertachini, Romani, atq; aliorum. Si res ab episcopi heredibus, quia post creationem quæsitæ sint œconomus ecclesiæ vindicet, eum hoc quod dicit probare debere. Pene XXCII.
absolutæ erãt propositæ diuisiones partes omnes, nisi verendũ esset, ne in hac bonorũ diuisione clericorum filij vt domi nati creditores pignoris iure paterna beneficia retinerẽt nisi partẽ auferant ceteris æqualem aut etiam potiorẽ. Quare ne illi nos inuerecundius appellent, arbitri diuisorisq; partes interim suscipiã. Edico itaque etiã eos, qui filij clericorum iusti legitimique sunt, paternũ beneficium capere non posse: paternum voco, quod pater ἀμέσως,

id eſt nulla media intercedente perſona poſſedit. cap. Ex tranſmiſſa. cap. Ad extirpandas, de fil. preſbytero. Reliqua vero, id eſt eiuſdem generis, & in eadem Eccleſia recte capiunt. cap. Ad hæc. de fil. preſbyterot. Hi cum neque ſuo, nec parentum vitio laborent, patienter tamen paternis beneficijs carebunt, ne in eccleſiaſticis bonis ſimu-

XXCIII. lacrum hereditariæ ſucceſsionis vllum appareat. Qui vero ex non legitimo matrimonio à clericis ſuſcepti ſunt, hi, vel aliorum qui nothi ſpurijque ſunt, exemplo diſcẽt, nullum ſe beneficium eccleſiaſticum conſequi poſſe. cap. Cum in cunctis. ca Innotuit. de elect. c. 1. de filijs presbyt. Deinde vt hanc maculam ex natalibus contractam abſtergere impetrata venia poſsint, tamen quia preſbyterorum filij ſunt, aſpirare ad paternum beneficium non poſſunt.

XXCIV. Nec ſolum idem, ſed etiam beneficium ſimile dum pater viuit in eadem Eccleſia obtineri prohibentur. capit. Cum decorem. de filijs preſbyt. poterunt tamen diſsimile & alterius generis beneficium, vt quam capellaniam vocant in eadem Eccleſia viuente patre poſsidere. Ita Bellamera vult defuncto vero, etiam ſimile & eiuſdem generis. Quin etiam ipſum idem paternum beneficium, ſi à media interiectaque perſona accipiant. ca Ex tranſmiſſa. de fil. preſbytero. quod tamen lata conſtitutione ſublatum fuiſſe à Clemente VII. auctor eſt Gigas. quæſt. 86. Hodie vero ex C. Tridentino. ſeſſ. 25. decret. de reformat.

Bellamera. cap. Ad abolendã. q. e. de filijs presb. Rebuf. in praxi benef. tit. de diſpenſatio. natal. nu. 39. Et Nauarr. in c. Si quãdo. de reſcriptis.

XXCV. cap. 15. clericorum filijs qui non ex legitimo matrimonio editi ſunt, non licet in Eccleſijs, vbi eorum patres beneficium aliquod habent, aut habuerunt, quodcumque etiam diſsimile beneficium obtinere, nec in dictis Eccleſijs quoquo modo miniſtrare, nec penſiones ſuper fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinent, vel alias obtinuerunt, habere. Quæ ſunt concilij verba. Eodem etiam capite irritantur, reſignationes in filiorum

gra-

gratiam à parentibus factæ. Sed videamus ad quos hic canon pertineat. Succesſionum quidem iura mutua quadam lege filijs atque parentibus deferuntur, ſi mortalitatis ordo turbatus ſit. l Nam etſi D. de inoffic. teſtamen. At hanc iuris communitatem, quæ à iure propter parentum charitatem introducta eſt, ne parentibus in pœnarum ſocietate fraudi ſit ipſa pietas iure conniuente interim dirimit. Quod itaq; Alano, Vinc. Tancredo viſum eſt, placet. C. Tridentino, parentes nō cenſeri prohibitos ab his beneficijs quæ filij habuerunt. Placet etiam clericorum nepotes eo capite non contineri Ioan. Andr. Bellamer. & Couaruu.

Gig. q. 86. nu. 10.
Ioan. Andr. Bellamera. d. ca. Ad extirpandas. nu. 3. de fil. presbyt.
Couarr. li. 2. variat. c. 8. nu. 2.

Præterea volunt nonnulli eo concilij Tridentini canone non comprehendi penſiones annuas, nec etiã præſtationes illas quæ vulgo prẹſtimonia appellantur, itaque licere filijs habere præſtationes, aut etiam annua non paterno beneficio, ſed alteri eiuſdem Eccleſiæ impoſita, in ea Eccleſia, in qua pater beneficium habet; quoniam beneficiorum nomine, nec præſtationes illas, nec etiam penſiones comprehendantur: ſed non temere his aſſentiri oportet. Diſſentit, & recte Rebuf. Nam illa concilij verba. *Quodcumque etiam diſsimile beneficium*. Et annua & portiones illas complectuntur, vt de multorum ſententia idem Gigas præcipit nec eius auctoris reſponſo in hanc rem rectè vtuntur.

XXCVI.

ca. vlt. Dominic. de cōceſſ. præb.
Menoch de arbitr. li. 2. caſu. 201. num. 56.
Gigas q. 86. nu. 7. & 8.
nu. 2. eadē. q. 86.

Nam Clementis VII. conſtitutione, quam ille explicat demonſtratæ poſt beneficiorum ſpecies, certum numerum acceperunt, atque ita quod Paulus ait, modus generi datus in his ſpeciebus intelligitur. l. legata. D. de ſupell. legat. Sed in concilio Tridentino nullæ ſpecies enumeratæ ſunt, quæ illius verbi, *Quodcumque*, latiſsimam ſignificationem coerceant, niſi forte afferant, quod de penſione paterni beneficij poſtea dicitur. Nam in præſtationibus alijs nihil eſt quod adferant, præſertim cum eo iure vtamur

Nauar.in Ma.c. 2 c.nu.122. post Pij V. costitutionem, vt præstimonia illa in beneficiorum numerum relata esse credantur, aiunt etiam posse clerici filium in parentis Ecclesia beneficium possidere, si fiduciario non perpetuo titulo possideat, quod forsitam probandum esset, nisi illa Concilij verba essent adiecta. *Quoquo modo ministrare.* Hæc de primo bonorum genere, id est sacris beneficijs: in profanis autem clericorum rebus alijs, & propria substantia videndum est, an benignius eorum filij accipiantur. Placuit quoque vt alij spurij nothique liberi, clericorum filios in proprijs bonis parentibus non ab intestato, nec ex testamento posse succedere. Aut. quibus modis naturales &c. §. fin. apud Hispanos. l. 2. tit. 3. lib. 5. Ordina. Alimenta vero etiam clericorum filij capiunt. ca. Cum haberet, de eo, qui dux. in matrimon. quam poll. per adult. quod certè apud Hispanos. intra modum quintæ bonorum partis licet. l. 9. & l. 10. Tauri, quin etiam post Pij. V. constitutionem contra filios clericorum latam, licitum esse clericis ex fructibus beneficiorum atque alijs bonis propter Ecclesiam adquisitis alimenta filijs relinquere, respondit Nauarr. Hactenus in ecclesiæ clericorumque bonis successio & commercium est.

XXCVII. (beside "se clerici filium…")

XXCIIX. (beside "eorum filij accipiantur…")

Cou. 2. p. de spō sali. c 8. §. 5. nu. 3 (beside "re. Aut. quibus modis…")

Vbi not. (beside "lij capiunt…")

Vbi dd. (beside "ri, quin etiam…")

Ad c. Nō liceat. 12. q. 2. (beside "alimenta filijs relinquere…")

XXCIX. His cognitis satis illud perspicuum est huius canonis Pictauiensis verba de primo & altero bonorum genere rectè affirmari. De tertio etiam, si scripto canonum iure res dirigenda est. Nam quod moribus apud Hispanos & Gallos receptum est, vt clericis de his bonis testamenti factio sit, ad rem nihil pertinet, tantum itaque ex huius canonis definitione excipienda illa bona sunt, quæ clericis iure hereditario, vel alio quocumque, non propter Ecclesiam quæsita sunt. Quod si id etiam quæramus ex his quatuor bonorum generibus de

de quo potiſsimum ſcriptus hic canon fuerit, lubricus locus eſt, & qui coniectura totus contineatur, quam in varias partes interpretes ducunt Bernard. & Hoſtienſ. de ſecundo & tertio bonorum genere hunc canonem accipi oportere contendunt. I. Andr. de primo etiam, id eſt, de beneficijs & præbendis. Ego vero verba ex quibus XC.
capienda in primis coniectura eſt, expendi paulò attentius velim, ait canon. *Vt nullus de clero vel de populo.* Ad laicos itaque & profanos homines prohibitio pertinet, mox. *Eccleſiaſtica bona iure conſanguinitatis*. Conſanguinei apud conſultorum libros hi ſunt qui etiam fratres germani dicuntur. ὁμοπάτριοι, id eſt, ex eodem patre tantum geniti, ita Teucrum furioſi fratrem τοῦ μανέντος ξύναιμον Sophocles appellat & apud nos Poeta, *Conſanguineus lethi ſopor*, Lib. VI. Æne. Itaque conſanguinitas ſpecies agnationis eſt, id eſt, fraternitas. § ſunt autem agnati. Inſtit. de legitim. agnat. ſucceſſ. l. Non epiſtulis. C. de probationib. Sanguis autem cognatio naturalis eſt. l. Hac parte. D. vnde cognati. l. Si minor. l. Vel ſi ſanguine. D. de manumiſſ. vindict. nam inter ſanguinem & conſanguinitatem hoc intereſſe docte Cuiacius obſeruat. l. Obſeruatio. XI. c. 26. Sed quemadmodum ſunt naturales quædã cognationes quæ ſolius naturæ vinculo connectuntur. l. Non facilè. §. cognationes. D. de gradib. ſic etiam conſanguinitas aliquando dicitur neceſsitudo quæcumque quæ ſanguinis communione nectitur. l. vltim. C. de imponend. lucratiu. deſcript. ita vt pro eodem ius conſanguinitatis & ius ſanguinis vſurpentur. apud Pontificios XCI.
certe eius vocis ea potiſsimum notio eſt. c. De affinitate. cap. Coniunctiones. cap. AEqualiter. cap. Sane conſanguinitas. cap. De conſanguinitate. cap. In copulatione, & alijs prope innumeris veterum Canonum teſtimonijs. 35. quæſtion. 2. &. 3. Præterea illud exploratum eſt,

consanguinitatis sanguinis agnationis, cognationis, pro-
ximitatis iure aliquem succedere cum dicemus de legiti-
ma hereditate, id est, ea quæ ab intestato defertur intelligi,
ita iure consanguinitatis capere hereditatem sorores di-
cuntur. §. ceterum. Instit. de legitim. agnat. succeſſ. qui-
bus intestatorum fratrum succeſsionem lex Voconia
deferebat. Vlpian. in fragmen. titul. 26. Paul. recep. senten.
libro. 4. capit. 8. Ita iure consanguinitatis, agnationis, pro-
ximitatis, intestatis succedi dicitur. l. Si spurius. D. vn-
de cognati. denique titulus de suis & legitimis heredi-
bus, & si tabulæ testamenti non extabunt, vnde agnati,
vnde cognati. quæque alij in reliquis libris iuris succes-
sores ad hereditatem iure agnationis, aut cognationis vo-
cant, rem liquido demonstrant, quod etiam valet in tu-
tela & curatione legitima, id est, quæ iure consangui-
nitatis non ex testamento defertur, indicat etiam vel il-
la Platonis lex, libro. 11. ἐὰν δὲ ἢ τὸ παράπαν μὴ δια-
θέμενος τελευτήσῃ τις, ἢ τῆς τῶν ἐπιτρόπων αἱρέσεως ἐλ-
λιπὴς ἐπιτρόπους εἶναι τοὺς ἐγγύτατα γένει πρὸς πατρὸς
καὶ μητρὸς κυρίους. *Sin autem*, inquit, *aut intestato decesserit,
aut tutorum institutionem prætermiserit, proximi & agnati &
cognati potißimum tutores sunto*. Namque ex testamento
testatorisque iudicio in hereditate vel tutela succedit, is
tamquam extraneus succedit nullo iure consanguinita-
XCIII. tis, aut proximitatis. Ergo Pictauiensis huius canonis ea
sententia est, neminem siue laicum, siue clericum cleri-
co, qui intestatus decesserit in ecclesiastica bona, id est,
XCIV. beneficium & præbendam, vt Ioan. Andr. interpreta-
tur, iure sanguinis ab intestato succedere: quis autem vn-
quam accepit, aut clericos, laicis hominibus testamento
beneficia potuisse relinquere, aut si illi intestati deceſsis-
sent, ab intestato iure sanguinis ea laicos beneficia occu
pare fuisse conatos? nam in c. Ad hæc. de decimis. in. c. Cō

suluit,

ſuluit, de iur. patrona. nihil de hac inteſtatorum ſucceſsione, nihil de beneficijs agitur, nec etiam canon. Apoſtolica. 8. q. 1. huius ſucceſsionis, aut laicorum meminit. Quod ſi in ſuperiori temporum licentia, nemo vſquam tam perdita auctoritate fuit, qui eo ſucceſsionis prætextu in eccleſiaſtica beneficia oculos defigeret, quid attinuit illud prohiberi, quod numquam auditum eſt? mihi certè non probatur. At, inquit, Ioan. Andr. bonorum nomine etiam beneficia contineri. Et nos hoc præcipimus, ſed quid inde? ait ſub hoc titulo, opportunè de præbendis & dignitatibus agi. Primũ non adeò diſsimile argumentum eſt, ſi de his rebus agatur quæ ad Eccleſias & eccleſiaſtica beneficia pertinent, id eſt, de ſecundo & tertio bonorum genere. Deinde ſi cum Raimundo acerbius & ſummo iure agere pergat, in Pandectarum quidem libris, qui tanta cura degeſti ſunt, non paucas leges & capita proferat, quæ à ſuis titulis aberrant, vt l. 3. D. quæ res pignor. vel hypothec. à ſequenti titulo qui potiores in pignor. vt l. vltim. D. quod cum eo qui in aliena. à titulo de inſtitoria actione. & l. 1. D. ſi tabulæ teſtamen. ex tabul. pertinet ad titulum de bonor. poſſeſsio. ſecundum tabul. l. penultim. D. ſi tabulæ teſtamenti nullæ ad titulum vnde cognati. Sunt aliæ permultæ. Quamobrem quod Bernardo & Hoſtienſi placet, mihi etiam veriſimile fit, hoc canone de ſecundo & tertio bonorum genere agi, & eorum bonorum ſucceſsionem legitimam clericorum fratribus filijs, aut alijs conſanguineis fuiſſe interdictam, hac enim prouiſione & decreto propter heredum eccleſiaſticis bonis inhiantium auaritiam fuiſſe ſemper opus indicant de ea re ſcripti tot veteres poſterioreſque canones Apoſtolorum, Agathenſis, Carthaginenſis, Hiſpalenſis, Tiburienſis, Toletani, aliorumq; Cõciliorum, quibus ſæpius præcipitur ſeparari res

Culac. lib. obſeru. 3. c. 38.

XCV.

eas

eas,quæ Ecclesiæ sunt, vel eius caussa quæsitæ à proprijs clericorum, ne confusa bona heredes occupent. capit. Episcopus. cap. Manifesta. cap. Sint manifestæ. 12. q. 1. Sæpius intestati episcopi res eas atque bona ad Ecclesiam pertinere iure successionis legitimæ declarant. c. Placuit. c. Quicumque. 12. q. 3. c. Fixum. c. Sicubi. c. Quicumque. 12. quæst. 5. Interdum etiam dum ab eisdem heredibus cautum Ecclesiæ volunt, episcopis & sacerdotibus præcipiunt de his quæ administrationis suæ tempore emerint, instrumenta Ecclesiæ conficere. cap. Sacerdotes. c. Presbyter. 12. quæst. 4. Nec vero tam multa ratione Ecclesiæ in his bonis consultum esset, nisi ea à clericorum heredibus quæsito legitimæ successionis colore appetita essent sæpius, quæ sententia cum huius canonis verbis conuenit, tum etiam argumento integræ constitutionis archetypæ, siquidem in re dubia augurari coniectura licet. Concilium Pictauiense non extat certe apud nos, nec etiam eius Concilij caput: Decreuit. Cuius pars hic canon est: extant tamen eius capitis veluti lacera quædam membra. Raimundus enim illud caput in quatuor capita diuisit, si diuidere hoc est non frangere & discerpere, ea tamen si in vnum veluti corpus cogantur, apparet pristinæ sententiæ quasi habitus & figura quædam.

XCVI. Itaque caput illud ad clericorum mores & disciplinam in primis pertinuit, ideo interdicit primum, ne clerici militum more armis vtantur, ne vsuras exerceant. cap. 2. de vita & honestate clericorum, deinde ne concubinas ad se, aut alias fœminas admittant. cap. Vt nullus presbyter. de cohabit. clericor. in. 1. collect. Raimundus illud omisit, tum vt hoc grauius sanciretur, clericorum filios si quos ex concubinis suscepissent, à sacerdotio summouet. cap. 1. de filijs presbyteror. Denique hoc nostro cap. eorundem clericorum consanguineos filios forsitan legiti-

Vide canonem Nicænum. 52.

legitimos aut fratres, ab his bonis ecclesiasticis repellit, quæ cum bonis alijs clericorum profanis confusa legitimæ successionis nomine ne illi ad se raperent, periculum erat. Cum autem de filijs clericorum ex non legitimo matrimonio editis actum est, facile ipsa oratio delapsa est ad eos filios qui ex legitimo matrimonio editi sunt, deinceps ad fratres & alios consanguineos. His vero eorum bonorum successio est interdicta, quæ illi prætextu aliquo detrahere Ecclesiæ facilius potuerunt, quæ cuncta satis aptè cohærent.

ANTONII QVINTANADVENNAE ECCLESIASTICON LIBER III.

Ad Concilium Chalcedonense I V. vel de clericis absolutè ordinandis aut non.

An donatio sacerdotij caussa conferatur, & de collatione, atque imputatione, disputatio.

SALMANTICÆ,
Apud Guillelmum Foquel.

M. D. XCII.

Ex Concilio Chalcedonensi. IV. Can. VI.

Nemo ordinandus est absolutè. Cap. I.

NEminem absolutè ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi manifestè in Ecclesia ciuitatis, siue possessionis, aut in martyrio, aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eos autem, qui absolutè ordinantur, decreuit sancta Synodus vacuam habere manus impositionem, & nullum tale factum valere, ad iniuriam ipsius, qui eum ordinauit. Totidem verbis Gratianus descripsit. cap. I. distinct. LXX.

Innocentius tertius Zamoreñ. Episcopo.

Ordinato ad sacros per episcopum sine titulo, nemine præsentante, ordinator, vel successor cõpellitur in necessarijs prouidere, donec titulum habuerit. Cap. XVI.

CVM secundum Apostolum qui altari seruit, viuere debeat de altari: & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede: patet à simili, vt clerici viuere debeãt de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim à cleros, quod est sors, vel hereditas, clerici appellentur: quia in sui ordinatione vel assumuntur in hereditatem Domini, vel assequuntur hereditatẽ in ipso,

vt verè poſsint pſallere cum Propheta, Dominus pars hereditatis meæ: dignum eſt, vt Eccleſiæ ſtipendijs ſuſtententur, in qua, & per quam diuinis obſequijs aſcribuntur. Licet autem prædeceſſores noſtri, ordinationes eorum qui ſine certo titulo promouentur, in iniuriam ordinantium irritas eſſe voluerint, & inanes: Nos tamen benignius agere cupientes, tamdiu per ordinatores, vel ſucceſſores eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos eccleſiaſtica beneficia conſequantur. Inde eſt quòd cum G. lator præſentium, à prædeceſſore tuo fuerit ad ſubdiaconatum nullo præſentante promotus; Mandamus, quatenus ſi eum hi, quibus examinationem ipſius duximus committendam, te citato legitimè, vt per te ipſum, vel idoneum reſponſalem interſis: & tam ſuper idoneitate perſonæ, quàm etiam ſuper quantitate, ac qualitate beneficij proponere tibi liceat quicquid rationabiliter duxeris proponendum, idoneum eſſe repererint, tamdiu ei vitæ neceſſaria congruè ſubminiſtres, donec per te in Zamoreñ. Eccleſia, vel alia fuerit competens beneficium eccleſiaſticum aſſecutus; ſciturus pro certo, quòd ſi per examinationem eorum fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxtà mandatum noſtrum neglexeris prouidere; cum hoc nobis per literas eorum innotuerit, ad id exequendum te per diſtrictionem eccleſiaſticam compellemus.

SVM-

SVMMÆ RERVM.

I. SVmma huius constitutionis.
II. Quę huic constitutioni aduersentur.
III. Concilij Chalcedonensis canon IV. quid absolutè.
IV. An ille canon ad solos presbyteros pertineat.
V. Gratiani mendum, possessionis pro pagi.
VI. Quid pronunciatio ordinandorum.
VII. Populo quid suffragij in ordinandis fuit, quid χειροτονία Clementis locus.
IIX. Etiam testimonium ordinandorum ademptum populo.
IX. Presbyteri primum quo pacto electi à populo, populi testimonium, assensus, conniuentia.
X. Imperatoris nullum ius in deligendis sacerdotibus.
XI. Ordinatio quid apud veteres canones.
XII. Titulus olim sine ordinatione nemini datus, nemo transferri poterat.
XIII. Quid titulus, & titularis. d.c. Sanctorum. 71. distinct.
XIV. Quo tempore obseruatus canon Chalcedonensis, quo neglectus.
XV. Explicatur. c. 2. de prębendis. Quid mulcta ecclesiastica.
XVI. Chalcedonensis canonis pœna an remissa ab Alexandro, an ab Innocentio.

copi vel herede.

XXXV. *An monachi absolutè ordinari poßint. Exploditur communis error.*

XXXVI. *Monachorum Ascetarum origo, instituta progreßio ex multorum canonum serie contra omnium interpretum continuata, ex varijs auctoribus Latinis & Græcis.*

XXXVII. *Monachi, Eremitæ, Anachoretæ, Hesicastæ, Chaumeti.*

XXXIIX. *Monachi quomodo victum quærerent, an periti literarum.*

XXXIX. *Monachorum nulli sacerdotes, post omnes clericos sedebant.*

XL. *Caßiani locus, quid Missæ apud veteres, Eunupij locus.*

XLI. *Monasteria non omnia consecrata, alienari poterant.*

XLII. *In monasterijs consecratis clerici non monachi Missas agebant.*

XLIII. *Ecclesiæ in monasterijs collocatæ non monachis, sed clericis tituli.*

XLIV. *Explicatur. c. Neminem. ex eodem Chalcedonensi Synodo.*

XLV. *Monachos dimisso monasterio ordinatos.*

XLVI. *Explicatur constitutio Arcadij & Honorij in c. Theodosiano.*

XLVII. *Ex cohortali, curialiue fortuna nemo ad clericos adlectus.*

XLIIX. *Publicæ rationes quæ, an his obnoxius ordinetur.*

XLIX. *Monachi de Abbatis assensu ordinati in titulos euocabantur.*

L. *Monachi clerici facti an votis absoluerentur.*

LI. *c. Doctos. 16. q. 1. falso tribuitur Ambrosio.*

LII. *Monachi facti clerici prohibiti vxores ducere. Explicatur. c. De monachis. 16. q. 1.*

LIII. *Monachi in solitudines, & eremum sæpius egreßi.*

LIV. *Monachi vrbibus interdicti, & reuocati iterum.*

LV. *Monachis lauræ & solitudines non temere permissæ.*

LVI. *Iustinianus in monasteria coegit monachos, & institutis temperauit. Locus Nouellæ. 132.*

LVII. *Monachi ex instituto Iustiniani quando clerici ordinati.*

LIIX. *Monachis permissa parochorum munia intra monasterium.*

LIX. *De. c. 1. 16. q. 1.*

LX. *Reprehenditur Duarenus de capitibus perperam acceptis.*

LXI. *Monachi à titulis reuocati in monasteria. Dediti literis paßim & sine numero facti clerici.*

LXII. *Benedictinorum, atque aliæ probatæ regulæ.*

LXIII. *Etiã monasteriorũ parœciæ clericis restitutæ.*

LXIV. *Variè peccatum in huius argumenti tractatione.*

SVMMÆ RERVM IN disputatione contentarum.

I. *FAber & Sauillianus opinantur non imputari, & quare.*

II. *Contraria sententia Couarru. & eius argumenta.*

III. *Neutra sententia temere improbanda.*

IV. *Partitio huius tractatus.*

V. *Triplex ratio imputandi. Prima ex lege Falcidia.*

VI. *Secunda in quartam Pegaſianam.*

VII. *Tertia ex lege Illicia & cauſſa inofficioſi in quartam legitimariam.*

IIX. *Quadrans, Quarta legitima portio, Eodem ſenſu.*

IX. *Legitima ex lege Falcidia. Plinij locus.*

X. *Vna quarta, non duæ filijs debentur. Pontificium ius Cæſareum mutat.*

XI. *Pontificia ratio non trahitur ad l. Falcidiam.*

XII. *Hanc donationem non imputari in Falcidiam. Explicatur. l. Cum quo. §. ſæpius. D. ad l. Falcidiam.*

XIII. *In Pegaſianam quæ imputentur, non imputatur donatio cauſſa ſacerdotij.*

XIV. *In legitimariam quid imputetur.*

XV. *Falſo DD. aiunt hanc quartam iure naturæ ſolum deberi.*

XVI. *Explicatur Auc. nouiſſime. C. de inofficioſ. teſtam.*

XVII. *Vera cauſſa cur in legitimaria latius imputatio fiat.*

XIIX. *Collectio, vitioſæ concluſiones & errores doctorum.*

XIX. *Explicatur. l. penul. C. de collationib. Item argumentum quod ab imputatione ad collationem ducitur contra dd.*

XX. *In legitimaria quando locus imputationi, quando collationi ſit.*

XXI. *Filij qui quibus conferant.*

XXII. *Doctrina collationum in rebus conferendis ad tres Theses.*

XXIII. *Patrem filio donare non posse.*

XXIV. *Etiam si donatio iuramento confirmetur contra doctores.*

XXV. *Donatio patris etiam legitimę portionis ratione est nulla: explicatur l. Si non mortis. D. de inofficioso testamento.*

XXVI. *Donatio vsusfructus aduentitij à patre facta filio an valeat?*

XXVII. *Quid si pater filio propter merita donet.*

XXIIX. *Donatio patris in filium collata quo casu confirmetur.*

XXIX. *Non confirmatur silentio patris, explicatur locus Pauli. I.C.*

XXX. *Post Iustinianum confirmatur silentio patris.*

XXXI. *Donatio dotis caussa confestim valet. Item propter nuptias. Imputantur in quadrantem ex caussa inofficiosi.*

XXXII. *Reliquę donationes ob caussam non valent.*

XXXIII. *Donationem sacerdotij caussa non esse similem donationi propter nuptias. Filio emancipato recte donat pater.*

XXXIV. *Quę conferantur.*

XXXV. *An dos, & donatio propter nuptias. An peculium profectitium.*

XXXVI. *An simplex donatio conferatur.*

XXXVII. *Cuiacij doctrina tribus pronunciatis comprehensa explicatur.l.Vt liberis.C.de collatio.*

XXXIIX. *Prima Cuiacij thesis ex multis confutatur. explicatur.l.Vt liberis.C.de collatio.*

XXXIX. *Donatio simplex quãdo cõfertur ab intestato.*

XL. *Explicatur.l.Illud.C.de collatio.*

XLI. *Cuiacius ex suis refellitur in explicatione constitutionis Diocletiani.*

XLII. *Præceptio de hac tota re prẹter omnes.*

XLIII. *Res à patre donatas filio vindicari, si exstent: alias compensari, retineri, deduci.*

XLIV. *Idem ex testamento.*

XLV. *Explicatur.l.penul.C.de collatio.*

XLVI. *Post Iustinianum non conferri, neque imputari donationes simplices.*

XLVII. *Non esse correctã.l.Vt liberis.C.de collatio. explicatur.l.Illud.l.Si quando.§.Et generaliter.C.de inofficioso.*

XLIIX. *Errores interpretũ in eius legis explicatione.*

XLIX. *Explicatur.l.Etiã.§.Si debita.D.de bonis liberto.*

L. *Explicatur.l.Filię cuius.C.Familię erciscund.refellitur Alciati sententia. Item Cuiacij.*

LII. *Explicatur illa lex alia longe ratione.contra DD.*

LIII. Explicatur *constitutio Valeriani, & Gallieni in* C.*Gregoriano.*

LIV. *In specie l.Filię.res à die mortis testatoris deberi.*

LV. Explicatur*.l.Filium quem.C.Famil. erciscundę.refellitur Alciati sententia.*

Hic

HIC iuris Pontificij locus, quo clericis absolutæ ordinationis licentia eripitur, ad clericorum disciplinam & vitam in omnes partes conformandam imprimis vtilis atque necessarius, à Chalcedonensi sanctissimo concilio primum fluxit. Deinde eius rei canon, qui in ea Synodo sextus est, alijs postea concilijs, & decretis Pontificum qua repetitus, & confirmatus, qua correctus, & emendatus est. Ex quorum cognitione quoniã huius canonis explicatio apta, & suspensa est, placuit Innocentij III. constitutionem eam, quæ ad hunc locum pertinet, κατὰ πόδας, vt aiunt, ita explicare, vt ex ea huius quoq; canonis explicatio vna opera per temporum contentionẽ nectatur. Ait (itaque) Innocentius III. ordinationes, quę absolute, & sine titulo
I. fiũt, olim irritas & inanes fuisse, se tamẽ lenius agere velle, ideo iubet, clericos qui absolute ordinati sunt, ab episcopo qui ordinauit, vel eius successore tãdiu ali, & exhiberi debere quãdiu ecclesiasticũ beneficiũ cõsequãtur. Huius autem definitionis & respõsi in omnes pene partes interpretes dicũt. Primũ ante Innocẽt. cõstitutionẽ clericos si-
In c. Tuis. 1. II. ne titulo ordinari potuisse, si modo nõ egerẽt, demõstrãt ex c. Neminẽ. verb. possesionẽ. 70. di. deinde vt clericis is episcopus præberet annonas, qui sine titulo ordinauit, ante Innocẽ. etiã decretũ esse multis seculis. c. 2. & nuper ab Alexãd. c. Episcopus. de præb. addunt & post Innocẽt. has ordinationes interdũ vel ex eiusdẽ decretis esse irritas. c. Per tuas. c. Si quis ordinauit. de simonia. interdum ne clericos quidem ab episcopo ali oportere, etiam si titulo careant. capit. Postulasti. de iur. patron. capit. Clericis. 91. distinct. Denique hac atque illac tentant omnia, & multis præterea præceptionibus impediunt. Dabimus tamen operam, vt singula temporibus distincta & distributa suis sine errore vllo dijudicentur. Concilij Chal-
III. cedo-

cedonensis IV. canon VI. in capit. Neminem. 70. distinct. Act. XI.
præcepit clericorum neminem absolute ordinari. Absolute ἀπολελυμένως, id est, qui solutus vagusque sit, nulli certo muneri in Ecclesia destinatus. Eoque verbo multis post seculis vsus est Carolus magnus in suis constitutionibus. *Vt nullus* (inquit) *absolute ordinetur, sine pronunciatione & stabilitate loci ad quem ordinatur.* Quod certe non solum de presbytero, sed etiam de diacono, hypodiacono, IV.
lectore, & alijs quibuscunque in eo canone dicitur, quorum certa semper in Ecclesia munera & antea fuerunt, & nunc sunt, certusque cuique locus assignatur cui veluti astricti emancipatique sint, quæ rectè Isidorus Hispalensis ad Ludifredum edisserit. capit. Perlectis. distinction. 25. Decernit itaque canon ille neminem ordinari, εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο. *Nisi propriè*, inquit, V.
in Ecclesia ciuitatis vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronuncietur. Gratianus tamen ex veteri interprete extulit, in Ecclesia ciuitatis vel possessionis. Noto errore, & nulla vt videtur sententia, forte Vide nostra inf. nu. 30.
νόμης pro κώμης legeret, vt rectè Duarenus aduertit in Gregorianis libris, ita hic canon editus est, quod vero canon Chalcedonensis ait. *Nisi proprie in Ecclesia ciuitatis qui ordinatur pronuncietur*, Gratianus, *Nisi manifestè in Ecclesia ciuitatis mereatur ordinationis publicatæ vocabulum*, Et Carolus in prolata constitutione, *sine pronunciatione* spectat ad veterem Ecclesiæ morem, quo ab initio obseruatum esse legimus, vt nemo ad sacerdotium seu Ecclesię ministerium reciperetur prius, quam in eius more publicè esset inquisitum. Concil. Nicæn. cano. 9. & Græc. can. 6. Ael. Lampridius in Alexandro. Cum itaq; episcopi prouinciales, aut alij ad quos ius suffragij pertinebat, aliquem ordinari debere cōstituissent, eius nomē cuncto populo propo- VI.

poneba-

ponebatur, facta omnibus potestate in eum quidquid vellent obijciendi. Quod si omnis in eo populus cōsensisset, die dominico, populo etiā conuocato, presbyteris vna & episcopis præsentibus, qui inter eos princeps erat, presbyteros & populum semel atq; iterum & tertio rogabat, an is esset, quem præesse vellent, an ei pietatis religionis frugalitatis, & prudentiæ testimonium darent. Nec antea quidem ordinabatur, quam omnis populus palam annuisset.

IV. Hæc autem ita præscribit Clemens. li. Apostolica. constit. 8. cap. 4. Huius pronunciationis mentio fit in ordine Romano, episcopi quidem nomine sed per Archidiaconum ita factæ. *De titulo S. Stephani eligimus* Petrum *ad lectorem ad eumdem titulum*. Testimonium autem illud, quod à frequenti populo dari palam solitum est, non obscure declarant, illæ populi acclamationes apud B. Au-

V. gustinum epistula cx. *A populo acclamatum est trigesies sexies, Deo gratias. Christo laudes. Exaudi Christe. Augustino vita, dictum est tredecies. Te patrem, te episcopum, dictum est octies. Dignus, & iustus est, dictum est vicies. Bene meritus, bene dignus; dictum est quinquies.* Et paulo post. *Fiat, fiat, dictum quaterdecies. Olim dignus, olim meritus dictum vicies quinquies. Iudicio tuo gratias agimus, di-*

VI. *ctum tredecies. Exaudi Christe. Eradium conserua, dictum octies decies.* Neque satis fuit, si à clericis hoc testimonium daretur. *Minus tamen aliquid* (inquit idem Augustinus) *factum erat, vnde nonnulli contristantur, quia frater Seuerus credidit posse sufficere, vt successorem suum apud clericos designaret, ad populum inde non est loquutus, & erat inde aliquorum*

VII. *nonnulla tristitia.* Ex quo intelligimus fuisse populo in electionibus presbyterorum ius quoddam quod non ad suffragium auctoritatis, sed ad suffragium petitionis, & testimonij pertineret. Itaque laici homines in electionibus nihil afferre possunt præter desiderium hoc, petitio-

titionem, testimonium; & consensum. Quod tamen genus quoddã electionis non propriȩ appellari potest, & interdũ solet, χειροτονέια certe. Quo verbo nõ simplicẽ creationem intelligimus, sed eam, quæ suffragio fit & consensu populi, manuũ quadã eleuatione significato. Nam hũc plausum eo vel alio signo à populi consessu dari solitum fuisse indicant eiusdem Clementis illa verba. *Et cum tertio* "
annuerint, & dignum esse assensi fuerint, petatur ab omnibus vt "
præbeant signum assensus, & libenter præbentes audiantur. Vnde "
hanc chirotoniam in illa presbyterorum per singulas ciuitates creatione, Actor. c. 14. non male quidam etiam laicis hominibus impertiunt. In septem itẽ diaconis qui ab Apostolis primũ populo non eiecto delecti sunt. Quãquam de hoc populi in diaconis deligendis iure paulo aliter & fortasse rectius B. Chrysostomus præcipiat. Cuius sententia recitata, atque etiam recepta est, canone XVI. in Trullo. Huc itaque pertinet quod B. Cyprianus li. 1. epist. 3. scripsit, ex diuina auctoritate descendere, vt sacerdos sub omnium oculis deligatur. Et quod Leo epist. 84. cap. 6. iubet episcopum ab episcopis prouincialibus eligi, *Vo-* "
luntate, inquit, *omnium clericorum, & omnium ciuium discus-* "
sa. Hanc itaque voluntatem, quam testimonium populi Concilij Carthaginensis 3 canon. 22. appellat, assensum & conniuentiam Carthaginensis 4. canon item 22. capit. Nullus. capit. Episcopus. 24. dist. declarant eiusdem Leonis loca. ca. Nulla. 62. distinctio. cap. Vota. 63. distinctio. & si quæ præterea patrum testimonia ea distinct. & distinctio. 63. à Gratiano recitantur. Quin etiam hoc ipsum testimonium & consensionem plebis, quæ vt inquit Origenes, clamoribus sæpe, aut gratia aut pretio excitata moueri solet. capit. Si ergo. 8. quæstione 1. adhiberi paulatim desitum est. capit. Non est permittendum. distinctio. 63. Nam de vera propriaque electione nihil

IIX. IX.

nihil opinor opus est oratione. Cum ea ad populum, vel ex populi persona ad Principem, res nimirum sacra & spiritalis ad profanos spectare nullo iure potuerit. Digna sane Imperatore illa Valentiniani vox. *Hæc cum dixisset Imperator petijt Synodus, vt magis ipse decerneret sapiens & pius existens.* At ille. *Supra nos est*, inquit, *talis electio.* c. Valentianus. 63. distinct. ex vera Gregorianæ editionis lectione. Atque in eam sententiam plures extant canones sanctissimi eadem distinctione à Gratiano descripti. Quod si in Pontifi
X. cis Romani aliorumque episcoporum creatione à laicis principibus peccatum est aliquando, sæpius certe atque diutius quā par esset. Tot Imperatorum de ea re promulgatæ leges, pactæ conuentiones, & sollemnibus verbis cōcepta sacramenta demonstrant non donatum sed restitutum Pontificibus Romanis ius Pōtificum Romanorum fuisse. cap. Cum Adrianus. c. Ego Ludouicus. c. Inter nos. ca. Constitutio. c. Tibi Domino. c. Sacrorum, atque alijs. 63. dist. Itaque qui propter illud populi in diligendis episcopis testimonium & consensum ius veri suffragij in electionibus, & conferendis beneficijs ecclesiasticis pertinere ad reges contendunt, in quos translata omnis populi & in populum potestas est. In re graui argumentis sane quidem leuissimis tuentur sententiam, quæ cum multis sacrorum canonū decretis, & recta iuris ratione pugnat. Et absunt prope à simoniaco ambitu, qui vt hominū gratiam colligant, sacra beneficia fœnerantur. At inquiunt factitatum hoc sæpius, & laicis etiam militibus Abbatias & beneficia fuisse concessa. Quasi necesse sit, quæ illorum tēporum nota turpissima fuit, eam nostris etiam tēporibus
XI. inuri. Hunc itaque propter populi assensum & testimonium, eum qui ordinatus sit, palam renunciari proponiq; omnibus Chalcedonensis canon decernit. d. c. Neminē. Quo etiam canone ordinationis vocabulum non solum ini-

initiationem, ſed etiam electionem, creationem, inſtitutionemque complectitur: ita enim ordinari aliquem Epiſcopū Archidiaconum, Prępoſitū, Decanum, veteribus canonibus dictum eſſe c. 1. 2. 3. diſtinct. 60. c. Abbatem. c. Nullam. 18. q. 2 recte Duarenus animaduertit, idque vel huius canonis decreto, ex quo nemo ſollemni ritu conſecrari poterat, qui idem Eccleſiæ alicui vel monaſterio eodem tempore non addiceretur, nec eas res ſeparare licebat, quod tamen poſtea introductum eſt. cap. Tuis. inf. hoc titulo. Poſtremo decernit hic canon eum, qui abſolutè ordinatus ſit, irritata nimirum ordinatione nuſquam poſſe operari, quæ verba minus recte antiquus interpres extulit, hic autem canon multis poſt ſeculis accurate obſeruatus eſt, adeò vt locus in Eccleſia, qui poſt titulus vocatus eſt, nemini daretur, niſi ſimul ad eum locum ordinaretur, ſemel autem ordinatus transferri inde in aliam Eccleſiam non poterat, quod multis Conciliorum canonibus nominatim cautum eſt, vt Nicæni canone. 15. &. 16. Antiocheni. 21. Chalcedonenſi præterea, Sardicenſi, Carthaginenſi, Concilio ſexto, alijſque canonibus quos diligenter collegit Theodorus Balſamō nomocanonū. tit. 1. c. 26 Quod ſi quis fortè ex iuſta aliqua cauſſa vel Eccleſię neceſsitate, cū in vna Eccleſia eſſet ordinatus, in aliam transferendus eſſet, hic eumdem miniſterij ordinationiſq; gradum, quem in prima Eccleſia tenuerat, in ſecunda obtinebat, & in eadem ſecunda Eccleſia dicebatur incardinari, vel cardinalis conſtitui, quod verbū tituli ſignificationem habet, & in ea notione recte reſtitutum eſt, B Gregorio in. c Fraternitatem. 72 diſt. in. c. Paſtoralis. 7. q. 1. c. Relatio. 21. q 1. nam hoc tituli verbum ponimus in certo quodam loco, & ſede certa quæ in Eccleſia clericis attributa erat, vt munus ſuū exercerent, quo nomine prædia etiam his ad victum cultumq; aſsignabantur, quæ præ

XII.

XIII.

dia quoniam ad Ecclesiam iure patrimonij potissimè pertinebant, concedere iure feudi illi nō poterant. lib. Feudo. 1. tit 6. §. 1. titulus itaq; Ecclesia, & titulari ordinari dicitur in c. Sanctorum 71. distinct. quod caput canonem Chalcedonensem ad verbum sanxit: sumptum autem ex Synodo ea, quam habuit Placentiæ Vrbanus II. qui Pontifex ordinatus est anno CIↃ. XXCIIX. Nam ad ea vsque

XIV. tempora & postea etiam Chalcedonensem canonem liquet obseruatum fuisse, centum post annis & amplius Alexander III. in Concilio Lateranensi de illa Chalcedonensi pœna remisit: statuit enim vt ne ordinationes, quæ sine titulo & absolutè factæ essent, omnino irritarentur, sed vt ordinatum episcopus qui ordinauit, vel eius successor alere cogeretur ex præscripto c Episcopus de præbend. Verum hoc ipsum antea remissum esse, neq; irritas eas ordinationes fieri multi volunt. ex. c. 2. de præb. cuius auctor Iustinianus est, qui ante Placentinam, & Lateranensem Synodum fuit, res breuiter ita explicanda est.

XV. Primum caput illud secundum decerptum esse ex Iustiniani nouella constit. 3. neque satis fideliter, deinde eam nouellam non generalem, sed specialem legem esse de clericis Constantinopolitanis. *Præsentem vero legem specialē, ad tuam beatitudinem scribimus de numero reuerendissimorum clericorum qui in hac vrbe sunt, disponentes,* inquit Iustinianus in principio eius nouellæ. Prætcrea illa capitis. 2. verba *Sed duorum alterum eligat vel non faciat clericos, vel si fecerit, det illis vnde viuere possint.* non esse Iustiniani, sed potius, Iuliani antecessoris. C. P. in eius nouellæ epitome. c. 3. Quin Iustinianus cum clericorum ordinationem sine annonarum præbitione fieri. d. c. 2. prohibuisset illis verbis. *Non enim illud patimur omnino fieri, quod aiunt, vt liceat ordinare quidem, non tamen alimonias præbere* Quæ verba sunt in d. cap. 2. de præbend. Subijcit mox pœnas. *Et hoc igitur*

Auc. vt determinatus. collat. 1. tit. 3. §. illud.

agi

agi penitus etiam sub mulcta quæ vocatur ecclesiastica, prohibemus. Ecclesiastica mulcta, quæ canonica damnatio eadẽ Synodo Chalcedon. dicitur cano. 11. v. & nouel. 5. in clericis καθαίρεσις est, quod & à Iacobo Cuiacio obseruatum est, vt de Chalcedonensi canone nihil plane mutarit. Denique in ea nouella non agitur de his ordinationibus quæ absolutè, & sine titulo fiunt. Sed Iustinianus prohibet ne in titulo cuiusuis. C. Politanæ ecclesiæ aliquis ordinetur supra numerum ab ecclesiarum fundatoribus institutum, ne si ea clericorum allectio fiat, sumptibus Ecclesiæ nequeant sufficere, quod si aliquis supra numerum allectus sit, & de Ecclesiæ redditibus ab œconomo illi annonæ collatæ, quidquid ita expensum sit, de œconomi facientis, & permittentis Patriarchæ propria substantia Ecclesiæ seruari, itaque eius nouellæ species de his est, qui vulgo supernumerarij appellantur, & decreta pœna longe alia. Itaque Alexander tertius non quidem ordinari quemquam absolutè permisit, sed si ordinatus presbyter vel diaconus sine titulo esset, ali eum ab episcopo oportere, non irritam esse ordinationem, decreuit, hoc est, Chalcedonensis canonis pœnam non persequutus est. Innocentius autem Chalcedonensis canonis, ad quem eius verba spectant, seueritatem minuere se professus est, statuitq; nominatim sine titulo eũ etiam ordinari posse, cui patrimoniũ ad victũ & cultũ suppeditaret, hoc. c. Cũ secundũ, &. c. Tuis. inf. quæq; postea exstãt decreta Bonifacij VIII. Cõcil. Tridẽt. Pij. v. Innocentianas cõstitutiones non tã dissoluunt, quã astringũt & explicãt. Hæc itaq; summa Innocẽtij. *Clerico qui sine titulo, vel iusto patrimonio ordinatus sit ab episcopo vel eius successore, quæ ad vsum vitæ necessaria sunt, præberi oportere.* Attingamus singula. Alexander tertius in. capit. Episcopus, de presbytero & diacono tantum expresit, Innocentius hoc capite de Hy-

XVI. d. c. Episcopus. De præbend. XVII.

podiacono. Sed, ca. Tuis. 1. &. ca. Neminem. 70. distinctione, ad clericos etiam inferioris ordinis pertinent, ergo non solum sacros clericos, sed etiam inferioris ordinis, si sine titulo, aut iusto censu ordinati sint, ali ab episcopo debere, Bernardi, Abbatis, Cardinalis, Imolæ, aliorumque in. cap. 2. supra sententia est. Sed moribus receptum est, vt hi solum ab episcopo alantur, qui sacri ordinis sunt, placuit Tridentinæ Synodo, nam eius sess. 21 decret. de refor. canon secundus de sacris tantum ordinibus scribitur. Bernardi aliorumque sententia recte defenditur, in clerico inferiorum ordinum, qui cum sine titulo, & patrimonio ordinatus est, in Ecclesia tamen ex præscripto eiusdem Concilij sess. 23. c. 16. munus suum obire vult. Sequitur mox. *Qui sine titulo.* Explicuimus quid titulus esset. Et generaliter tituli nomine intelligimus beneficium, cum animorum cura coniunctum, siue simplex atque nudum, quin etiam manat latius tituli vocabulum, quam ipsum beneficium: accidit enim sæpe, vt in vnius Ecclesiæ titulo quis ordinetur, qui tamen eiusdem Ecclesiæ beneficium non possideat. Vt si Ecclesiæ rector aliquem sibi socium & participem in titulo suo nominet, cuius vicaria opera munia sua obeat, & qui cum partiatur curas, nã ex hac nominatione seu præsentatione hic nominatus ab episcopo ordinabitur in eo titulo, cuius tituli beneficium ad vnum Rectorem pertinet, hoc autem episcopus, nisi ordinatum postea suis sumptibus alere velit ex huius nostri capitis præscripto, ita faciet, si beneficij prouentus vtriusq; sumptibus sufficiant, nam huius ordinationis nominationisque ea res est, vt huic intitulato alimenta ex eo beneficio etiam à successore debeantur. cap. Postulasti. 30. de iure patronatus. vbi Andreas, Abbas, Hostiensis & Felinus in. c. Per tuas. iij. num. 30. de simonia. Quasi annuum esset beneficio impositum, quod episcopo interdum licere

Caieta. de simonia. 1. q.

XIIX.

XIX.

XX.

dd. etiam. in. c. Cõquerente. de cleric. non residentib. & in. c. Quãto. 24. dist.

præce-

præcepit rectè Gigas. Ceterum si rector decesserit huic q.6 n.3.
intitulato nulla actio ius ve erit ad vacantem præfecturã. XXI.
Illud difficiliorem tractatum habet, si Ecclesia patroni lai Archid. Card.
ci sit, in qua specie ita statuendũ est. Si patronus huius or- Alex.d.c. Quan
dinati nominationi non consenserit, eum ipse nominare do.24 dist. Abb.
& episcopo offerre nusquam certe cogitur. Si vero con- d. c. Postulasti.
senserit, placet eum cogi, quæ sententia Bernardi, Hostiẽ- nu.5. de iure pa-
sis, I. Andreæ aliorumque interpretum etiam nostra His- tron. Lamberti-
panorum lege XIV. tit. XV. p. I. probata est, & quidem est nus de iure pa-
vera, nam quæ illorum verborum apud Innocentium alia tronatus. lib. 3.
sententia est? *Ad quod breuiter respond. quod per intitulatio-* q.5 ar.6 n.15.
nem huiusmodi nullum patroni præiudicium generatur quin pos- XXII.
sint ad illas Ecclesias alios cum vacauerint præsentare, nisi de patro-
norum præcessisset assensu. Hæc verba palam eam senten- XXIII.
tiam habent, si patronus huius adlecti ordinationi con- c. Postulasti
senserit, hanc consensionem eidem in nominatione seu de iure pa-
præsentatione deinceps nocituram, nam in qua re alia no- tronat.
ceret? aiunt in alimentis, de quibus nec verbum Innocẽ-
tij, sed quis pudor est è media Innocentij periodo quasi ex
loquentis ore verba excutere, atque inuiti orationem ad
aliena forisque petita detorquere? tolerabilius esset vel il-
lius capitis verba omnia interpolare, aut certe non magis
perniciosum, iam vero illud ipsum quòd afferunt, non sa-
tis iuri conuenienter dicitur, nam inuito laico patrono,
ad quem ecclesiastici prouentus nullo iure pertinent, po-
test Ecclesiæ rector alium in titulo Ecclesiæ suæ nomina-
re, Lambertinus accurate, quoniã eius nihil interest, quæ Vbi sup. nu. 8. &
cognitio valet in ea specie, cum Pontifex beneficio patro- 11.
ni laici eo inconsulto annuum imponit. At vrgent, ergo XXIV.
patronus ius alteri in eius beneficium quæreret, qui su- Gigas. q.23.
perstes est, quod etiam accurate eo loco Lambertinus di-
luit, in cuius sententia etiam volentem discedere illud In-
nocentij responsum retineret. Verum enimuero videndũ

XXV. est in hac quasi societate & communicatione tituli, ne quid simulate aut fallaciter fiat, si Ecclesiæ rector, alium, vt presbyter vel diaconus consecretur, titulo suo participet, ea tamen lege ne quam fructuum partem victui caussa ab eo exigat, irrita ordinatio est. cap. Per tuas. 37. de simonia. Si vero episcopus, aut etiam ei qui nominandi

XXVI. ius habet, hoc in ordinatione vel nominatione paciscantur, non solum irrita ordinatio erit, sed etiam ius ordinationis aut nominationis illi ad triennium amittent. c. Si quis ordinauerit. 45. de simonia. nam pactiones illę & cōditiones turpes per se & ambitus simoniaci plenæ in hanc fraudē paciscentes impellunt. Hæc de titulo, nunc videa-

XXVII. mus de patrimonio. Interpretes iuris plane omnes arbitrantur iam inde à priscis temporibus, & ipso illo Chalcedonensi canone statutum esse, vt clerici sine titulo, si lautum patrimonium haberent, ordinarentur: mouentur

c. 1. distin. 70. eius canonis sexti illis verbis. *Siue possessionis*. Ita Bernardus, Præpositus, Archidiaconus, Turrecremata & reliqui illum canonem interpretantur, à quorum errore non difficile opinor erit quemquam auertere, antea quidem admonuimus in omnibus Conciliorum libris legi. *Nisi manifestè in Ecclesia ciuitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio qui ordinatur, pronuncietur*. Quæ le-

XXIIX. ctio seipsa tuetur, nam verbum, *possessionis*, in alienum locum irrepsisse nemo non videat. Hæc autem verba ab interpretum explicatione quam longissime absunt. Deinde vt pristina lectio retineretur, quod nollem cuiquam probari, vix exstaret aliquis eorū verborum sensus si tamen aliquis, is certè, neminem ordinari nisi in Ecclesia ciuitatis, vel Ecclesia possessionis, nam vocem, Ecclesia iterandam esse negabit certe nemo, qui primis saltem literis tinctus sit, tum vero Ecclesiam possessionis interpreta

XXIX. rer, quæ nō in ciuitate aliqua sita sit, sed inter agros & pos-

sessiones

ſeſsiones extra ciuitatem, nam poſſeſsiones agri quidem ſunt, auctore Feſto late patentes publici, priuatique, qui non mancipatione ſed vſu teneantur, quo pertinet. l. quæſtio. 115. D. de verb. ſignifi. l. Cotem. 11. §. agri. D. de public. & vectigalib. ita eiuſdem Chalcedonenſis canon. 4. ciuitates & poſſeſsiones coniunxit. *Qui vere pureque ſolitariam vitam eligunt, digni ſunt conuenienti honore, eos vero qui per ciuitates ſingulas ſeu poſſeſsiones in monaſterijs ſunt.* c. Qui vere. 16. quæſt. 1. quamquam eum locum mendo non vacare mihi perſuaſum ſit, itaque errore ſimile arbitri νομαν pro χώραν ſubditum hinc interpretem *poſſeſsiones* extuliſſe, cum ſane deberet loca, vt mirer hoc auctores Græcæ editionis præterijſſe, præſertim qui in eo canone verſati ſint. Sed hæc mihi tunc viſa ſunt, cum illos canones auditoribus meis explanaui, poſtea verò re lentius accuratiuſque perpenſa mea mihi & Francisc. Duareni ſententia longe diſplicet, placet potius in vtroque canone quarto & ſexto Synodi Chalcedonenſis veterem ſcripturam retineri poſſe, & vocem, poſſeſsionis & ſuis ſedibus eijci temerè exturbarique veto, modo eo ſenſu accipiatur, quam ipſe paulò ante expoſui. Moueor Arcadij & Honorij conſtitutione ea, quæ ad Eutychianum ſcripta eſt aliquot ante Conciliũ Chalcedon. annis. *Eccleſijs*, inquiunt, *quæ in poſſeſsionibus, vt adſolet, diuerſorum, vicis etiam, vel quibuſlibet locis ſunt conſtitutæ, clerici non ex alia poſſeſsione vel vico, ſed ex eo vbi Eccleſiam eſſe conſtiterit, eatenus ordinetur, vt propriæ capitationis onus, ac ſarcinam recognoſcant & reliqua.* l. 33. titul. 2. libro 16. C. Theodoſiani coniunxit, poſſeſsiones, vicos, loca, vt hinc conſtet, χώραν in quarto canone, κώμης in ſexto, in vtroque, νόμην, & νόμης recte legi poſſe. Cui ſententiæ ſatis conſentaneum eſt, quod fundatores appellantur, qui exſtruendis Eccleſijs fundos poſſeſsioneſque ſuas dicabant, pro poſſeſ- XXX.

sione proprietatem eadem certe significatione, in Concilio Vuormaciensi legimus. Quicumq; voluerit in sua proprietate Ecclesiam ædificare, & reliqua. c. Quicumque. 16. q. 1. sed neque hic sensus, neque ille, nec alius, si forte alius eius canonis excogitari potest, ad interpretum explicationem pertinet, nec certè par fuit hoc genus ordinationis ex eo canone introducere, qui vnus grauissime sanxit neminem ordinari absolute, quique Ecclesiæ vel monasterij
XXXI. certo alicui loco & muneri non esset addictus. Quod si placeat rem totam ad historiæ fidem atque rationem reuocari, satis antea demonstratum est, non solum sub Chalcedonensi Synodo, sed etiam sub B. Gregorio, sub Iustiniano, longo etiam post sæculorum interuallo ad Placentinam vsque Synodum obseruatum esse, vt nemo nisi in Ecclesia certa ordinaretur. *Sanctorum*, inquit, *canonum statutis consona sanctione decernimus vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuo perseueret*. Quæ certe ita sunt, vt nisi in media luce hallucinentur, vel vno verbo admoniti desistant ab ea sententia quam tam multis scriptis plerique iuris
XXXII. doctores tuentur. Alexander itaque III. tacite primum, palàm & nominatim Innocentius post statuit, vt clerici sine titulo, si ex proprij patrimonij subsidijs sustentari possent, ordinarentur. d. capit. Episcopus. capit. Tuis. hoc titul. eius tamen patrimonij alienatio ab Innocentio prohibita non est. Bernard. Anton. Abb. Imol. d. cap. Tuis. de quo non ita paulò post in Tridentino canone videbimus. Explicemus reliqua. Ordinatum itaque sine titulo & patrimonio ali ab episcopo Innocentius de-
XXXIII. cernit, ali, nisi ex proprijs ipse bonis tueri se posit. d. ca. Episcopus, & donec beneficium ecclesiasticum consequatur: at quid opus est clericum ab alio ali, qui artificio victum posit quærere. cap. Clericus. 91. distinction.

d. c. Sanctorum. di. 70.

Gigas de pens. q. 87.

illc

ille canon Chalcedonēsis prior est,& cōfectus ex varijs ca
pitibus Carthaginensis.IV. pertinet autē etiam ad eos cle-
ricos,qui in Ecclesia vel titulo ordinati sunt, cuius prouē-
tus tenuiores quotidianis sumptibus non suppetunt.Itaq; XXXIV.
nihil ad nostra,ali autē clericū oportet ab eo episcopo qui
ordinauit.hoc c.Et.c.Accepimus.de æt. & qualit. vel cu-
ius formatis & cōmendatitijs literis ordinatus est,nam ad
proprij episcopi officiū hoc pertinere declarat Bonifacij
constitutio c.Si Episcopus.37.de præb.lib.6.si vero is epis-
copus decesserit,qui ordinauit,hoc onus quasi ipsi cathe-
drę & Ecclesiæ inhęrens successor agnoscet.d.ca.Accepi-
mus.Nā episcopi hæredes eo nomine conueniri non pos
se receptius est,neq; à Bernardo Cardinali,Hostiensi, An-
tonio,Imola & reliquis recte Pan.dissentit.Videamus nūc XXXV.
de monachis,alijsque professionibus & fratrum sodalitijs
quorū vita,nuncupatis obstricta votis & regula & pręscri
pto certo religiose colitur.Abb.Hostiensis,Cardinalis, &
plerique alij opinantur monachos nominatim Chalcedo
nensi canone excipi.Itaq; absolute potuisse ordinari,mo
uētur eius canonis illis verbis.*Aut in monasterio.* Archidia
cono,Præposito, Turrecrematæ & reliquis ea explicatio
placet. Monachorū ordinatio an absolute fieri potuerit,
dubitationē habet.Illud certe dubitationē nō habet,eum
canonē monachos non excepisse, neq; adeo ad illos per-
tinere.

Abb. Hostiens. in c. Super inordinata. inf.eod. Cardinal. q.12. in Clem.2.de iudic.Selua de benef. 1.p.q.2.nu. 40. Rebuf. in praxi.tit.regularia beneficia. num.6.

Explicanda paulo altius sed breuiter res est, nam tē
porum ignoratione sæpius auctores nostri peccant. Qui XXXVI.
nunc monachi dicūtur,monachi etiā olim vel Dionysio
Areopagita teste dicti aliquando sunt,interdum Ascetæ,
genus hominū à reliquorum communione & societate
segregatum;qui iā inde à priscis Ecclesiæ institutæ tēpori-
bus,dū virtutū se comitatu sepire studebāt,discedebāt pri
mū in deserta & derelicta loca; deinde duriter subducto
cibo,& in omni rerū asperitate corpus exercebant.Vnde

XXXVII. Iustini. nouel. 5. & illa prius & alia postea nomina inuenerũt. Vt Eremitæ, Anachoretæ, Hesicastæ, Chaumeti. Institutum vitæ præstans & admirabile, vel ipsa, in qua potissimũ cernitur, rerum humanarũ contentione, & despiciẽtia earum suauitatũ, quibus voluptariorũ grex misere famulatur. Vt monachos, quasi cælestium vitam in terris degerent, merito prisca ætas suspexerit. Quod satis Athanasij epistulæ, & Basilij ascetica, atque alia testimonia indicant, quæ Simeon Logothetes in suo chronico cum de monachorum agit origine profert.

XXXIIX. Constat autem monachos, cum primum instituti sunt, labori assiduo, & his operis, quæ in artificio aliquo positę sunt, sibi ea parasse quę ad victum & cultum necessaria erant. Quod certe ex S. Pachomio Chrysostomo, Augustino, alijsque veteribus facile cognoscitur. Vnde etiam & multo post Iustinianus hanc in his artibus sollertiam, & quod postea introductum est, sacrarũ literarũ ab eis cognitionẽ postulat, neque ab eo multũ recedit Pelagius ca. De præsentiũ. 16. q. 1. Sed hæc inquã postea, nam primũ monachi non tã docentis quã plangẽtis munere, vt

XXXIX. inquit Hieronymus fungebãtur. Nulli inter illos sacerdotes erant, nulli clerici, quinimo post cantores, lectores, & alios infimi ordinis Ecclesiæ ministros collocati fuerunt. Dionysius in ea epist. quã ad Demophilũ scribit ait, monachos propter Ecclesiæ ianuas sedere. Nõ, inquit, *vt eas custodiãt, sed vt ordo cõseruetur, & vt se ipsi agnoscãt, quippe qui propinquiores sunt populo quã clerici. Alia*, inquit, Hieronymus ad Heliodorũ, *caussa est monachorũ, alia clericorũ, clerici pascũt oues, ego pascor*. Et paulo post. *Mihi ante presbyterũ sedere non licet, illi si peccauero licet me tradere Satanæ in interitum carnis*. Idem etiã in cõmentarijs ad Isaiã negat monachis quidquã agere licere sine presbyterorũ consilio. c. Alia caussa. c. Ecclesia. 16. q. 1. Synodus etiã Chalcedonẽsis quæ B. Hieronymo posterior est, cũ alijs in locis sæpe, tũ canone 4. in pœnarũ

san-

sanctione manifesto à clericis monachos segregat, eosq; laicis annectit. *Qui autem*, inquit, *huiusmodi dispositionem quolibet modo subuertere ausi fuerint, si quidẽ clerici fuerint, canonicæ damnationi subiaceant, si autem monachi vel laici sunt, à communione suspendãtur*. c. Quidã. § Clerici. 18 q. 3. Iustinianus vero post Synodum Chalcedonensem, prope octoginta annis lata lege, monachorũ ita meminit, vt eos clericos nõ esse haud obscure significaret. *Generaliter*, inquit, *sancimus omnes viros reuerendissimos episcopos, nec non presbyteros, siue diaconos, & subdiaconos, & præcipue monachos, licet non sint clerici. &c*. l. Generaliter. C. de sanct. episcop. vt recte quidem Gratianus monachos vsque ad Eusebij, Zosini, & Siricij tempora, simpliciter monachos fuisse non clericos ex ecclesiastica historia tradat. cap. Hinc est. § Monachos. 16. q. 1. nisi forte & Gratianus credidit illorum Pontificum permissu introductum esse, vt monachi absolute ordinarentur. Sed mox videbimus, quid Gratiano imposuerit. Nunc de I. Cassiano, qui ipse natione Scytha, & eremita, & D Hieronymi prope æqualis fuit, si Prospero, Gennadio, & Cassiodoro credimus. Ex eius autem libris, qui de institutis cœnobiorum sunt, eius ætatis monachos sacris initiatos missas peregisse non obscure effici videtur, vt libr. 2. capit. 7. *In hac*, inquit, *regione necdum bene finito, Psalmo in Orationem procumbere festinamus ad celeritatem, Missæ quantocyus festinantes*. & libro 3. capit. 8. *quod nos, quoque cum omni obseruatione custodire conueniet, vt scilicet contenti somno, qui nobis post vigiliarum Missam vsque ad lucis indulgetur aduentum, id est vsque ad Matutinos Psalmos*. Ceterum facile hoc diluitur, si intelligamus apud Cassianum, Victorem, Smaragdum, Isidorum Missas monachorum pro quacumque Synaxi, vel congregatione accipi, quam monachi publice psallendi caussa faciebant: nimirum Tertia, Sexta, Nona & alijs, XL.

siue

ſiue noctu hoc fieret, ſiue interdiu. Id quod ex prolatis locis intelligitur. & lib. 3. c. 11. *Verum ne hoc quidem ignorandum die Dominica vnam tantummodo Miſſam ante prandium celebrari. In qua Pſalmorum, atque Orationum, ſeu Lectionum, pro ipſius collectæ, vel communionis Dominicæ reuerētia, ſollemnius aliquid ac propenſius impendentes, in ipſa Tertiam, Sextamque pariter conſummatam putant.* Et cap. 5. *Quod Aegyptij ne incurrant, equidem cum ſoleant certis temporibus etiam ante gallorum cantum conſurgere, Miſſa canonica celebrata, vſque ad lucem poſt hæc vigilias extendunt.* Ita Miſſa nocturna, & Miſſa Orationum. cap. 13. & cap. 15 lib. 2. Smaragdus. *Orationes*, inquit, *id eſt collectæ, quæ in fine curſus à ſacerdote dicuntur, Miſſæ id eſt Deo tranſmiſſæ vocantur.* Iſidorus Hiſpalenſis in regula Monachorum. cap. 6. paulo aliter Miſſas Pſalmorum, Cāticorum, & Matutinorum officiorum vſurpat. Quin etiam Miſſam pro fine Synaxeos Caſsianus accepiſſe videtur. lib. 3. ca. 7. quod & apud S. Benedictum in regula c. 17. & cap. 9. recte obſeruatum eſt. &c. Iam vero Eunapius Sardianus cum de Monachis ageret, *μάρτυρες*, inquit, *γοῦν ἐκαλοῦντο, καὶ διάκονοι τινὲς καὶ πρέσβεις τῶν αἰτήσεων παρὰ τῶν θεῶν.* Id eſt. *In his nonnulli Martyres, diaconi alij, & legati arbitriq; precum petitionumque apud deos nominabantur.* Sed ethnico Sophiſtæ & Chriſtianæ fidei atque veritatis importuniſſimo hoſti, qui forte pro clericis Monachos accepit, & illorum munera atque functiones temere confundit quid attinet reſpondere. Præſertim illo loco, quo Serapidis incēſo fano ipſe incenſus atque exagitatus cum rei geſtæ fidē vaniſsimis commētis adulteraſſet, deinde Monachos, qui ſacerdotum numero ſuffecti ſunt, maledictis ex omni populi conuitio arreptis non tam aſpere, & ferociter, quam impudenter & opere declamatorio vexat. Quæ in caſtiſsimum vitæ genus coniecta non aliter atque ſi ignis in aquam cōiectus ſit, continuo ſpōteque ſua reſtinguūtur.

Igi-

Igitur vt monachi nullis erãt sacris initiati, sed aut laici, aut similes certe & propinqui laicis, sic monasteria & ædes, in quibus commorabantur, vt plurimum non sacra nec dedicata erant, nec in eis sacra liturgia fiebat, & eius generis ædes distrahi alienarique Iustinianus permittit, qui idẽ præcipit nouella.132. monachos ad communem omniũ ædem sacram sacramentorũ percipiendorum caussa vna cunctos cum Abbate & primoribus monachis adire. Si vero dedicata monasteria erant, qualia fuere antea perpauca, deinceps vero pene omnia, & intra ipsum monasterium posita consecrataque Ecclesia, sacerdos aliquis è clericorũ corpore accersitus in ea Ecclesia ordinabatur, qui monachis missarum sollemnia celebraret. Ita Epiphanius in epistola ad Ioannem Hierosolymitanum, ea quę Latine à B. Hieronymo reddita est, ordinasse se ait poscentibus monachis, presbyterũ qui eis Domini sacramenta cõficeret. Refert etiã B. Hieronymus monachos Scythiæ conuenisse in vnum, vt sacerdotem sibi inuenirent, qui eis Missarum sollemnia celebraret. Ecclesia itaque in monasterio dedicata iustus titulus ordinationi vnius vel plurium clericorum, non monachos eo tempore fuit, vt Ecclesię reliquę, & martyria & hunc arbitrãtur Chalcedonensis canonis sensum in d. capit. Neminem. ex eoque nihil prorsus effici, quod ad absolutam monachorum ordinationem pertineat. Deniq; huius rei argumento satis esse potest, eiusdem Chalcedonensis Synodi canon 4. & canon 8. quo canone hoc nominatim exprimitur, vt amplius cadere in deliberationẽ nõ possit. Eius canonis illa verba sunt. *Clerici in ptochijs & in monasterijs, aut martyrijs constituti sub potestate sint eius, qui in ea est ciuitate episcopus secundum traditionem sanctorum patrum.* Ex alia vero versione. *Clerici qui pauperũ dispositioni, vel monasteriorum vel martyriorum præsunt, sub potestate singulorum ciuitatum episcoporum secundum canonum*

XLI.

d. nouel. 133.

Abb. in c. Dilectus. de capell. monachor.

XLII.

Ex nouell 5. & 122.

Epist. 60.

XLIII.

XLIV.

nonum traditionem perdurent. Vtramq; ex Iuone & Polycarpi auctore Gratianus descripsit in c. Quidam monachorũ. §. Clerici. 1. & §. Clerici. 2. 18. q. 2. Hæc de Chalcedonẽsi
XLV. canone, nunc ad propositam quæstionẽ. Monachi igitur, cum in monastici vita institutoque perstabant, clerici ordinari nulli poterant. Ceterum & monasterijs ceu ex virtutis religionisque disciplina optimum & innocentissimum quemque in clericorum ordinem adlegi licuisse iã pridem & ante ipsam Synodum Chalcedonẽsem è Siricij decretis cognoscimus ex cõstitutione etiã Arcadij & Ho
XLVI. norij ad Cæsarium. c. Monachos. 16. q. 1. Imperatorũ vero constitutionem, cuius vix aut ne vix quidẽ sensus aliquis constat propter mẽdosę dispunctionis vitiũ, ita legẽdam esse arbitror. *Si quos forte episcopi deesse sibi clericos arbitrantur, ex monachorum munere rectius ordinabunt. Non obnoxios publicis priuatisque rationibus cum inuidia teneant, sed habeant iam priuatos*. In excussis libris ita hic locus dispungitur, vt post, *Ordinabunt*, nulla subdistinctio sit. Sed vno ambitu legatur vsque ad verbũ, rationibus. *Ex monachorum numero rectius ordinabunt non obnoxios publicis priuatisque rationibus*. Cum
XLVII. *inuidia, &c*. Peruerso sensu, quam vero inuidiosum fuerit, clericos è cohortali vel curiali fortuna adlegi, facile is intelligit qui Constantini constitutiones ad Bassum, & Ablabium legerit eodem tit. de episcop. & clericis. tertiam & sextam in C. Theodosian. Clericos certe curiæ restitui Iustinianus nouella. 123. præcepit, monachos vero non restitui post triennium si quidem cœnobitæ sunt id est in vna eademque domo institutis legibusque communibus vna versentur. Nam hesichastas, aut eremitas qui captant solitudines ac secreta ex Valentis & Valent. constitutione perpetuo curia reuocat. l. Quidam ignauiæ. C. de decurionib. libro x. Igitur ne in eam fraudem incidant, episcopis adhibendum esse cautionem Impp. volũt,

ne

ne monachos publicis priuatisque rationibus obnoxios inuidiose in clericatu retineant, sed eos, quorum vitam, fortunam conditionem antea probauerint. Publicis quoque rationibus obnoxios esse intelligimus, & fortasse rectius qui residuorū nomine, nimirū pecuniæ alicuius, quę apud eos ex publica administratione resedit, tenentur. Ità ciuitatis rationes A. Augustinus ex Budæo atque alijs ad Modestinū interpretatur, neq; solum publicis sed etiā priuatis rationibus obnoxios, qui reliquatores dicūtur, ordinari clericos nō posse indicat titulus de obligatis ad ratiocinia quod & ad monachos productū esse ex Basilij asceticis cognoscimus. Monachos itaque clericos ordinari potuisse de Abbatis sui assensu Hieronymi ad Rusticū, Augustini ad Eudoxium, & Aurelium, & plura alia loca demonstrāt. c. Sic viue. c. Si clericatus. c. Vos autē. c. Legi epistulā. 16. q. 1. Non tamen quod male nostri interpretes putant, vt in monasterijs suis permanerent, ordinabantur absolute, & libere. Sed certis sedibus & loco addicti in Ecclesia aliqua parochia, ptochijs aut titulis alijs, vt reliqui clerici omnes, indicat Agathensis Synodus ante Chalcedonensem sub Xisto III. habita. *Monachi*, inquit, *vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium abbas suus dederit, neque in ciuitatibus neque in parochijs ordinentur.* c. Monachi. 16. q. 1. post Chalcedonensem vero Gelasius. *Si quis*, inquit, *monachus, sacerdotio dignus videatur, ab episcopo debet eligi, & in loco, quo iudicauerit ordinari, omnia quæ ad sacerdotis officium pertinent vel populi, vel episcopi electione prouide acturus.* capit. Si quis monachus fuerit. 28. Idem etiam Gelasius Ruffinum quendam monachum in basilica S. Laurentij ordinat. c. In parochia tua B. etiam Gregorius. *Si monachus*, inquit, *Sacerdotio dignus episcopo videatur, in loco quo iudicauerit eligi poterit, & ordinari.* cap. Si quem à clericatu. 16. q. 1. Fiebat itaque vt monachi à suis monasterijs dimissi, cum cle-

XLIIX.

XLIX.

c. Si cupis. 16. q. 1.

clerici ordinabantur, eo quasi militiæ sacramento absol-
c.Lege.16.q.1. uerentur, quo prius obligati erant. Vel quia præstātior cle
ricatus dignitas hoc exigeret, vel quia Ecclesijs procuran-
dis mancipati monasticæ vitæ obire munia nō poterant,
quod sæpe Gregorius admonet. c. Nemo. c. Ne pro cuius-
que. c Presbyteros. 16 q. 1. A suis autem monasterijs segre-
gati monachi, & quasi eo iure amisso, in Ecclesijs, quibus
præficiebantur cum annonas quascumque ex decimis pri
mitijs oblationibus, & prouentus alios percipiebant, tum
omnia sacerdotalis officij munera in sacramentorum fun
ctione exequebantur Innocentius, & Gregorius. c Si mo
LI. nachus. c. Moderamine. cap. Ex auctoritate. 16. q. 1. Nam. c.
Doctos, quod Ambrosio tribuitur, nec in eius scriptis ex-
stat, & posterioris ętatis auctorē dictio illius canonis coar
LII. guit. Atque etiā monachi facti clerici se in nuptias conij-
cere aliquando sunt ausi, quasi prioris militię vinculo om
nino laxati. Quod tamen in omnibus monachis, etiam si
eius gradus atque ordinis clerici essent, vt possent matri-
monium contrahere, seuerissime Iustinianus prohibuit,
Nouella 5. & 122. Idque receptum esse ex ecclesiastica hi-
storia & Iustino martyre liquet. Hactenus enim mona-
chos in clericorum ordinem admissos priori vinculo ex-
pediri ius fuit, vt tamen ductis vxoribus castissimum vitæ
genus non dedecorarent, & huc forte spectat Innocentij
ad Victriciū epist. c. De monachis. 16 q. 1. Quamquam eū
alij canonem ad monasticum habitum, & aliarum rerum
obseruationem producant, quarum executio ministeriū
Ecclesiæ non impediat. Hæc de Ecclesijs seu parochijs in
LIII. quibus monachi ordinabantur, nunc de monasterijs. Mo
l. 7. C. de S. S. episcop. nachi tametsi cœnobitæ, & Synoditæ appellati aliquan-
do sint, quod eiusdem domus, & vitæ societate copula-
rentur, tamen quod illorum nomen indicat, & Hiero-
c. Si cupis. 16. q. 1. nymus ad Paulinum scribit, ab vrbium celebritate ab ipsis
mona-

monasterijs recedere sæpius soliti sunt, & in locis desertis & derelictis, latibulis seu quibusdā cellulis se abdere. Atq; etiam hi solitarij monachi Imperatoribus iniquis vsi, nō sponte, sed lata lege aliquando à populi conspectu in solitudinem sunt amandati, quod multis Rufinus apud Eusebium queritur. Sed ante biennium expletum ab eisdē Valentiniano & Theodosio abrogata est, & in ciuitatē, quæ illis interdicta fuit, rursus reditus confectus. l. 1. & l 2. de monach. C. Theo. Synodus vero Agathensis quæ postea habita est, & ante Chalcedonēsem, statuit ne temere monachis in solitarias illas cellulas seu lauras secedere liceret, sed caussa cognita quibusdā tantū & ex eius canonis præscripto c. Monachū. §. Seruandū. 20. q. 4. c. Cellulas. 18. q. 2. Deniq; centū atque adeo pluribus post annis Iustinianus editis nouellis cōstitutionibus v. CXXII. CXXXIII. Monachos in latibulis illis atq; cellulis dispersos ad hominū cœtus & vrbes iterum reuocauit, & in vnū cōgregatos varijs sepsit, vt vna monachis domus, cœnatio, cubiculum ex multis tamen cubilibus seu exedris constructum. Deinde statuit monasteria omnia de episcopi auctoritate & sententia exstrui, ab eodem etiam dedicari omnia, aut in omnibus Ecclesias seu basilicas, in eas autem basilicas seu monasteria, ex his monachis, qui antea clerici in alijs titulis vel parochijs ordinati erāt, quatuor aut quinq; spectatissimos viros accersiri, qui sacras missas peragerēt lectis sacris literis & tradita sacra & ineffabili cōmunione vt ipse Iustinianus(*a*) nouel. 5. de monasterijs scripsit, de ascceterijs fœminarum nouel. 122. (*b*) Opinor autem ab illis verbis, τωντε θειων ἀναγινωσκομένων γραφῶν, id est diuinis scriptis recitatis non multum abesse quod nouella. 133. dicitur, καὶ τα ἐκ των θείων διαλέξονται γραφῶν, id est, *Diuina scripta edisserēt*. Nisi illa sermocinatio nostris erat concionibus adsimilis. Vt eius nouellæ verba ad sacram

LIV.

LV.

LVI.

Agathensis & Chalcedonens. cōc. c. De monachis. c. Quidam monachorū. 18. q. 3.

(*a*) Auc. de non alenād. colla 2. tit. 1. §. Quia vero.

(*b*) Auc. de sanctiss. ep. coll. 9. tit. 6. §. In omnibus autem. Auc. Quomodo opor. ti. 16. coll. 9 §. Deinde vel si.

etiam liturgiam ſpectare videātur. Itaque hi ex monachis clerici, qui in monaſterijs ordinabantur, ſacras præterea ædes aſſeruabant, & iuuentutem inſolentius exultantem intra officij rationiſque gyrum cōtinebant, neque ſolum in virorum monaſterijs, ſed etiam in aſceterijs fœminarū ordinabantur. Non itaque omnes paſsim monachi, & abſolute ordinabātur, ſed ex monachis, qui clerici facti erāt, quidam tantum, & in monaſteriorum dedicatis eccleſijs. In quibus certe monaſterijs ſub Iuſtiniano primum ſacra tantum liturgia monachorum cauſſa fiebat, poſtea vero ſacramentorum functiones, & reliqua ſacerdotis munera ſuſcipi paulatim cœptum eſt, nec monachorum
LIIX. cauſſa modo ſed etiam totius populi. Non tamē ſine magna monachorum inuidia & totius cleri motu, quem Gregorius vt ſedaret; illud intra monaſterium tantum à monachis obiri munus permiſit. capit. Agapitus. cui etiam conſentit, quod ex Concilio Bonifacij eius, qui quartus poſt B. Gregorium fuit, profertur. c. Sunt nonnulli. 16. q. 1. Non autem intra monaſterium ſolum, ſed etiam mona-
LIX. chorū ſolū cauſſa monachis hoc permittitur. c. 1. 16. q. 1. Cu-
§. His ita. ius tamē nec auctorē nec tēpora ſcimus. Nā quod Gratian⁹ in c. Qui vere. illud Nicęnę Synodo attribuit id ex Nicęna Synodo nec prima nec ſecūda, quas nūc certe habemus confirmatur. Male vero in hāc ſententiā quidam ex eadē
LX. cauſſa. 16. q. 1 proferunt. c. Si monachus. ca. Moderamine. c. Ex auctoritate. in quibus capitibus Innocentius & Gregorius non de his monachis agunt, qui monaſterijs præficiebantur, qui noſter tractatus eſt, ſed de his, qui in Eccleſijs alijs ordinabantur clerici, quos ſacerdotis omnia munia in commiſsis parœcijs obire, numquam inuidioſum fuit. Diligenter autem has ſpecies ſecerni oportet. Quamquam & hoc ipſum, & omne prorſus ſacerdotij munus monachis inuidiſſe tum clericos probabile eſt, cum populum

pulum ad monasteria auocari, eodē decimas & alia fidelis populi donaria cogi animaduerterent. Sequuta tamen tē pora sunt, quibus monachi vel vt hac molestia liberarentur, vel vt sacris literis, quarum cognitione & doctrina plurimi floruerunt; solute magis & libere studium suum nauarent, sponte sua inuidiosa hac possessione concesserunt. Itaque nulli monachi neque ad alienas Ecclesias accedere, neque ad suas presbyteros aduocare alienos, sed in monasterijs suis sine vllius alterius gubernatione Ecclesiæ sacerdotes passim, id est nullo præfinito numero creabātur, & quasi inter se Ecclesiā cōstituebāt. Quod certe ex canonibus Benedicti, qui monasticū hoc vitæ genus sanctissimis institutis auxit, vir ipse omni virtutis & sanctimoniæ genere præstans, & admirabilis, recte Gratianus obseruat c. Hinc est. § Superiori. Idq; in alijs etiam monachorū professionibus & sodalitatibus fratrum mendicantiū translatū & receptū est, cū moribus tum etiā Pōtificis R. cōsensione, & auctoritate. Hi autē ascetici canones seu regulæ, quarū ex pręscripto monachorū regulariūq; vita dirigitur, à PP. Romanis cū probati laudatiq; sunt, tū etiā omni legum prouisione cautum, ne eos canones migrare monachis liceret, neu contra eorū præscriptū gubernādis ecclesijs iterum functionibusque sacerdotum se immiscere, sed intra monasterij claustra degere, & sacris ab episcopis eius diocesis seu parœcię hactenus initiari, vt sacrarum functionum in populo exercitio ad solos sacerdotes pertineat, in eam sententiam sunt Alexandri II. multo certe temporum interuallo posterioris tum Paschalis & Calixti canones. c. Iuxta. c Peruenit. c. Interdicimus. 16. q. 1. qui canones cū superiorib⁹ ex hac tēporis notatione cōiungēdi sunt. Res etiā ab Vrbano III. eo producta est, vt si intra monasteriū Ecclesia aliqua sit, in qua regi populū oporteat, nō id monachorū, sed presbyteri ab episcopo ordinati opera

Ex eodem Bonifacij IV. cōcilio LXI.

LXII.

16. q. 1.

LXIII.

fiat c.1.de capell.monacho.ſed hic tractatus multiplex eſt, & ad poſteriores cōſtitutiones pertinet,de quibus alio lo
LXIV. co.Hæc vero à nobis eo accuratius lōgius certe præſcripta ſunt,quod noſtri Pontificij iuriſconſulti, cū in eis multi frequenteſque ſint,tamen ſubinde incurrunt, & labuntur,quibus ipſe etiam Gratianus dux auctorque erroris ſæpe præit,his canonibus quos diligenter collegit,non recte explicatis. F. Duarenus,qui hæc felicius attigit, non ſemel tēpora perturbat, & prioribus canonibus præpoſtere poſteriores admiſcet. Vnde quāta rebus obſcuritas & caligo allata ſit,opinor à nobis,ſi modo in ea re aliquid videmus, demōſtratū eſt. Ex quo intelligitur cū moribus tū etiā Pō
LXV. tificū Romanorū cōſtitutionibus receptū eſſe, vt monachi & regulares clerici in monaſterijs ſine alio titulo ordinarētur, quas certe cōſtitutiones Innocentius III. in hac conſtitutione minime(a) infirmauit. Cōfirmauit vero C. Tridentini ſeſ.21. canon ſecundus cum de clericis ſecularibus nominatim edixit,quod tamen ita tēperandum eſt, ſi monachi vel regulares clerici,votis rite conceptis ita ſint obſtricti, vt deinceps recedere à monaſterio, vel dimitti non poſsit. Ita Pius V. decreuit edita conſtitutione anno
LXVI. cIↄ. Iↄ. LXIIX.

(a) Hoſtiē. Abb. in c Super inordinata.hoc titu. Selua de benefic.1 p.q.2.n.40. Rebuf. in praxi benefi.tit. de regularib. benefi. num.6.

Sed videamus quid præterea Innocentianæ huic conſti
LXVII. tutioni Tridentinus ille canon adiecerit,ait canon. *Id vero beneficium reſignare non poſsit niſi facta mentione*. Admonuimus in c.1.ſacris antea canonibus decretum eſſe, ne quiſquam beneficium in quo ordinatus eſt dimitteret,quibus conuenienter Iuſtin. nouell.123. grauiter ſanxit ne cui in quocumque eccleſiaſtico gradu conſtituto liceret ab eo diſcedere,& ſecularem fieri, hoc itaque nouū non eſt,verum beneficij dimittendi ſeu reſignandi formula his verbis perſcripta ea noua eſt, ait. *Patrimonium vero vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſsint niſi illi quos epiſcopus*

indi-

iudicauerit assumendos pro necessitate vel commoditate Ecclesiarũ suarum. Itaque non passim non temere episcopis licet vagos clericos ex iusto cẽsu ordinare, sed quo ad proprijs Ecclesijs hoc vtile aut necessarium sit, quin etiam si huius canonis ea verbà, *pro necessitate vel commoditate*, conferantur cum illis canonis XVI. sess. 23 *Cum nullus debeat ordinari qui iudicio sui episcopi non sit vtilis aut necessarius suis Ecclesijs*, & mox, *Pro cuius necessitate aut vtilitate assumitur.* Facile quis existimabit eum canonem XVI. etiam ad eos pertinere, qui sine beneficij titulo, propter patrimonium vel pensionem, quam obtinent, clerici ordinantur. Hoc est huiusmodi homines non absolute clericos ordinari debere, sed in proprijs Ecclesijs, certo muneri dedicatos. Hac certe sententia illa Concilij verba haud obscure esse videntur. Quã tamen scio vsquequaquaq; receptã non esse. Sed viderint sanctissimi episcopi de ea re quid potissimè statuendũ sit. Hoc itaq; totum nouum est, nã Innocentius, quibus opes ad victũ suppeterẽt, si nihil præterea esset incommodi, ad sacros ordines patere aditus voluit, ait canõ *Eo quoq; prius perspecto patrimonium illud vel pensionem vere ab eis obtineri.* LXIIX.

Fraus omnis & simulatio ab ea re abesse debet. Nam vt sacris ei interdicitur, qui in simulato beneficij titulo ordinatur. c. pen. de simonia. Ita etiã ei qui donati ab alio patrimonij vel alimẽtorum caussam ad ordinationẽ prætẽdit, cũ tamen sese nihil à donatore eo nomine exacturum pactus sit, vel etiã sine pactione nisi eidem antea quàm clericus ordinaretur, donationẽ (a) remisit. Satis enim apparet fraus, quę eius patrimonij quod nullũ est, simulatione legi fit, nõ tamen in eã interdictionis fraudẽ incidet, qui donatũ sine vlla cõditione patrimoniũ, postquam ipse clericus ordinatus est, retro vicissim donat, (b) ait. *Atq; illa deinceps sine licentia episcopi alienari, aut extingui aut remitti nullatenus possit.* Huius prohibitæ alienationis Innocẽtius, quod an- LXIX.

(a) Nauarr. in c. 27. nu. 158.

(b) Gloss. in c. Si episcop. de præben. li. 6. Nauar. vbi sup. n. 118.

tea docui,nõ meminit,ea vero inducta est à Concilio Senonẽsi de reformat.c.4.Bracarensi.act.2.C.de exami.ordinandor. c.7.

LXXI. eius prohibitionis ea vis, si alienatũ patrimoniũ,aut remissa pẽsio episcopo inconsulto sit, alienatio & remissio (a)nulla est.l.Nõ dubiũ.C.de legib.sin autẽ episcopus aditus alienationi cõsenserit,faciet quidẽ suo periculo . Nã si patrimoniũ vel beneficiũ ordinato clerico ad victũ nõ suppetit,ipse de suo iusta præbebit. Rursus si suppetet,

LXXII. & alienari patrimoniũ episcop' iniuriose perneget, merito iudex(b) superior appellabitur. Vt episcopi auctoritas vbiq; necessaria (c) sit. Sed tractatũ est,an hoc patrimoniũ rei ecclesiasticæ iure censeatur. Quo pertinet illa quæstio,an clericorũ patrimoniũ ecclesiasticis vsquequaq; cõparetur. Clericorũ patrimonio multa priuilegia vt immunitatis vacationis vt alia irrogata esse auctores Pontificij omnes fatentur, plerique tamẽ hoc patrimoniũ per omnia ecclesiasticũ (d)esse negãt.Itaq; si eius patrimonij caussa lis instituta ab actore clerico sit, eã apud laicũ iudicẽ agitari,rursus hoc fori priuilegio in proprijs etiã rebus clericos vti Decius defendit.Cuius sentẽtiã pleriq; ita tuentur, vt quidẽ proprias clericorũ res ecclesiasticas nõ esse fateãtur,in eas tamẽ iure quodã accessionis priuilegiũ fori ecclesiastici latũ etiã esse(e)opinẽtur.Quę sentẽtia vt iure cõstitui possit,moribus vsquequaq; recepta nõ est:apud no-

LXXIII. stros etiã nominatim ab ea discessum est.l.57.ti.6.p.1.Quid vero de hoc patrimonio à quo ordinatus cleric' sibi sumptus suppeditat?(f)Deci' ecclesiasticũ esse affirmat.(g) Couarruuias plane negat.Sed videndum est quã recte, eos certe,qui sine beneficio aut iusto patrimonio clerici ordinati sunt,eius episcopi qui ordinauit successor ideo alere de-

LXXIV. bet,quod sit quasi quodã onus quod ipsi cathedræ episcopali inhęret,aut debitũ Ecclesię caussa cõtractũ.(h) Quod si hoc Ecclesiæ onus,& quasi debitũ est,cur etiã hoc patri-

monium

(a) dd.in c.pen. de Simonia. Na na.d.c.27.n.158

(b) dd.not. in c. Exhibita.de iudicijs.

(c) Bursatus. cõsil.178.nu.55.tomo.2.

(d) dd.in ca.Ecclesia.de cõstit. & in c. Quamquam.de censi. Balb. de pręscriptio.5.p.principal.q 5. Marãt. disput.8. Ant.Imol.Abb. alij per Coua.li. variar.resol.1.c.4.nu 3. In d. c. Ecclesia S.Mariæ.nu 18. de constit.

(e) Socin. Abba. Feli. Anania in c.Si clericus laicum.de foro cõpetenti. Aufrerius de potesta. eccle.nu.48.

(f) in c. Episcop' nu. 10. supra de præb. Mãdosius in reg. Cãcellariæ de infirm.resignã.q.15.n 14.

(g) d.c 4.n.4.li. 1.variarum.

(h) d. c. Accepimus de ætat. & qualit. vbi dd.

moniũ Ecclesiæ non sit, quod ea maxime caussa exigitur, vt in eo Ecclesiæ episcopiq; indẽnitati caueatur? Iã vero cũ pro beneficio ecclesiasticisq; annonis patrimoniũ hoc ordinatis clericis sanctione quadã alienationis prohibitæ cõstituatur, par etiã est ecclesiasticæ rei, cuius loco datur, vt naturã induat. l. Si eũ § Qui iniuriarũ. D. si quis cautionibus, quod si ad Italicũ patrimoniũ pertinere dicuntur, quæcumq; res ita dispositæ sunt, vt ibi perpetuo essent, tametsi in aliũ locũ trãslatæ sint, quin etiã pecunia quæ ideo in prouinciã missa est, vt cõparat ę merces in Italiã aduehe rẽtur, Italici etiã patrimonij est, quia ei semel patrimonio destinata est. l. Ex facto proponebatur. §. Rerũ autẽ Italica rũ. D. de hered. institueñ. cur etiã hoc patrimoniũ, quod cle ricis alẽdis cũ destinatũ & quasi sanctũ est, tũ etiã ecclesia sticæ reseruandæ caussa, id est vt Ecclesia vel eius nomine episcopus qui ordinauit aut eius successor ab hoc clerico rũ alẽdorũ munere immunis sit, maxime cõparatũ, ad Ecclesię patrimoniũ nõ ꝑtinebit? Certe post ꝓhibitã hoc ca none eius patrimonij alienationẽ, si quis ad Decij sentẽtiã traducat, saltẽ quoad fori præscriptionẽ nõ temere aut sine iudicio faciet. At inqũt, si ecclesiasticũ hoc patrimoniũ esset, nec alienari cõsulto episcopo liceret: ꝙ si hoc recte cõclusũ est, cur nõ illud, si ꝓfanũ hoc etiã patrimoniũ esset, arbitratu suo dñs sine vlla episcopi cõsẽsione alienaret. LXXV. Iã vero oẽs ne res ecclesiasticæ eodẽ modo atq; formula alienañ, seu mobiles seu ĩmobiles? si vero alia atq; alia formula & ratio alienatiõis in Ecclesiæ reb⁹ est, qd ꝓhibet hu i⁹ patrimonij ecclesiastici alienãdi nouã rationẽ atq; formulã ꝑscribi, præsertim cũ nõ ꝑpetuo sed ad tẽp⁹ ecclesiasticũ sit, neq; tam ecclesiasticũ quã ecclesiasticæ rei iure & priuilegio, eoq; magis hoc defendi potest, ꝙ omnes episcopi cũ hoc patrimoniũ cõstituũt, inter res ecclesiasticas illud referre solẽt. Idq; suo iure posse facere multi (a) putãt.

(a) Ex Abb. in c. Nulli. num. 14. Imol. num. 9. de reb. eccl. Castrẽsis in Auc. hoc ius. C. de S. S. eccle. Cardinal. in Clem. quia contingit. verb. illi vero. q. 5. de religiosis domib.

An sacerdotij caussa donatio in legitimam portionem imputetur, an conferatur, & de imputatione, & collatione bonorum.

IN extremum caput, & huius quasi disputationis flexum reiecta à nobis est nobilis illa & frequentibus commentarijs vexata quæstio. Si pater filio familiàs, vt clericus ordinetur bona quæcunque donauerit, an ea donatio conferenda à filio sit, an ei in quartam vel legitimam portionem imputan-
I. da? Faber Institutionum interpres non contemnendus (*a*) arbitratur hanc donationem in quadrantem legitimę portionis non imputari. Quoniam hæc clericatus quasi militia vendi non possit l. Omnimodo §. imputari. C. de inofficioso testamen. Addit etiã Aimon Sauillianus hanc donationem esse simplicem, noster vero Couarruuias cõtra (*b*) putat. Mouet hanc donationem non simplicem, sed ob caussam esse, & caussam propè necessariam, cum
II. alimentorum, quæ à patre liberis debentur, loco sit, itaq; cum primum facta est, eam iure valuisse, vt donatio propter nuptias, cui ait non admodum esse dissimilem, deinde hæc donata bona recte alienari posse, tum in vniuersum sic censet (*c*) donationes ob caussam imputari, & conferri omnes, simplices imputari quidem, non tamen conferri, idque distinctionibus adhibitis nunc cohibet, nunc dilatat, hæc illi, neutrius ego sententiam temere contemnendam esse puto. Nam, vt illa ad veritatem propius ac-
III. cedat, huius certe, cum Doctorum placitis, quæ vel contrariæ sententiæ fautoribus sine controuersia probantur, multus concentus & conuenientia est, neque solum attẽdendum est, quid quisque sentiat, & dicat, sed ex suis quẽque decretis quid dicere, & sentire oporteat. Lubricus hic locus,

(a) In. §. vlt. Inst. de inofficios. testamen.

(b) In. c. Rainaldus. §. 2 nu. 7. de testament.

(c) Ex Bartol. Fulgos. Alexand. Ripa & alijs in l. In quartam. D. ad. l. Falcidiam.

locus,&difficilis eſt,quique latiſsime patet:incidunt enim controuerſiæ aliæ ex alijs vt niſi multis varijſque quæſtionibus definitis, commode explicari non poſsit.In commentarijs vero nihil magnopere cernas præter obſcuritatem & diſcrepantiam, quam cum præcipuam ſæpius habeant,in hoc tamen argumentum impendio benigniores conferunt. Quocirca melius opinor pudori meo conſultum eſſet,ſi hoc loco prorſus prætermiſſo,alio noſtra quaſi ex his ſcopulis enauigaret oratio. Ceterũ ne noſtra nos reticentia in crimen ſimul & inuidiam apud auditores vocet,re altius repetita,& collationum legibus reuolutis tentabimus an explicari hæc dilucidius poſsint, huius quæſtionis & tractatus duæ partes ſunt,vt vero alia ex alia nectatur, tamen ſeparari eas & diſcerni operæpretium eſt.
An hæc ſacerdotij cauſſa donatio in quartam imputetur primum, IV.
deinde quæritur an conferatur. Prioris quæ- V.
ſtionis triplex ratio eſt, vna, ex lege Falcidia cum filius heres inſtitutus eſt,&hereditas ſupra dodrantem legatis onerata, ſi quæras an ille donationem hanc habere debeat in ratione quartæ, vel trientis & ſemiſsis,qui ex Iuſtiniani nouellæ conſtitutione in quadrantis locum vbique ſucceſsit. Altera ex.S.C. Pegaſiano, cũ filius rogatus eſt pluſ- VI.
quam dodrantem vel totam hereditatem reſtituere,ſi etiã quæſtio ſit,an in quartę deductione putanda hæc donatio ſit. Tertia ex lege Ilicia vel Glicia vt Cuiacius (a) vult, aut ex prudentum auctoritate vt alij,ſi filio non ſuo merito à patre exheredato,vel à matre præterito quadrans por- VII.
tionis ab inteſtato debitæ integer relictus (b) non ſit, nã & hìc exquirimus,cum de repletione filius agit,an in quadrantis rationem donationem hanc imputet. Omnino autem cum quęrimus an in quartam filiorum portionem hæ donationes imputandæ ſint, eadem ſimul opera quærimus an in legitimam portionem. Nam quæ pars filiorũ IIX.

(a) Lib.obſeruatio.2.c.8. & lib. 14.c.9.

(b) § ſi vero quãtacumque inſt. de in officioſ.teſtamen.

quarta vel quadrans in propoſitis quæſtionibus eſt, cū prę terea nihil illi lege auferant, eadem legitima dicitur, forſitan à Falcidia lege vel plebiſcito introducta, quod Ranconetus, & Balduinus (*a*) ex Iuſtiniani nouellis & Euſebio opinantur, quamquam Euſebij loco non ita magna fides apud Anton. Auguſtinum (*b*) ſit, ſed ſiue à Falcidia, ſiue ab alia lege profecta ſit, pars certe quarta, legitima quoque pars eſt, & dicitur: indicat vel ille Plinij locus, qui lib. epiſt. 5. ſic. *Ibi ego. Si mater inquam te ex parte quarta heredē ſcripſiſſet, num queri poſſes? quid ſi heredem inſtituiſſet ex aſſe, ſed legatis ita exhauſiſſet, vt non amplius apud te, quam quarta, remaneret, igitur ſufficere tibi debet ſi exheredatus à matre quartam partem ab heredibus eius accipias.* Hæc ille, ita fit vt vna quarta filijs

(*a*) In prin. inſt. de inoffícioſ.

(*b*) De legib. Romanis in Falcidia.

IX. debeatur, nō duę, ex Pontificum vero decretis, filiuſq; rogatus eſt hereditatem reſtituere, quartam ex Falcidia, aut trientem vel ſemiſſem ex Iuſtiniano primū detrahit, deinde quadrantem ex S.C. Pegaſian. Sed hoc præter iuris ciuilis regulas ſtatutum eſſe, Cynus, Fulgoſius & alij affirmāt, (*c*) quo fit vt ea conſtitutio, cum de filio reſtituere hereditatem rogato ſcripta ſit, ad cōſequentias, id eſt, Falcidiæ le-

(*c*) Culacius lib. obſeruatio. 8. c. 3.

X. gis tractatum ne diffundatur: eoque iure vtimur, ad rem nunc in quartam eam, quæ per legem Falcidiam retinetur, ſatis expeditum eſt, hanc ſacerdotij cauſſa donationem ipſo iure non imputari, nam neque legata, neque fideicommiſſa imputantur, neque res vlla, quæ iure hereditario non capitur. (*d*) l. In quartā D. ad l. Falcidiā. Sed exceptio ex teſtatoris voluntate & prouiſione ducta here-

(*d*) Bart Alex Ripa. & dd. in d. l In quartam.

XI. dem interdum ſummouet. l. Cum quo. §. ſæpius euenit. D ad legem Falcidiam. Cuius legis reſponſum ex teſtata defuncti voluntate dirigi, vel inde intelligimus, quod integra hereditas appellatur dodrans, aut certe as conficitur ex legato dodrante, & quadrante eo, quem viuus teſtator donauit, qui ad hereditatis rationem pertinere

non

non potuit, nisi testator hoc nominatim cauisset, cum in quantitate patrimonij tempus mortis spectetur. l. In quantitate. D. ad l. Falcidiam. In Pegasianæ quartæ deductione eadem imputationis ratio valet, legatorum vero fideicommissorum & retētionum pars ea imputatur qua iure hereditario, id est, à se quisque capit. d. l. In quartam, quod ea quasi pars hereditatis in fideicommissum, & restitutionem veniat. l. In fideicommissum. §. vlt. D. ad S. C. Trebellian. quæ vero à coherede capitur nō imputatur. l. Cum pater. in prin. D. de legat. 2. l. Si ita. D. famili. ercīscūd. non etiam prælegata l. Titia. D. ad l. Falcid. de donationibus caussa mortis idem respōsum est quod de legatis, quibus illæ per omnia exæquatæ sunt. §. hæ mortis caussa. Inst de donatio. l. Cū de mortis. C. de donatio. caus. mort. agimus vero de heredibus ex parte institutis, quibus donari caussa mortis vtiliter, & legari constat. l. Legatum. §. herede. D. de leg. 1. Consequens est sacerdotij caussa, donationem, si confestim & sine vlla mortis expectatione perfecta est, in hanc quartam nisi testator contra iusserit non imputari, si morte patris confirmatur, iure mortis caussa donationis censeri. An autem confestim hæc donatio perficiatur, an etiam Iustiniani lex de quadrante inofficiosi scripta ad has species pertineat, mox videbimus. Restat de legitimæ portionis quadrante eo, qui querelam inofficiosi excludit, in eum imputatur, non solum quod iure hereditatis, legati, fideicommisiue capitur, sed donatio caussa mortis, & inter viuos interdum, denique quidquid ad filium ex patris iudicio peruenit. §. igitur quartam. Inst. de inofficios. testam. l. Omnimodo. in fi C. de inofficios. testamen. in hac quarta, quod ea iure naturæ debeatur, latius fieri imputationem doctores aiunt, næ illi præclare paternam hereditatem filijs præcipiunt lege naturæ deberi. l. vltim. D. de bonis damnator.

XII.

Bart. Bald. Alex. Iass. Auc. ex testam. C. de donatio. Molina. de primogenijs lib. 1. c. 11. n. 9.

XIII.

XIV.

Alciatus in l. In quartam. nu. 31. D. ad l. Falcid. & ibi omnes not.

XV. nator. Sed auare nimis, naturæ legẽ, quæ late fuſa per omnia pertinet, intra huius quartę fines coercent: quaſi in tractatu legis Falcidię, aut S.C. Pegaſiani, quæ filijs quarta detrahitur, ea lege naturæ non deberetur. Omnino filijs paternæ hæreditatis portio alimentorum vel alio nomine deducta lege naturæ debetur, neque ſolum filijs ſed etiam
XVI. ex filiorum hereditate parentibus. Quo fit vt in tribus his partibus peræque ex Iuſtiniani nouella (a) conſtitutione quadrantis loco triens aut ſemis debeatur. Neque ſolum liberis, ſed etiam parentibus, nam ad parentes eam nouellam pertinere rectè Gręci anteceſſores opinãtur. Sic enim in Baſilicis. τοῦτο δὲ τὸ νόμιμον μέτρον ηὔξησεν ἐπὶ τῶν ἀνιέντων καὶ κατιόντων ἡ ιη νεαρά. *Hanc legitimam portionem auxit tam parentibus, quam filijs nouella* XIIX. ad trientis nimirum modum vt Harmenopulus laudato magiſtro opina-
XVII. tur. li. 5. tit. 9. Quocirca propter naturæ verecundiam, quæ liberos parentum ſuorum iudicia inſolentius conuellere non patitur, receptum eſt vt in hac ſpecie imputationis ratio latius pateat, & quarta quocumque titulo percepta inofficioſi querelam excludat. Nam liberis paternæ hereditatis portio hactenus debetur, vt ſi officiorum contẽtio ſit, & ipſa naturæ ratio ſubtilius exquiratur, pater filium etiam immerentem exheredare poſsit, patrem filius non poſsit. Ita filio patrem abdicare non licet, ſed patri filium maxime, eũ enim qui debet oportet reddere: quidquid autem fecerit filius, nihil beneficijs à patre acceptis dignum fecerit. Semper igitur debet, ijs vero, quibus debetur, dimittẽdi debitores poteſtas datur, ergo & patri. Hac prope ſententia diſerte hoc Ariſtoteles tractat libr. Ethicor. 8. διὸ καὶ δόξειεν οὐκ ἐξεῖναι υἱῷ πατέρα ἀπείπασθαι, πατρὶ δὲ υἱόν. τὸν ὀφείλοντα υἱὸν γὰρ ἀποδοτέον. οὐδὲν δὲ ποιήσας ἄξιον τῶν ὑπεργμένων δέδρακεν. ὥστ' ἀεὶ ὀφείλει· οἷς δὲ ὀφείλεται ἐξουσία ἀφιέναι, καὶ τῷ πατρὶ δή. & lib. 9.

(a) XIIX. Auc. nouiſsima. C. de inofficioſo.

Aliter Hotom. de quarta legitimaria.

lib.9. ait filios tamquam debitores res ad victum necessarias parentibus suppeditare debere. Plato etiam libris de Republica, filium tradit parentibus alimẽta, & cætera eius generis vt ortus, & educationis mercedem debere. Itaq; in hoc quadrante, non quod liberis naturæ lege portio legitima debeatur, sed quod secundum eamdem naturam, parentum etiam abdicantium iudicia labefactare filijs nõ liceat, ideo imputationis ratio latius accipitur. Ex his vero perspicuum est, quartæ filiorum portionis non vnam, & simplicem rationem esse, sed triplicem, deinde imputationis caussam disparem, atque dissimilem, itaque mendose colligitur, hoc imputatur in quartam ex caussa inofficiosi, ergo & in quartam ex lege Falcidia imputabitur, & illud non imputatur in Falcidiam, ergo non imputabitur in quartam inofficiosi. Rursus si orationem conuertas, vt in plurimum recte concluditur, non imputatur in quartã ex caussa inofficiosi, ergo nec in Falcidiam, & imputatur in Falcidiam, ergo & in quartam ex caussa inofficiosi. Interpretes vero quasi quadrantis imputationisque ratio vna eademque sit, rem coniunctim & quasi per saturam proponunt, deinde tractam responsis ex Falcidia, ex Pegasiano, ex inofficiosi titulo confuse permixteque prolatis, quæ si in quodque genus caussæ digerantur, coarguant facile errores, quibus illi hunc tractatum inferserunt. At definitum non est, an in quadrantem hunc sacerdotij caussa donatio imputetur. Si quidem imputetur, etiam confertur ex Iustiniani regula in.l.penul.C.de collatio.non vero in eadem caussa, quod acceptum perperam nonnullis errorem creauit, immerito cum inofficiosi querella, & bonorum possessio contra tabulas non concurrant. (a) Sed cum imputationem & collationem in sua quamque specie par æquitas introducat, tractata prius bonorum collatio penè rem totam explicabit. Primum filios immerito exhe-

XIIX. (beside "liceat, ideo imputationis ratio latius accipitur. Ex his ve-")

XIX. (beside "cile errores, quibus illi hunc tractatum inferserunt. At de-")

XX. (beside "tio penè rem totam explicabit. Primum filios immerito")

(a) Theophil in prin.inst.de inofficios. testam.

exheredatos pars hereditatis quamtacunque teſtamento relicta à querella quidem inofficioſi excludit,ſed quod ad legitimæ portionis quadrantem deeſt,id eis repletur. § ſin vero. Inſt.de inofficioſ.teſtam.in hac tum repletione quęritur in quartam quid filijs imputetur, ſi vero nihil liberis teſtamento relictum ſit, mota inofficioſi querella petitio hereditatis exercetur.l.qui de inofficioſo.D.de inofficioſ. teſtamen.l Si quis filium ſuum.C.de inofficioſ. teſtam. & teſtamento reſciſſo cum omnes filij ab inteſtato veniunt, tūc nō de imputatione,ſed de bonorū inter eos collatione quæritur Itē teſtamēto prorſus nō cōdito, aut cōdito, ſi poſſeſsio bonorū cōtra tabulas petita ſit,deniq; in quocunq; iure ſucceſsionis inteſtatę.l.Vt liberis.& ti.C.de collationib. Cetera ex teſtamento inſtitutus ante Iuſtinianū collationis munere functus nō eſt.l.1.l.7.C.de colla.l.pen. D.de collat.dotis.l.Pomponius Philadelphus.D famil.erciſc.niſi ea lex à teſtatore dicta eſſet. Videamus nūc de liberis qui inter ſe conferunt.porrò non omnes vt recte Iacobus Cuiacius admonuit. (a) Emancipati ſuis conferunt ijs,quibus auferunt,pro eoque modo, aut interdum plus quàm auferunt l.1.§.emancipatus,&. §. vlti.D.de coniungend.cum emancipat.liber.l.1.§.vlt.l.2.§.ſi tres.l.3 § Iulianus.D.de collatio.emancipati emancipatis non conferūt, ſui emancipatis dotem tantum.l.1.&.tit.D.de dot. collat. hodie (b) vero non ſolum ſuis emancipatis,ſed etiā emācipatis,& ſuis ſui profectitia conferunt, atq; etiā emancipati emancipatis dotem, & donationem propter nuptias profectitiam.l.Vt liberis.l Illam.l.penu.C.de collationib. Tertius locus eſt de his rebus quæ imputantur, & conferuntur,eius generis totius præceptiones interpretum ſic ſunt.I. Donationem ſimplicem à parentibus in filios collatam, ſi ab initio valuit, non imputari. (c) l. Si quando. §. & generaliter.C.de inofficioſ.teſtam.II.Donationem ſimpli-

XXI.

(a) Lib.obſeruation.3.c.29.

(b) Nouell. 18. vbi Cuiac.

XXII.

(c) Bar Bal.Ale. Iaſ.Rip dd. in.l. In quartam. D ad. l. Falcid. & in Auc ex teſtamento.C de collatio Iaſo in. l. Si quando. §. & generaliter. C. de Inoffic teſta Couarruu in. c. Rainaldus. § 2. nu.6. de teſtam.

ſimplicem, quæ non niſi morte donatoris confirmatur,
in legitimam portionem imputari l. Etiam. § ſi debita. D.
de bonis libertor. l. Filium quem habentē. C. famil. erciſc.
non tamen conferri. l. Illud. §. vltim. de collation (a)
III. Donationes ob cauſſam imputari & conferri om-
nes. (b) multiplici lapſu illorum ſententia errat, quam fa-
cile is minuet, qui ſingula ſubtilius paulò perpendat, nos
totidem locis rem abſoluemus: de donationibus paren-
tum, & quæ protinus, ab initioque valeant, deinde quæ
conferantur, poſtremo de his rebus quarum collatio
non eſt. Principio conſtituendum eſt, patrem ei filio, XXIII.
quem habet in poteſtate, donare nihil poſſe, nam quid-
quid filius adquirit, eius emolumentum confeſtim pa-
tri adquirit, neque momento poteſt in eo ſubſiſtere,
per quem adquiritur. l. Placet. D. de adquiren. heredita.
l. 1. D. ſi quis à parente manumiſſus, ita fit vt filio pa-
ter donare non magis quam ipſe ſibi poſſit, nec do-
nata res ea videri, quæ ab ipſo qui donat, quaſi ma-
nu retinetur, vt ne perfunctore quidem à ſe diſcedat.
Hæc quaſi regula ſit. At interpretes proponunt aliqua
donationum genera, quæ à parentibus rectè & confe- XXIV.
ſtim perficiuntur. Primum ſi pater filio donarit, eam
donationem patris iuramento confirmatam omnino va
lere frequentes præcipiunt, quaſi vero ne filius ei adqui
rat, iuratus pater præſtare poſſit, mihi certe non magis vi
detur quam ſi quis pro Danae puellis iuratus pertuſo ſe
dolio infuſam aquam ſeruaturum eſſe recipiat, vt filius
ſibi poſſit adquirere, legis hoc opus eſt, non iurati pa-
tris, cuius fidem ſacramento aſtringere nihil magno-
pere attinet, non enim donationes has inconſtantia
patris ſed ex iure Quiritum poteſtas infirmat. Quod
eleganter Conſtantinus Harmenopulus ait, qui illa
Pauli verba. *Quoniam nulla donatio fuit*, extulit: οὐδὲ
γὰρ

(a) Bar. & Rip. in d. l. In quartam. & Couarru. vbi ſupra Alex. & noui in d. Auc. ex teſtam.
(b) Not. dd. vbi ſupra.

Abb. in c. Cum contingat. n. 30. de iureiurand. Bald. in. l. ſi col. vlt. C. de vſuca- pio pro donat. & Conſil. 410. Alexan. Conſil. 20 nu. 2. volu. 3. Iaſſo in. l. Frater à fratre. n. 44. in fi. D. de condit. indebiti.

Lib. 2 titul. 1. περὶ δωρεᾶς.
L. 1. §. ſi pater. D. pro donato.

γὰρ ἐῤῥωται ἡ δωρεὰ διὰ τὴν ὑπεξουσιότητα. *Neque enim (inquit) donatio confirmatur propter patriam potestatem.* Quid? si iuratus quis monacho donet, eam donationem inutilem prorsus esse recte responsum est, pari certe iuris ratione, vt à Doctorum sententia merito Alciatus & Molinæus destiterint. Alteram donationis speciem ex Angelo inducunt, qui patrem arbitratur filiofamilias recte ab initio donare, si legitimę portionis ratione hoc faciat. l. Si nō mortis. D. de inofficios. testam. quæ sententia ex eodem capite reijcienda est, cum nusquam iure cautū sit, in hac specie filiusfamilias vt sibi donata bona non patri rursus adquirat, contra potius responsum est de his bonis, quæ viuens pater filijs donationis titulo diuidit. l. Cum de bonis. C. de donationib. Atque legitimæ portionis nomen & actio ante patris mortem non nascitur, vt planè iniquum sit pręmatura hereditatis spe donationem irritam confirmari. l. 1. §. si impuberi. D. de collatio. bonor. l. Cum quæritur. C de inofficioso testam. quod alijs rectius (a) probatur, non obstat d. l. Si non mortis. Quo enim certius est hanc donationem irritam esse, eo magis donatas res à filijs non retineri præcipuas, sed haberi in quartam, & quasi conferri & imputari oportet. Deinde Vlpianus ait, posse hoc dici, aut certe conferri debere quod donatum est. Quod si etiam nunc instet aliquis, in proposito responso, ratam donationem intelligi, quæ certe inter patrem & filium rata esse interdum solet, vt si confirmata sit emancipatione, si ratihabitione heredum si alijs ex caussis, non magnopere pugnem, modo res ad ea capita referatur. Videamus de vsufructu aduentitij peculij à patre filio donato, hanc donationē ab initio recte perfectā esse multi aiunt, negant vero alij, sed morte potius vt reliquas cō firmari, placet eam potius viam insistere, aduentitij peculij vsumfructum si pater traditum captumque primū quęsiuit,

Paul. Castrens. 345. in 1. Fulg Consil. 199 vi si. Corneus Cō sil. 238. in. 1. & Consil 9 in 2. & in Auc. sacramē ta q 17.
Alciatus in cap. Cum contingat. de iureiur. num. 300. Molinæus in addition. ad Alex. Consil. 8. volu. 2. nu 2.

XXV.

Angel. sequitur Suarez ad. l. Quoniā in prioRib. D. de inoffi. test Gomezana in. l. 17. Tauri, pluresque alij. Vide Duennas reg. 223. lin. 5. Peraltam. in. l. Cum pater. §. à filia. nu. 71 D. de leg. 2.
Bald. in d. l. Cum de bonis. C. de donatio.
(a) Aretinus Segura, Loares, Decius, Duennas, Molina. lib. 1. de primogenijs. c. 12. n. 5. Ant. Gomez in. l. 17. Taur. nu. 5.

XXVI.

Bart. in. l Frater à fratre. col. vlt. vbi Iasso. D. de condict. indeb. Boherius decis. 206. Ias. Dec Alex in Auc. ex testamen. C. de collatio. Gomez. in. l. 29. Tauri num. 29 & l. 48. num. 9. Hotoman. de donatio.
Tiraquellus & Boherius vbi sup. Riminaldus in prin. inst. per quas personas. à num. 91.

ſiuit, deinde filio rurſus donationis cauſſa reddidit, eam
donationem,niſi eiuſdem patris morte non confirmari,ſi
vero pater cum poſſet adquirere,id egit, vt ne adquireret,
remiſſus à patre vſusfructus ſtatim filio quęritur,nō quod
donatio ea ab initio valuit, ſed potius donatio verè nun-
quam fuit: etenim quod eleganter Iulianus ait, de patris
bonis nihil profectum eſt,nihil ille de ſuo erogauit l. Pro-
fectitia.§ ſi pater.1.D. de iure dot.l Qui autem. D. quæ in
fraudem creditor. ſic Fulgoſius (*a*) alijque recte cenſent.
Idem probandum eſt de ea donatione,qua filij merita pa-
ter remuneratur,ſi donatio ea non ſolutio eſt, quæ ita ra-
ta eſt,ſi de meritis filij iudici facta fides (*b*) ſit,deinde qua
iuſta eorum repenſio & debita merces (*c*) eſt, poſtremo
ſi eo nomine liberis cōtra parentes actio petitio (*d*) erat, XXVII.
vt in filio qui inſtitor eſt, aut qui ruri facit opus, ſi pa
ter ſit agricola vel negotiator,(*e*) nam hoc vſuuenire poſ-
ſe non recte negauit Arias Pinellus. Simplicium itaque do
nationum,quę protinus confirmentur,in interpretum cō
mentarijs hæc modo genera ſunt, quibus exploſis illorū
placita labare neceſſe eſt. Donatio itaque à patre in filiū-
familias collata, quod principio propoſueram, nulla erat,
tamen cōfirmari poterat,vt patris ratihabitione poſt emā
cipationem. l. Donationes. §.pater. D.de donatio.l. Siue
emancipatis. C. de donatio. Item ratihabitione heredum
aut coheredum.l.Si pater.in fi.D. pro donato.l.penul. §. ſi
pater.D.pro ſuo.parentis ſilentio atque morte,in quo ſæ-
pius interpretes peccant,non confirmabatur,etiam ex te-
ſtamento.l.2 §. filium quoque. D. pro herede. l. 1. §. 5. D. XXIIX.
pro donato.Quæ ſententia Iacobi Cuiacij (*f*) eſt,& qui- XXIX.
dem vera, non obſtat Paulus lib. receptar. ſententiar. v.
tit. xi. §. pater,quo loco non ſola teſtatoris morte, ſed vo
luntate & extremo iudicio donatio confirmatur, hæc vis
illorum verborum eſt. *Et in eadem voluntate perſeuerans de-*

N *ceſſerit.*

(*a*) Fulgoſius in l.2.n.3.C.de inofficioſ. teſtam. Ancarran.Cōſil. 10.&.5.n.4.Curtius Iunior.in.l.1.C. qui admitti.nu.30.

(*b*) l.Si forte.vbi Bart. D. de Caſtrenſ.pecul.Riminald.in prin. de donat.n. 85. DD. in. d. Auc. ex teſtam.

(*c*) Pinellus in prin l.2.C de reſcin.vendit. c.4. nu.3.& 4.

(*d*) Pinellus in.l.1. C. de bonis mater.3.p.n 59.

(*e*) Fulgoſius in l.Illud.nu. 3.C. de collatio.Gomez in.l. 29. Tauri.n.24.

(*f*) In. l. 1. D. pro herede. Contra Hotomanus opinatur diſput.de donatio.

cesserit. Sic apud Valerianum & Gallienum illa verba. *Si in extremum fati diem pater eadem animi destinatione durauit*, non obscuram testatę voluntatis significationem habent, de quo non ita multo post, eodem fortasse pertinet. l. Si pater. C. de inofficios. donat. nam de testato patre haud dubie agit, si tamen fatendum est in ea constitutione donationem morte confirmari, qua de re neque actum est, neque vspiam liquet, nec Paulus iureconsultus modo sibi consentiat, sentire aliter potuit, cuius ex libris ad edictum illa verba sunt. *Si pater filio, quem in potestate habet, donet, deinde decedat, filius pro donato non capiet vsu, quoniam nulla donatio fuit.* l.1. D. pro donat. quo loco hanc ex patris silentio confirmationem excludi plane. C. Harmenopulus sensit, qui ita reddidit. τὸ δωρηθέν μοι παρὰ τοῦ πατρὸς, οὐδὲ τελευτῶντος διὰ τῆς χρονίας νομῆς δεσπόζω. οὐδὲ γὰρ ἔρρωται ἡ δωρεὰ διὰ τὴν ὑπεξουσιότητα. *Donatum* (inquit) *mihi à patre, ne eo quidem moriente vsucapio, etenim donatio propter patriam potestatem confirmata non est*, de. l.

XXX. filiæ. C. famil. erciscund. mox videro. Deinde Iustiniani primum decisione introductum est vt hæ donationes parentum silentio atque morte confirmarentur, indicat. l. Donationes. 1. titul. 16. lib. 5. Codicis, & eius tituli inscriptio sic concepta. *De donationibus inter virum & vxorem, & à parentibus in liberos factis & de ratihabitione.* Cum tamen de ea re vna Iustiniani decisio, nihil præterea in eo titulo legatur. Hæc de simplici donatione & inter fi-

XXXI. liosfamilias. Nam dotis caussa iure singulari receptum est, vt donatio à patre in filium suæ potestatis collata confestim valeat. l. 2. §. quod si pater. D. solu. mat. l. Pomponius Philadelphus. D. fami. ercis. Atqui dotem dare non modo parentibus permittitur, sed etiam vt id faciant, publica illi auctoritate ex D. Seueri & Antoni. constitutione compelluntur. l. Qui liberos. 19. D. de rit. nup. Quod etiam produ-

ctum

ctum est ad donationē propter nuptias, quæ altera veluti quædam dos est siue antipherne, idq; in collationis tractatu ex D. Leonis nouella constitutione l. Vt liberis. C. de collat. quo testimonio laudato idem hoc Zeno statuit in quadrãtis imputatione ex caussa inofficiosi. l. Quoniã nouella. C. de inof. test. Verũ ad alias temere donationes ob caussam, authentico (*a*) quodam explicato perperam hęc definitio sine lege non tamen sine magno errore transfertur: nam vt hoc in aliqua (*b*) specie tentari forte possit, in omnibus generaliter nõ potest, cũ præsertim donationes ob caussam meras donationes nõ esse auctore Papiniano recte defendatur. l. Aquilius Regulus. D. de dona. Illud etiã nõnulli donationē sacerdotij caussa similē esse donationi propter nuptias, quę sententia pluribus minuenda esset, nisi eam auctor ingenuè deposuisset. Postremo filio emancipato etiã infanti recte donat pater, & ab ipso initio donatio rata est. l. Cum de bonis. l. Si quis in emancipatum. C. de donat. de donationibus matris eadem sentētia est. Alter locus est de collatione & imputatione, in qua principio secernenda aduentitia sunt, quæ hodie non conferuntur. l. vlt. C. de colla. bon. correcta. l. 4. eius. tit. in profectitijs autem, cuius verbi potestatem rectè Alciatus explicat, (*c*) in profectitijs inquam dotem & ex Leonis constitutione donationem propter nuptias omnes liberi sui & emancipati inter se conferunt ab intestato. l. Si pater. l. Filię dotē. l. Si emãcipati. l. Vt liberis. C. de coll. imputãt etiã quod paulò ante dicebã, in quadrãtē cũ de inofficiosi querella agitur post Zenonis legē. l. Quoniã nouella. C. de inoffic. test. ex testamēto autē sui, neq; dotē, neq; donationē illã cõferunt, nisi pater hoc nominatim iusserit. l. Filiam testamēto. C. de colla. l. Pomponius Philadelphus. D. famil. ercisc. Similiter emancipati si ex testamento successionem obtineant, vtriusque dotis collatione non funguntur. l. 1.

(*a*) Auc. ex testamento. C. de collationib.

XXXII.

(*b*) Alciatus in. l. In quartam nu. 38. ampliat. 3. D. ad. l. Falcid.

XXXIII.

XXXIV.

(*c*) In l. In quartã D. ad. l. Falcid.

XXXV.

C.de collat.bonor. nam ex testamento liberi non veniūt vt liberi,sed vt extranei aut iure extero.l.à patre verbis.C. de collat.l.1.§.Pōponius.D.de Carboniano edict. De nouel.18.post dicemus,peculiū præterea profectitiū filijfami
XXXVI. lias conferunt.l. Filiæ licet.C. de collat. De simplici donatione videamus,in cuius donationis collatione omnis cō trouersia & disceptatio versatur, hæc interpretes non de nihilo torquet,qui tenebris rem ita inuoluūt,vt in obscuritatis latebra non obscure noti appareant errores. Iaco-
cap.30. busCuiacius,qui de bonorum collatione doctissime me-
XXXVII. morauit,li. obseruationum tertio,rem ita expedit.I. Suos ab intestato simplicem donationē conferre.l. Si donatione.C.de colla.ex testamēto non cōferre. l. Filiæ, C. famil. ercisc. II. Emācipatos suis simplicem etiā cōferre dona tionē.l.Vt liberis. in fi.C.de colla.III.Emancipatos emācipatis,vel quoties agitur de matris aut aui materni hereditate liberos quoscumq; mutuo inter se nō cōferre donationes ab his parentibus profectas nisi his casibus quos excipit.l.Vt illud.C.de colla Hæc Cuiacius cū accuratè & erudite disputat,tū certè legū sententiæ conuenienter, vt nihil in hoc tractatu probabilius allatū sit.Attamen,ne infirmitatem iudicij mei dissimulem,hanc sententiam sub-
XXXIIX. tilius exquisitam,tueri apud me vix possum: primum ait filiosfamilias simplicem donationem ab intestato confer re,ex testamento non conferre, eadem vero lege dotem, & donationē propter nuptias conferunt,tū emancipatos simplicē donationem conferre.l.Vt liberis.C.de collatio. ab intestato opinor,nā de intestati successiōe ea lex haud dubiè loquitur,& ex testamēto neq; emancipatos simplicē donationē cōferre manifestè iuris est.l.1.C.de colla.bo. Quid multa? liberos emancipatos suis, dotem & propter nuptias donationem donationi simplici tam ex testamento,quā in caussa intestatæ successionis exæquat,cum

res

res eas separari longe,& dispari iure censeri principũ constitutionibus sæpius testatum sit, & iuris hoc ratio postulat,ita dotem,& donationem propter nuptias non modo à patris substantia profectã,sed à matre,à materno auo aut proauo emancipati pariter & sui, quicumq; deniq; filij inter se cõferunt. l. Vt liberis. l. Illã. l. Illud. C. de collati. forte quod ea bona filiorũ parentũq; cõmunia pars quędã hereditatis à patris matrisúe hereditate nondũ distracta videãtur,hęc de dotis collatione perpetua sunt. At donatio simplex non confertur, etiam ab intestato nisi ea lex à testatore dicta sit,aut certe raro, id est, cum alij contra liberi dotem & propter nuptias donationem conferunt, nã eo tantum casu ne iuris æquabilitas violetur, donatio simplex iure singulari cõfertur, indicãt illa Iustiniani. *Neque recusare collationem ex eo, quod simplex donatio non aliter confertur nisi huiusmodi legem donator tempore donationis, suæ indulgentiæ imposuerit.* l. Illud. C. de collatio. bonor. vt planè expeditum fuerit, præter eum casum simplicem donationem neque ab intestato conferri, nam de intestati successione ea lex fertur. At ea lex inquies, loquitur de emancipatis liberis eorumq; inter se collatione aut de donationibus à matre profectis,emãcipatorum certe nusquã meminit,sed age libenter fateor,aio tamẽ,eã constitutionẽ etiã agere de suis & de donationibus à patre datis, idq; nõ semel, verbis disertis,neq; video quo pacto coangustari ea constitutio in illa tantũ specie possit,cuius certè sententia & definitio latissimè patet, & ad oẽs species recte accõmodatur, neq; enim quisquã neget,si emãcipatus donationẽ propter nuptias cõferat,simplicẽ donationẽ ex eius cõstitutionis pręscripto quã suus à patre accepit,cõferri ab eo cõtra oportere,maternæ hereditatis & donationis in alijs ante constitutionibus Leo, Zeno, ipse Iustinianus meminerant, quas tamen intra eius vnius casus fines nemo coërceat.

XXXIX.

XL.

Postremo in illa Diocletiani,& Maximiani constitutione,
XLI. Res filiæ nomine à patre comparatas, titulo simplicis donationis, quæ ex testamento non confertur, præcipuas filiæ adiudicari Cuiacius censet,hoc est, donationem valere,cum tamen donationem simplicem à patre in filiumfamilias collatam ante Iustinianum patris morte non confirmari idem arcte & quidem vere alio loco defendat, atque adeò in illa specie donationem, si qua modo donatio fuit,subsistere nõ posse Valerianus,& Gallienus rescripserunt. Difficile certe est de hoc toto genere quidquam præcipere, quod subuerti non posit, tentabimus tamen, an ex his capitibus, quæ prius disputata sunt, duci aliqua
XLII. ratio posit huius rei definiendæ expeditior: sic. Ante Iustiniani decisionem si quid à patre filiusfamilias titulo donationis acceperat,eum sibi etiam moriente patre nõ adquirere satis demõstratum est. Ita neque pro herede deinceps vsucapere posse,neque pro donato etiam patre moriente Iulianus & Paulus scripserunt. l. 2. §. filium quoque D. pro herede. l. 1. §. si pater. D. pro donato. Quod si filius donatas à patre res non adquirebat, consequens est illas eum debiturum,atque adeò neq; in quartæ ratione, neq; in collatione bonorum habiturum esse præcipuas, hac sententia Diocletianus,& Maximianus. *Nam si is filiæfamilias constitutæ tibi à patre donatus est; cum sorore patri communi succedens, eum præcipuum habere contra iura postulas.* l. Si dona-
XLIII. tione. C. de colla. itaque si res donata exstet, eius rei vendicatio heredibus datur, hæc. l. in prin. &. l. penul D. de colla. dot. si nõ exstet quasi naturaliter debitæ retẽtio, deductio compensatio erit, vt ad. l. Frater à fratre. D. de cõd. ind. omnes præcipiunt, aut denique res ipsa si exstet, vel eius æstimatio ad communionem redacta iudicio familiæ erciscundæ in diuisionem paternæ hereditatis veniet. l. Certum. C. familiæ erciscund. l. Filiæ licet. §. cum autem. C. de

colla-

collatio. & ad eum locum Accursius: neque video huic constitutioni ex testamento cur locus non sit, nam si filius ex testamẽto succedens res à patre donatas pro donato aut herede vsucapere non potest, quo demum iure præcipuas retinebit? At ex testamento succedentes non cõferunt, sed præcipuam donationem habebant, donationem XLIV.
dotis caussa, maximè, vtpote quæ iure constabat. l. 23. D. si quis commiss. caus. testam. l. vlt. C. communia vtriusq; iudic. item eam quæ in emancipatum confertur ex eodẽ ca. l. 1. C. de colla. simplicẽ autem donationẽ, filijs habere pręcipuã nõ licuit, nisi ex testati patris volũtate vt in Pauli loco ex libro receptarũ senten. 5. tit. 11. vt apud Papinianũ in l. pen. D. de collat. dot. vbi filia res præter dotẽ donatas pręcipuas idcirco retinet, quia pater cum eam coheredẽ scripsit, alterutrum habere voluit, id est, dotem & res præterea donatas, aut hereditatẽ. Postremo huic sentẽtię maximo argumento Papinianus est, qui consultus, an filia, quæ ex testamento instituta etiam erat, prædia ante donata dotis caussa, præcipua retinere posset, respondit posse: quoniam filia dotis specie, cuius capax fuit, defenditur. Quodsi dotis species non esset, atque adeò donationis propter patriam potestatem filia incapax, quid tum ille responderet, nemo opinor dubitet. Itaque eius donationis, quæ nulla fuit, debitio potius quam collatio est, vt in hac specie melior sit conditio emancipatorum, qui ex testamento non conferunt. Ceterum vbi Iustiniani decisione in XLV.
l. Donationes quas. C. de donatio. inter vir. & vxorem. introductum primum est, vt hæ donationes parentum morte confirmarentur, obtinuit etiam eas præcipuo iu- XLVI.
re retentas non imputari in quartam portionem non conferri, idq; iuri conueniẽter, etenim legata, prælegata, & relicta quęcunq; non cõferri iuris semper explorati fuit. l. Filiæ. 2. l. Filiam. C. de collationib. hæ vero donationes, cum

parentum morte confirmētur, legatorum inſtar obtinēt, itaque donationes ſimplices, cum teſtatoris hoc voluntas aut æqualitatis ratio exigeret, non alias conferri Iuſtinianus præcepit. l. Illud. C. de collationib. quæ lata eſt poſt l. Donationes quas. Cum vero ſublatæ collationis cauſſa ad emancipatos non pertineat, opinor correctam nõ eſſe
XLVII. Leonis conſtitutionem in l. Vt liberis. in fi. C. eo. tit. eius autem l. Illud. definitio ſequenti anno ad quartæ imputationem prolata eſt. l. Si quando. § Et generaliter. C. de inofficio. teſtament. idque poſtea in inſtitutiones ſub titu. de inofficioſo § vlt. tranſlatum, quem locum eleganter Theophilus explicat. *ἡ δὲ inter viuos δωρέα οὐ συναριθμεῖται. εἰ μήπω γε ἐπὶ τούτῳ ἐδόθη, ὡς ἐν ἐκείνοις τοῖς θέμασιν ὧν ἡ διάταξις τοῦ θειοτάτου ἡμῶν βασιλέως μέμνηται. Donatio*, inquit, *inter viuos his non connumeratur, niſi in hoc quidem donatum ſit, vt in his caſibus, quorum ſanctiſsimi Imperatoris noſtri conſtitutio quædam meminit.* Hæc conſtitutio eſt
XLIIX.
l. Si quando. § Et generaliter, quã peſſime interpretes plerique accipiunt in his donationibus, quas ab initio valere falſo commenti ſunt, inde etiam factum eſt, vt (*a*) plures ſimplicem donationem, in quartam imputari debere arbitrentur. Qui certe error nunquam illis obiectus eſſet, niſi eius conſtitutionis ſimplicem germanamque ſententiã ad donationes Iuſtiniano, & iuri prorſus incognitas praue detorſiſſent, nam l. Etiam §. Si debita. D. de bonis libertor. inepte in hanc ſententiam profertur, cum donationes à liberto in patronum collatas nullus patriꝫ poteſtatis nexus infirmet vt in filiјs familias, quod erat definitionis noſtræ caput. At rurſus obiјcies, etiam (*b*) ante Iuſtinianum ſimplicem donationem in quartam non imputari niſi pater hoc iuſſiſſet. l. Si non mortis. D. de inofficioſ. teſtamẽ. Primum non hoc Vlpianus ait, ſed ſimplicem donationẽ in quartam haberi, ſi pater hac contemplatione donarit.

(*a*) Alex. cõſil. 8. & 28. in 5. Corne. conſi. 62. & 64. in vol. 4. Alciat. in l. In quartam nu. 38. D. ad legem Falcidiã.

XLIX.

(*b*) Hotoman. in §. vlt. Inſt. de inofficioſ. teſtam.

L.

Ex

Ex quo non facile illud cogitur. Iam vero de qua simplici donatione præcipiat, paulo ante disputaui. Deinde hoc ne ante Iustinianum obtinuerit, vel non, nihil laboro, illud aio, cum Iustinianus has donationes parentum morte cõfirmare statuit, illas legatorum quasi naturam induisse, atque adeo imputari idcirco debuisse nisi Iustiniani eiusdem constitutione contra præceptum fuisset. Huic vero nostræ definitioni occurritur ex nonnullis iuris partibus. L I.
Primum ex l. Filiæ cuius. C. famil. erciscund. cui constitutioni, cum ea Diocletiani & Maximiani sit, id est tam multis annis Iustiniani decisione antiquior conuenire nõ potest proposita explicationis ratio (a) Alciatus primi ordinis Consultus in ea lege non cõferri donationem ideo arbitratur, quod ea in mortis tempus tacite collata sit, non recte, nã vt irrita donatio silentio quasi tacita mortis cogitatione cõfirmaretur, id est vt legis rigor laxaretur, lata lege opus fuit. l. Cũ hic status. §. 1. D. de donatio. inter vi. & vx. Lex autem in hanc sententiam lata ante Iustinianum non exstat. Iacobus Cuiacius existimat in eius constitutionis specie ex testamento succesionem esse, neque eo casu donationem conferri, de qua sententia satis à nobis disputatum est. Quocirca credere probabiliter distingui quę L II.
filiæ nomine comparantur ab his quæ donantur filiæ, nec prorsus illa paria esse. Aut certè vt interdum paria sint, quod in aliqua specie tentari posse non nego, tunc certe necesse est res alterius nomine comparatas eidem tradi. l. 2. C. si alterius nomine. traditis ita rebus in oratione diui Seueri fuisse opus Papinianus ait in l. Papinianus. D. de donatio. inter vir. & vxor. ita fit vt huic explicationi non repugnet Vlpiani responsum in d. l. Cum hic status §. 1. D. de donatio. inter vi. & vx. Nam in l. Filiæ. res filiæ nomine comparata tradita filię numquam fuit, sed in patrisfamilia remansit, ita adiudicari filiæ eam debere Imperatores rescribunt.

(a) In l. In quartam. nu. 38. limita. 1. D. ad Falcidiam.

(a) l. Si quis argentū. C. de donationi. (b) l. 1. 2. 3. & 4. de donati. in C. de Theodos. (c) Ante l. Donationes. C de donat. inter vi. & vxor.

cribunt, non ex caussa donationis, quæ ante (*a*) Iustinianum sine traditione (*b*) perfici nulla potuit, non etiam silentio (*c*) & morte confirmari. Sed ex caussa fideicommissi, quod ex testatoris ementis voluntate satis inducitur, vt ex epistula inutilis donationis. l. Cum pater. 79. §. Donationis. l. Miles. 77. D. de legatis. 2. fac itaque patrem filiæ nomine donandi animo res comparasse. Donatio certe iure constare non potest propter patriam potestatē, etiam si filia ex testamento succedat, sed si pater dum vixit, non mutauit factum, eius iudicij constantia valet fideicommissum, exstat ea de re Gallieni & Valeriani constitutio, quam etiam opinor à Diocletiano intelligi, cum in d. l. Filiæ. ait. *Sæpe rescriptum est*, illius cōstitutionis verba sunt.

LIII. In C. Gregoriano. l. 2. tit. familiæ ercisc. cundæ. Aliter F. Hoto. de donationib.

" *Si domum, cuius meministi, pater tuus cū in potestate eius ageres, nomine tuo donādi animo cōparauit, iure quidē non subsistere donationem scire debuisti. Verū si in extremum fati diē, pater eadem animi destinatione durauit, iudiciū eius iuxta formā constitutā esse seruandum indubitati iuris est.* Eadē plane species cum l. Filiæ. C. Famil. ercisc. pro cuius constitutionis verbis illis, *si non postea contrariū eius iudiciū probetur*, habuerat, prior illa Gallieni. *Verū si in extremum fati diē, pater eadem animi destinatione durauit, iudiciū eius, &c.* Ex quibus collatis possent atq; aliæ explicationis exoriri, quod vero de irrita donatione adiungitur, dirimit omnes controuersias, illa postremo verba, *iuxta formam constitutam*, forte pertinent ad instrumentum emptionis, quo explicatum erat eam domum filiæ nomine cō paratam esse, nisi potius ex illis verbis coniecturam quis faciat, patrem qui filiæ nomine comparauit, iudicium suū testamento confirmasse.

LIV. Placet autem, quoniam res filiæ nomine comparatæ fideicommissi iure non confirmationis debentur, eas à die mortis testatoris deberi, vt in simili heredum filiorumue ratihabitione l. Si pater. D. pro donato. l. Si ancillam. §. Si pater. D. pro suo. Etenim dona-

donationem, quæ numquam confirmata est, aut potius quæ numquam fuit ad tempus quo collata est, referri non oportet. l. Donationes quas. C. de donatio. inter vir. & vxor. Porro in alijs parentum donationibus, quę re tradita in filios conferuntur, cum inutilis contractus species, & donantis intentio legitimis verbis nuncupata teneatur, fideicommissum induci, cum hoc actum non sit, non oportuit. Superest constitutio altera in l. Filium quem. C. Famil. erciscund. A qua donationis præcipuæ commoda vt exprimant, nihil non supponunt, & deprauant interpretes Accursij, Ioannis Azonis, Bartoli, Mathesilani, Politi aliorumque sententias diligenter Alciatus fregit. Qui tamen quoniam non vidit, filium fundi retenti prælegatiue partem eam, quam à coheredibus in eodẽ fundo capit, cũ ea portione, quã illis erat restituturus cõspẽsare, coheredibus fideicõmissarijs reddẽdi nescio quid conditionẽ minime necessariã inuexit, hoc est cõpensationẽ plenissimam iniquitatis, & erroris: præcipit enim filiũ qui in retẽto fundo partẽ, finge decem à coheredibus capit, eadem cõpensare cum decem totidem, quæ ei ab eisdem coheredibus pręlegata fingit, itẽ cũ decem alijs, quorum retentio ex quarta Trebellianica filio est, nimirũ pro viginti vt decem tãtum accipiat, deinde si suppleta quarta, pars aliqua fundi prælegati supersit, ait eam filium extra quartam habiturum, quod in fundi retẽtione vere præcipitur si filius restiruere extraneo rogatus sit. l. Si pater. in prin. D. de leg. 2. non si suis, & Falcidiam contra testatoris voluntatem inducat. Quamobrẽ in eius legis explicatione expeditior Goueani ratio sic est, filius qui retento, id est deducto, & ex hereditate accepto fundo, rogatus est, coheredi restituere, partem fundi quam à se capit, in quartam imputat, partem vero, quam à coherede in eodem fundo compensat. Si quid ad quartam deest, supplet, tum si quod

LV.

LVI.

lib. paradoxorũ. 6. c. 3.

quod in fundo amplius est, quam in quarta iudicio familiæ erciscundæ coheredibus restituit. Non tamen restitueret, sed haberet supra quartam, id est, neque imputaret, neque compensaret, si essent coheredes aliqui quibus nihil restituere rogaretur, quod in huius constitutionis specie

LVII. vsuuenisse, Arnaldus, Ferrerius doctissimus Iureconsultus statuebat. Ea sententia Iacobo Cuiacio probatur, & quidem opinor vera est. Nam portiones quæ capiũtur ab heredibus his quibus nihil restituitur, extra quartã sunt. l. In quartã. l. Nesennius. D. ad legem Falcidiã. veluti si extraneis restituatur. l. Cum pater. in prin. D. de leg. 2. l. Si ita. D famil. erciscundæ. Vtraque sententia cum iuri con-

In. l. Qui nõ militabat. 78. D. de heredib. instituendis.

LIIX. sentanea est, tum etiam constitutionis verbis Goueani si sic exaudias filium, imputatione, compensatione, deductione factis, compelli illud reddere, quod preterea in eo fundo soluitur & supra quartã est. Ferrerij sic vt filius, post imputationem compensationem & deductionem si quid præterea à cæteris in eo fundo soluitur, illud habens supra quartam, id est (a) præcipuum compellatur reddere portionem hereditatis suæ, quæ species probabilius huic constitutioni affingitur, nam illa verba, *quod à cæteris in eo fundo soluitur*, non obscure indicant fuisse coheredes aliquos, quibus restituere filius rogatus nõ est,

(a) Aliter Hotoman li. de quarta Pegasiana.

LIX. & quibus cũ cõpensatio nõ erat. Igitur, quod ad nostram disputationẽ attinet, si filius nihil supra quartã retinet, satis expedita res est. Itidem si retinet, nam de hereditaria retentione aut prælegato in ea lege agitur, non de donatione simplici. Manet itaque ex simplici donatione ante Iustinianum nihil præcipuum à filijs retineri, post decisionem Iustiniani simplicẽ donationẽ neq; conferri, neq; in quar-

LX. tã imputari. Apud Hispanos idem etiam definitũ est Alfonsina (b) lege sub tit. familiæ erciscundæ eiusdem operis alia lege (c) correcta. Nam qui in earum legum conci-

(b) Lib 4 tit. 15. par 6.

(c) Lib. 3. titul. 4. par. 5.

liatione

liatione multũ operæ laborisque ponũt; dedita opera operam perdunt. Illud ad iudicandum difficillimum est, an XXIX. Iustiniani nouella constitutio, quæ veteri iure abolito, liberis omnibus etiam ex testamento succedentibus collationis onus per omnia imposuit, ad simplicem donationem pertineant, (a) interpretes pene omnes antiqui negant. LXI. Quod tamen apud omnes leue, & infirmum sit, argumento ducto ex illis verbis Authentici. (b) *Ex testamento, & ab intestato cessat dotis, & aliorum datorum collatio.* LXII. Quasi aliorum datorum nomine donationes similes id est ob caussam intelligi necesse sit. Sed facile eos refellit idem ille locus qui apud nouellam vnde Irnerius Authenticum decerpsit, sic legitur (c) ἀλλὰ (inquit Iustinianus) καὶ τὰ πράγματα ἔχειν τὰ κατὰ προῖκα τυχὸν ἢ καθ' ἕτερον τρόπον διδόμενα. Id est. *Sed etiam res dotis nomine forte aut alio quocumque modo donatas retinere.* Quibus verbis omnis donatio sine controuersia comprehensa est, & paulo post omnino fieri collationes iubet. Itaque Romanus, & Decius primum, deinde I. Cuiacius ea nouella simplicem quoque donationem comprehendi putant. Quorum sententia non leuiter eius nouellæ verbis cõfirmatur, neque vlla postea edita constitutio est, ex qua possit coniectura capi, vt anceps & periculosa in alterutram partem inclinatio sit. Sed in re dubia placet potius, ea constitutione id tantum à Iustiniano constitui, vt collatio quæ prius in successionibus ab intestato locum habebat, deinceps nisi testator prohibuit, etiam ex testamẽto locum habeat, quid vero conferẽdum sit, qua lege, cõditioneue, id satis antea constitutionibus relinqui. πάντον τῶν ἔμπροσθεν περὶ συνεισφορῶν ἡμῖν νενομοθετημένων, ἐπὶ τῆς ἑαυτῶν μενόντων ἰσχύος. (d) *Omnibus* (inquit) *quæ de collationibus ante à nobis sancita sunt, in suo robore manentibus.* Itaque post eam cõstitutionem conferre deinceps ex testamento dotem, donatio LXIII.

(a) In Auc. ex testamento. C. de collatio.

(b) d. Auc. ex testam. C. de collationib.

(c) Nouell. 18. Auc. de triente & semiss. collat. 3. tit. 5. §. Illud.

(d) d §. Illud. collat. 3. tit. 5.

nem propter nuptias, militias, ſimplicem denique donationem oportet: his tamen caſibus quibus ab inteſtato cōferri eam Iuſtinianus præcepit. d. l. Illud. C. de collat. nam ſuperiores omnes collationū leges, cum hoc nō exprimatur à Iuſtiniano antiquatas eſſe credibile non eſt, quæ ſententia Balduino & poſterioribus alijs probatur: quod vero ad imputationem attinet, hoc ea conſtitutione correctū nō eſſe nemo ambigit, quā multa in huius rei tractatione à iuris explanatoribus peccētur facile is videbit, qui in alio

LXIV. rum auctoritatem ſe temere non contulerit. Relinquitur etiā fruſtra diſceptari an donatio ſacerdotij cauſſa ob cauſſam ſit, tum ſi ſimplex ea cenſenda eſt, non imputari neq; conferri, ſed huius quæſtionis definitio qua iuris ex parte ducatur, tertius locus tractatus iā patefaciet, ſi primū pauca de noſtris legibus. Apud Hiſpanos Taurinis poſteriori-

LXV. bus cōſtitutionibus ſatis hæc res impedita eſt. Nā cum libera teſtādi facultas in parētibus ita coāguſtata ſit, vt quintā bonorum partē liberi extraneis filijſuè teſtamento poſſint relinquere, reliquā ſubſtantiam neceſſario liberis debeant: hactenus tamē, vt ex liberis cui voluerint tertiā partem prælegare eis liceat, quæſtionis eſt, donationes ſimplices in legitimę ne portionis, an in tertię quintæue filijs imputandæ ſint, illud conuenit, emancipatorū ſuorumq; diſcrimen Taurinis legibus omnino ſublatum eſſe, tum donationes, quæ à parentibus in filios cōferuntur confeſtim perfici, cæterum reuocari reſcindique (*a*) vſque ad mortem poſſe, quaſi legatorum fideicommiſſorūue partibus fungantur, eorumq; iure (*b*) ſint, vt à cōmuni iure non lōge leges illę receſſerint. Etenim inter hęc nō multū differt, donationem ante mortē reuocari poſſe, aut ante mortem non perfici l. Omnes. §. 1. D. de reg. (*c*) iuris: hæc tamen de tertiæ partis donatione reſponſa vere ſunt, nam donatio quintæ partis ſi à patre in filium emancipatū, nepotes, vel

LXVI.

(*a*) ll. 7. Tauri.

(*b*) Molina de Primogen. li. 1. c. 12. n. 9.

(*c*) Tiraquell. de retract. conuēt. §. 2. gloſ. 1. nu. 9. Molina. vbi ſupra. n. 12.

pronepotes aut matre in quoſcumq; liberos conferatur, ſtatim perficitur,neq; reuocari amplius(*a*)poteſt:de collatione autē ſic eſt. Taurina. l.26.donationes prælegati nomine cenſeri,& præcipuas retineri à filijs intra quintæ tertiæq; portionis modū præcipit:rurſus l.29. dotē donationē propter nuptias, & reliquas omnes donationes cōferri,à pleriſq; interpretibus in eam ſententiā itū eſt, vt prior lex ad ſimplices donationes,poſterior ad ob cauſſam donationes ſolum pertineat.Itaque dotem & donationem propter nuptias ſemper conferri, ſimplices donationes numquam:quæ explicatio verbis illarum legū minime cōuenit,nam primum extremam illam legē 29.qua de donationibus inofficioſis agit,ad ſimplices pertinere donationes negare nemo poteſt.Satis enim hoc explicatum eſt, cum qui inofficioſa ſimplici donatione contentus paternis ſe bonis abſtinuit,ad reſtituendum ex eius legis formula compelli, præterea ad ſimplices donationes ſpectat pars ea legis, quæ à dote donationes ſeparat, eaſque ita demum inofficioſas eſſe decernit,ſi filijs portionem bonorū debitā mortis tēpore auferunt, aut minuūt. In vltimis enim iudicijs, & prælegatis, quibus ex l.26.hæc donationes adnumerantur, mortis tempus ſpectatur. l. Cū quæritur. C.de inofficio.teſta.iam vero dotē & donationem propter nuptias ab alijs ob cauſſam donationibus diſcerni quid attinuit?Quod ſi extrema ea lex ad ſimplices donationes pertinet,etiam prima. Nā de eadem dote & donationibus in alterutra ſpecie agi verborū(*b*)ſeries nexuſque demonſtrat, quid? cum nominata dote,& donatione propter nuptias lex ſubijcit, &(*c*)donationes alias, quæ præterea ob cauſſam donationes ſunt, quæ illis verbis ſignificentur? aut cur donationis verbo ſimplices id eſt veræ donationes non intelligantur, ſed ob cauſſam quæ potius negotia ſunt? & ad quas collationum leges

ſine

(*a*) Tellus Fernād.d.l.17.n 10. Molina.d.c.12. n.19.li.1.de primogen.

Ant.Gomez d.l. 29.Couar. in d. cap. Rainaldus. vbi ſupra.

LXVII.

(*b*) Saluo ſi la tal dote o donacio nes fueren inoficioſas.d.l.29.

(*c*) Y las otras donaciones. d. l.29.

ſine lege & temere producuntur. Cur etiam l. xxvi. verbis illis, *aut ex * alio contractu inter viuos donauerit*, dos, & donatio propter nuptias non comprehendantur? Præſertim cum omnes dent, dotem & donationem propter nuptias prælegati nomine in filium collatam non imputari, neq; conferri. Itaque non male docti quidam homines tentãt

* O por otro algun cõtrato entre viuos hiziere donacion. d. l. 26.

LXIIX. l. xxix. ſimplices, & ob cauſſam donationes comprehendi, hactenus tamen conferri, qua tertiam, & quintam, & legitimam portionem excedũt. De dote omnis iam eſt præciſa cõtentio, nam ex Caroli v. conſtitutione donare dotis cauſſa ſupra legitimam portionem non licet. E re quoque publica eſſet, quod ad reliquas donationes attinet, ſimiliter ſi lege lata expediretur. Igitur ſi ex Taurinis conſtitutionibus lis danda eſſet, hanc ſacerdotij cauſſa donationem, quæ mera & ſimplex donatio eſt, conferri aut imputari non oportere neceſſe eſt. Sed ex ſequẽti capite aptius res dijudicabitur.

Erat igitur ex tribus, quæ à nobis propoſita ſunt, hoc tertium, vt de his rebus diceremus quarum collatio non

LXIX. eſt. Legata fideicommiſſa, & quidquid teſtamento relinquitur, non conferri omnium ſententia eſt. l. Filiæ. 2. l. Filiã. C. de collatio. cum tamen imputentur, vt perpetua nõ ſit Iuſtiniani regula in l. Illud. C. de collatio. Aduentitia etiam non conferuntur. l. vlt. C. de collatio. Quod verbum in quibus rebus ponendum ſit recte Alciatus (*a*) differit. Caſtrenſe vero peculium, neque confertur, neque imputatur. d. l. vlt. C. de collatio. l. 1. §. Neque caſtrenſe. D. de collat. bonor. Idem reſponſum eſt de quaſi caſtrenſi. Vnde impenſæ quę pro Doctoreis infulis fiunt non imputantur, nec libri, qui Doctoribus comparantur à patre. De militijs non ita in promptu eſt, eas, quæ neque alienari, neque vendi poſſunt, non imputari neque conferri debere

LXX. Iuſtinianus ſanxit. l. Omni modo. §. Imputari. C. de inoffi. teſta-

(*a*) Alciat. in l. In quartam. nu. 33. D. ad. l. Falcidiam.

Alciat. in d. l. In quartam. nu. D. ad l. Falcid. Ant. Gomez ad l. 29. Tauri. n. 17

testam. Si vero tales militiæ sunt, vt vendi possint, quæ earum occasione ex defuncti pecunijs quęsita sunt, ea imputantur, & conferuntur. d. § Imputari. & l. Illud. C. de collationi. Eius generis priuatę omnes militiæ sunt, quæ ad aduocatos, ad professores liberalium artium, ad alia deniq; corpora & collegia pertinent, quibus artificij & negotiationis caussa ius coeundi à lege permissum esse Callistratus ait. l. 1. D. de var. & extraordinar. cognitio. Item militiæ
omnes ex casu. Lælio Taurellio politissimo iuris aucto- LXXI.
ri, qui de militijs ad Antonium Augustinum scientissime scripsit, persuasum est, ex casu militias appellari, publicas omnes, & ciuiles ad principis aulam pertinentes, vel dependentes ab illis, quas licet in alios transferre ex necessaria caussa per fortuitum casum imminente, id est, cum senio vel morbo, vel alia caussa impeditis, quia officium per se implere non poterant, sui loco alios subrogare permittitur. l. 3. l. vlt. C. de proximi. sacror. scrinior. quæ sententia à Balduino (*a*) alijsque doctoribus recipitur. Iacobus vero Cuiacius (*b*) negat militias vmquam ex casu
appellatas esse. Nam in nouella 53. vbi hoc disceptatur, LXXII.
non dici, τὰς ἐκ τοῦ κάστου καλουμένας στρατείας, sed, τὰς ἐκ καλουμένου κάστου στρατείας, id est, *non militias ex casu appellatas, sed militias ex eo, qui casus vocatur.* Neque huic Cuiacij opinioni aduersatur eiusdem nouellæ inscriptio, *De militijs ex casu*, quæ subdititia est, neque in Scringeri libris reperitur. Quocirca recte præcipitur, statutos Palatij Quæstoris adiutores, id est qui intra numerum XXVI. sunt, alios suo loco reponere quæstore consentiente posse. Vendito nimirum alij loco militiaque sua, supra nu-
merum vero hi tantum alienare possunt, qui adiutores la- LXXIII.
terculenses sunt, in scrinio memoriæ, vel in alijs duobus scrinijs melloproximi d. nouella. 35. Itē silentiarij. l. Omni modo. § Imputari. C. de inofficios. testam. Sed & trans-

(*a*) Ad nouel. 54.

(*b*) Ad l. 3. D. de minoribus.

Ex l. cōperimus. l. vlt. C. de proxim. sacror. Scrinior. & ex nouell. 35.

mitti hæ militiæ in liberos non heredes, & in extraneos heredes poterant, ſub certa tamen pecuniæ præfinitione, quæ centum aureorum fuit. Quod ſi miles in ſacris ſcrinijs deceſsiſſet, neque eius heredes aut liberi in eum locum aſciſcerentur, qui ſubrogatus erat, illis eam pecuniæ ſummam non hereditatis ſed priuilegij nomine præſtabant. l. Si quis in ſacris. C. de proxim. ſacror. ſcri. hæc vero pecunia appellatur præfinitio pretij, ſuffragium, ſolatium, ſcholæ placitum, & de (a) Cuiacij, Concijque (b) ſententia caſus militiæ, quæ certe opinio Iuliani veteris nouellarum interpretis teſtimonio in nouella XXXV. plane confirmatur. Igitur hic militiæ caſus, ſeu præfinitio & ſumma centum aureorum, à liberis imputatur, & confertur. Non ſi quid amplius à patre expenſum eſt. d. l. Omnimodo. § Imputari. C. de inoffici. l. Illud. C. de

LXXIV. collationib. Hæc vero definitio in alia munera, & municipalia officia, quæ pecunia comparantur, non male ab (c) Alciato dilata eſt, qui tamen male Palatinas militias cum veteribus Romanis coniungit. De quibus accurate Taurellus militiæ reliquæ vt vendi alienarique non poſſunt, ita neque imputari, neque conferri debent.

LXXV. Idem de dignitatibus probandum eſt omnino, quæ à militijs rectè ſeparantur, ita ſi dignitatis nomine à patre filio quid datum ſit, in commune conferre ille non cogitur, nam hoc propter dignitatis onera præcipuum eſſe oportere, Papinianus libro tertio decimo quæſtionum ſcripſit. l. 1. §. Neque caſtrenſe. D. de collat. Ex hoc autem loco, & parte iuris propoſitæ noſtræ

LXXVI. quæſtionis definitionem duci oportere rectius eſt. Fac vero ſacerdotium, quod Alciato & Fabro placuit, eccleſiaſtica militiam eſſe, clericos milites, quo nomine ſæpius à Gregorio, Vrbano, Cæleſtino appellantur. capit. 1. de clericis ægrotant. capit. Saluator. §. Igitur.

(a) In. l. 7. 11. vlt. C. de prox. ſacr. ſcri. & nouell. 38. 53. 97. In. l. 3. D. de minorib.

(b) In notis ad l. Omnimodo. §. imputari. C. de inofficioſ. teſta.

(c) In d. l. In quartam nu. 40. D. ad l. Falcid. Iaſſ. Rip. Caſtrenſis per Ant. Gomez in. l. 29. Tauri. num. 20.

1.q.3.c. Quid proderit.61. distinct. & quasi Castrensia ea, quæ in sacerdotij gradu, aut ex ea caussa, quæruntur. l. Sacrosanctæ. C. de sacrosanc. eccles. l. Castrense peculium. D. de Castrens. peculi. Profecto cum ecclesiastica cælestisque militia sit, non emi neque vendi potest, atque adeò relinquitur, si quid eius caussa expensum donatumúe sit, non imputari neque conferri. Idem plane statuendum est, si sacerdotium dignitatibus adnumeretur, quod satis verè dicitur, ita ecclesiastici ordinis dignitas.cap.Denique.4. distinct.c.Reperiuntur.1. quæst. 1. capit. Si quis post. 51. distinct. clericatus honor in l. Officialis, clericatus gradus. in l. Sacrosancta. C. de episcop. & clericis, & sacerdotij quasi dignitatis non pauca (a) priuilegia commemorantur. Hæc denique sententia pluribus doctoribus probata est, ex quibus tamen nonnulli casu potius quam iudicio ad eam delati videntur. Etenim ita explicant, vt cum his qui contra putant, communi sæpius errore capiantur.

(a) Perez.l.1.tit. 13.lib.1. ordina. Alciatus in.l. In quartam.nu.36. D.ad legem Falcidiam. Faber.d. §.vlt. Inst. de inofficios. testam. Aimon, Sauillianus. Consil.136. Igneus in.l.3.§. subuenire. nu. 176. D.ad. S. C. Syllanian. Cassanæus in consuetudi. Burgundiæ Res. 7. §. 5. col. 1. Tellus Fernãdus in. d. l. 26. Tau. nu. 16. Ant. Gomez in l. 29. Tauri.

ANTONII QVINTANADVENNAE ECCLESIASTICON LIBER IV.

Ad Concilium Lateranenſe, vel de prohibita beneficiorum multitudine.

SALMANTICÆ,
Apud Guillelmum Foquel.

M. D. XCII.

SVMMÆ RERVM.

I. ENumerantur canones, & decreta à quibus hæc prohibitio fluxit.
Singulorum tempora & ætates contra Interpretes omnes.

II. Apud veteres canones multa sunt quę ad hanc prohibitionẽ pertinent, sed nõ ipsa prohibitio nominatim.

III. Explicatur ex Agathensi Concilio c.
c. Vnum Abbatem. 21. q. 1.
Monachi tunc non presbyteri.
Quando Abbas pluribus monasterijs pręsit.

IV. Iustiniani Gręca constitutio. 39.

V. Hunc canonem non videri Agathensis Concilij ex Cõcilio Chalcedonensi.
c. Clericum. 21. q. 1.

VII. c. Si iã trãslatus. 11. q. 2. in vtroq; agi de trãslatione.
Translationis antiqua prohibitio.

IIX. Canon Chalcedonensis ex alio eiusdem Concilij explicatur.

IX. c. Singula. 89. di. nihil ad hãc prohibitionem attinere.

X. Ex Toletano Concilio. 16.
Explicatur. c. Vnio. 10. q. 3. de vnione & quando fiat.

XI. Iustiniani nouella. 29. eiusdem constitutio Gręca. 35.
In singulis vrbibus singuli episcopi.

XII. Translatio tolerata Latinis & Gręcis, ex caussa.
Mamielis patriarchę locus.

XIII. Demetrij Chomateni sententia refellitur.

XIV. *Imperatorem non posse gratiam canonum facere. Explicatur nouella Iustiniani III.*
XV. *Explicatur canon* XV. *Nicæni.2.Concil. Hoc canone primũ prohibita beneficiorũ multitudo. Photÿ Theodori locus.*
XVI. *Canone* XV. *non agi de translatione.*
XVII. *Multitudo beneficiorum etiam pauperibus interdicta.*
XIIX. *c.Clericus.3.& 4.dist.91.*
XIX. *Prohibitio canonis Nicæni ad solas Ecclesias. C. Politanas pertinet.*
XX. *Nullam hoc canone pœnam exprimi.*
XXI. *Explicatur c.Per laicos.16.q.7.*
XXII. *Ex concilio Placentino c. Sanctorum.70.dist.*
XXIII. *An hic canon ad solos canonicos pertineat. Refellitur Archidiaconi & Innocentÿ sententia.*
XXIV. *Refellitur Dominicus,& alÿ,item Hugo Fanensis,Panormitanus,Præpositus.*
XXV. *Verus sensus illius canonis.* XV. *Quid canonicus, canon,canonica portio,annonę,prabenda.*
XXVI. *Ædificatores ecclesiasticorum templorum quo pacto vectigalia,& census eis constituebant olim.*
XXVII. *Annonę seu beneficia varÿs nominibus appellantur.*
XXIIX. *Beneficia olim non in pecuniæ summa. Quid canonica collatio,portio, canon superindictio.*
XXIX. *Quid titulus.*
XXX. *Quid beneficia in c.Si monachuss.16.q.1.*

Dispen-

Diſpenſatio ſemper eſt neceſſaria etſi iuſta cauſſa ſubſit.

An conſuetudo idem quod diſpenſatio efficiat.

LVII. *Decipi qui reſidentiam ſemper ex iure diuino opinantur.*

LIIX. *Quid cauendum his, qui Eccleſias ſuas alijs gubernandas tradunt.*

LIX. *An in alijs beneficiorum generibus reſidentia ſit iuris diuini.*

LX. *Olim nunquam beneficia ſine presbyterio.*

Nunquam ordinatio ſine beneficio.

Clericorum immunitas vnde.

LXI. *Cur clerici, abſolutè poſtea, & ſine Eccleſia ordinati.*

LXII. *In beneficijs cum animarum curatione coniunctis multa ſingularia.*

In mandatis Pontificijs, in venia multitudinis, natalium non veniunt.

LXIII. *Qui impetrauit mandatum de prouidendo ad quæcunque, beneficium cum minor eſſet, ſi poſtea maiori vacauerit curationis beneficium non capiet.*

LXIV. *Quinimo in ea ſpecie poſt vacationem curati, neque ſimplex capiet, ſi dolo vſus eſt.*

LXV. *Ætas eius qui ad curationis beneficium vocatur.*

LXVI. *Intra quod tempus ordinari eum presbyterum oporteat, & qua pœna id ſancitum ſit.*

Quid in beneficijs ſimplicibus.

XXCIV.

XCVI.

XCVI. *Sex casus, in quibus post hanc constitutionem editam beneficiarius retinet optionem eius beneficij, quod dimissum est.*

XCVII. *Quatuor casus in quibus pœna huius constitutionis ad alia beneficiorum genera prẹter curationem pertinent.*

XCIIX. *In quibus aucta pœna huius constitutionis sit, in quibus extenuata.*

XCIX. *In quibus beneficijs hẹc constitutio habeat locum.*

De Pontifice Romano, & summa & vnica eius potestate.

C. *Roma ad tempus discedere Pontifex potest, sed Romanam cathedram mouere non potest.*

CI. *Pontificatus Maximus beneficij nomine continetur.*

CII. *De Cardinalibus Romanis.*

CIII. *Cardinalis nomen non reperitur apud veteres canones.*

Explicatur. c. A subdiacono. 93. dist. c. Prẹsul. 2. q. 7.

CIV. *Ex Romana Synodo canon. VI. c. Diaconi. 93. dist. Quo pacto septem diaconos Romẹ non plures esse prẹcipiatur.*

CV. *Explicatur. c. Diaconi. ex sexta Synodo in Trullo, & Photio, de Agapis.*

CVI. *Alia explicatio ex Synodo Nicẹna & Florentino Concilio.*

CVII. *Explicatur canon Nicẹnus & munera septem diaco-*

CXXI.

Ex

Ex Concilio Lateranensi.

De mulcta.

c. De mulcta. de præbend.

INnocentiana hæc sanctio de prohibita beneficiorum multitudine satis nobilis est cum operosis doctorum commentarijs, tum tractatione crebra rerum quotidianarum. Mihi certe dãda est opera non vt argumentis subtilius contortis, & rationibus ad tenue elimatis, quod in hac iuris parte non ita magnæ vtilitatis est, sed latiore specie, perspicue, & breuiter huius argumẽti capita exponamus. Etenim operæpretium erit si hic locus expeditus, & quasi in promptu sit qui ad bonam illam virtutis disciplinam, quam à veteribus sacrisque canonibus accepimus, non leuiter homines deteriore consuetudine deprauatos erudit Principio I. itaque beneficiorum multitudinem clericis à Concilio Agathensi interdictam esse Pontificij iurisconsulti tradunt c. Vnum. 21. q. 1. ab Agathensi Concilio prope Synodus Chalcedonensis abfuit, ex qua in eandem sententiam sumptum est ca. Clericum. 21. q. 1. Magno vero Gregorio qui post illam nondum quadraginta annis expletis Romanus Pontifex renunciatus est, tribuitur. c. Singula. 89. dist. Iam vero. cap. Vnio § Ideo. 10. q. 3. Gratianus descripsit ex Toletana Synodo XVI. quę habita est Era DCC. XXXIIX. tũ in c. 1. 21. q. 1. graue testimonium est, quod huic sententiæ Synodus septima dedit quam ego non Cõstantinopolitanam vt nonnulli arbitrantur, sed Nicænam secundam esse opinor anno. 789. At c. Per laicos. 16. q. 7. non primi Alexandri est, sed alterius, qui Pontifex creatus est anno CIↃ. LXI. annis post septem & viginti. Synodus Placentiæ ab Vrbano II. coacta est, vnde c. Sanctorum. 70. dist. tum. c. Quam nonnulli. de cler. non residentib. c. Eante. de æta-

P te &

te & qualit.c.Quia in tui c.Referente.ca.Ad hæc.ca.Cum non ignores hoc titul.sunt ex Concilio Lateranensi eo, cui Alexander tertius interfuit: ex generali vero in eodem Laterano sub Innocẽtio,nostra hęc cõstitutio.&.c. Cũ iã dudum.sup.hoc tit.quã certe varijs editis cõstitutionibus posteriores Pontifices explicarũt,vt Bonifacius IIX c.Super eo.c.Cũ in singula.32 de prębẽ.l 6.Clemens.c.Gratię. de retent.c.Si plures.cap.Si iusta.de præbend. Ioannes.22. extrauag.Execrebilis.de præbend. Postremo sacra Tridẽt. Synod.c.2.&.4.sess.7.&.24.c.17. Hic est temporum ordo & quasi fastus eorum canonum qui in hanc setentiã proferuntur,quos tamẽ alij notãt perperã,& posteriores priori loco referũt. Sed hunc errorem facile is deponet,qui autorũ ętates ad historiæ fidẽ exigat. Equidem non dubito si

II. quis in veterum canonũ decretis attentius versetur, quin multa paßim occurrant quæ magnã vim habeant ad clericos ab hac beneficiorũ coaceruatione,& cõgestu deterrẽdos,vt illorũ temporũ disciplina iniquißimũ hoc quęstus genus non tã vindicarit, quã non tulerit, nõ modo primis illis Ecclesiæ adolescẽtis exordijs quibus clerici profaniq; homines iuxta mutuo quodam charitatis affectu non solum proprias facultates sed operam quoq; suam,laborem, & industriã in cõmune conferebant: sed etiam longo postea annorum decursu. Nam partitio illa præfinitioque munerum, quibus non solum sacerdotes,sed etiam clerici omnes etiam infimi ordinis mancipabantur ex Chalcedonensi canone, qui multis postea seculis obseruatus est hanc Ecclesiarum beneficiorumq; multitudinẽ imprimis abhorruit. Quid beneficiariorum aßiduitas in muneribus obeundis grauißimis pœnis desertorum toties ab antiquis canonibus sancita? quid prohibitæ translationes episcoporum? Itaque nisi veteres canones frigerẽt, atq; adeò deluderentur planè, Ecclesias plures vni beneficiario cõ-

mitti

mitti non potuisse placet: illud verò hanc beneficiorum multitudinē nominatim & expresse ante Agathense Concilium, vel circiter ea tempora interdictam fuisse, non ita. Forsitan quia necesse non fuit, neque adhuc ea pestis in Ecclesiā inuaserat, quamobrē de his canonibus sigillatim. Principio profertur ex Agathensis Concilij canone. 57. III.
Vnum Abbatem duobus monasterijs præsidere interdicimus. „
21. quæstion. 1. qui certè canon ad hanc beneficiorum multitudinem de qua quætimus non valde attinet: nam sub ea tēpora nullos monachos sacris initiatos fuisse monasteria etiam pleraq; non dedicata antea admonuimus. Præterea vt pluribus monasterijs vnus Abbas præficiatur, rectę gubernationis ratio nō fert, quia plura corpora vnius capitis tutelę non recte cōmittuntur, Balsamone auctore, quod nō facile ad beneficiarios quoscunque trahas, itaq; si plura monasteria, κατὰ ἐπίδοσιν in vnū colligata coalescant, canoni locus non est, ita Pantocratorenus Abbas innumeris monasterijs prępuit, quo vero pacto monachorū decanijs seu decurijs Abbates pręficerētur, ex Casiano disces, neq; ad rē valde pertinet. Hoc autē, quod Agathēsi canone decernitur, statuit etiā Iustinianus Græca cōstitutione xxxix de epis.& cler. cuius cōstit. epitome exstat apud IV.
A. August. *Morasteria sub episcopis suarum regionum censentur,* „
& de eorum præfectis episcopi cognoscent. Duorum vero monasteriorum nullus præfectus curam geret. Quæ constitutio in Basilicos relata non est. Postremo hic mihi canon suspiciosus V.
est, eumque opinor inter Agathensis Concilij canones falso irrepsisse, & quidem non dubio suspicionis odore mihi sensisse videor, nam Photius lib. nomocanonum titu. 1. capit. 20. *Neque præsul* (inquit) *duorum monasteriorum quisquam sit, vt constitutione.* XXXIX. *eiusdem titul.* Neque „
præterea huius canonis meminerit: quis autem credat, ab eo qui diligentisime nomocanones conscripsit, cano-

 nem

nem Agathensem, qui ante Iustinianum editus est, cum illius constitutionis sententia consentientem, fuisse prætermissum. Quid? Theodorus Balsamon ad eumdem Photium, ait hanc eamdem Iustiniani constitutionem XXXIX. quoniam in Basilicos descripta non fuit, nihil astringere nisi ἀκολούθως per interpretationem & consequentias canonis XV. Concilij septimi, constituentis ne quis in duabus Ecclesijs vnius vrbis clericus fiat. *Si namque*, inquit Balsamon, *non permittitur cuiquam in duabus Ecclesijs clericum fieri multo magis præsul duo monasteria non moderabitur.* Anne si hic canon in Agathensi Concilio exstaret, verisimile est, Theodorum, vt Iustinianeam constitutionem confirmaret, ad Synodum Nicænam II. quæ CC. L. annis postea habita est processisse, atque inde canonem XV. mutuatum esse, qui de monachis nihil agit, & interpretatione satis longe petita rem comprobasse, quam antiquior longe Concilij Agathensis canon literatè, & diserte definierat? mihi certe non videtur, nam illud nemo dixerit, hominibus cum Græcis, tum Græcè doctissimis, cum de canonibus scriberent, Agathensis Græci concilij veros canones fuisse ignoratos.

VI. De decimo canone Chalcedonensi videamus. *Clericum in duarum Ecclesijs ciuitatum eodem tempore conscribi non oportet.* Ita Gratianus eadem 21. quæstione 1. Qui tamen de se addidit illa verba, *eodem tempore*, vt leuissime dicam certe non necessaria, nam cum eodem Chalcedonensi Concilio decretum esset, ne quisquam clericus absolutè ordinaretur, sed certo muneri functionique in Ecclesia addictus, quid opus alio præterea decreto fuit, ne quisquam in duabus ciuitatibus eodem tempore clericus ordinaretur, cum id muneris in duabus vnus ciuitatibus eodem tempore obire minime posset. Censeo itaque eius canonis hanc potius sententiam esse, ne

quis-

quiſquam vbi ſemel in Eccleſia aliqua clericus ordinatus eſt, ea deſerta, atque derelicta ad aliam alterius ciuitatis trãsferatur, indicat vel eius canonis inſcriptio in verſione altera. *Vt non liceat de alia ciuitate in aliam transmigrare*, tum eius canonis verba ſic ſunt. x. *Non licere clericum in Eccleſijs duarum ciuitatum ordinari ſed in ea, in qua ab initio ordinatus eſt, & cuius expetitio erat ante profugium, & ſi propter vanæ gloriæ deſiderium, vt poſt ad maiorem Eccleſiam confugeret, eum indubitanter reuocari debere ad eam, in qua ab exordio ordinatus eſt, & ibi tantũmodo miniſtrare.* Nonne illa, *profugiũ, confugeret, reuocari*, ſatis demonſtrant hunc canonem de eo loqui, qui Eccleſia ea, in qua primum clericus ordinatus eſt, deſerta ad aliam forte ſplendidiorem ambitioſe demigrat: denique non Eccleſiarum multitudinem prohiberi, ſed tranſlationem, eiuſdem decimi canonis illa plane euincunt, quæ continuo ſequuntur. *Si quis vero iam tranſlatus eſt, ab alia in aliam Eccleſiam nihil habe[illegible] commune cum priore Eccleſia.* Et reliqua quæ Gratianus retulit. c. Si quis iam tranſlatus. 21. q. 2 quæ canonis pars auget pœnas in eos ante decretas, qui ab vna Eccleſia in alteram aufugerant, quarum meminerat canon eiuſdem Concilij quintus, exſtant vero grauiſsimæ in Concilijs Antiocheno, Sardicenſi, & Carthaginenſi, deinde repetitæ renouatæque ſunt in ſecunda Synodo Nicæna c. Propter eos. c. Si quis presbyter. c. Epiſcoporum. c. Non oportet. c. Si qui vero. 7. q. I. vt ſatis intelligere nõ poſsim cur in eccleſiaſtica hiſtoria Socrates hanc tranſlationem priſcis canonibus fuiſſe prohibitam neget, denique huius decimi canonis, canon eiuſdem Synodi Chalcedonenſis vigeſimus meminit, qui de tranſlatione non obſcure ſcriptus eſt. *Clericos in ſuis Eccleſijs conſtitutos, ſicut iam definiuimus in decimo canone non liceat in alterius ciuitatis Eccleſijs ordinari. Sed quieſcant in ea, in qua ab initio miniſtrare meruerunt, exceptis illis, qui proprias ciuitates*

VII.

li. 2. tripert. c. 8.

IIX.

, *perdiderunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migrauerunt.*
, Satis congruunt illa. *quiescant, migrauerunt,* & reliqua.
IX. De Iustiniano mox videbimus, tũ Anselmus, Iuo, Gratianus ex B. Gregorij libris proferunt. c. Singula. 89. distinct. qui certe locus, si ex aliqua Gregorij constitutione citaretur, non vulgari esset momento ad hanc multitudinis beneficiorum prohibitionem persuadendam, nominatim certè eo capite nihil prohibetur. At non illud ex constitutionibus Gregorij, sed ex acute grauiterque dictis sumptus est Ioanne Diacono auctore, qui altero libro eo, quẽ
, de illius Pontificis vita conscripsit sic refert. *Singula eccle-*
, *siastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim com-*
, *mitti debere dicebat, asserens quia sicut in vno. &c.* Quartus
X. vero canõ ex Toletano Cõcilio XVI. disertè vetat, ne plures Ecclesiæ vni presbytero cõmittantur. c. Vnio. § sed & hoc necessario. 10. q. 3. Ceterum eius canonis prohibitio ad hanc Innocentianam nihil pertinet, etenim non ille hoc decernit, ne plura beneficia, aut plures Ecclesias, quæ separatæ suis ipsæ parœcijs singulæ per se constant, vnus sacerdos possideat, sed illud potius, ne Ecclesiæ plures in vnum quasi corpus copulatæ temere, & confusè coniungantur, vt vna deinceps Ecclesia sit, atque vnius sacerdotis fidei committatur, quemadmodum enim sacris canonibus vetitum est, ne in vna eademque ciuitate & Ecclesia plures episcopi, aut sacerdotes ordinentur, id quod cum Regum libidine apud Hispanorum Ecclesias non semel tentatum esset, seuerissime Toletana Synodus XII. canone 4. sanxit. Ita etiam caueri oportuit, ne Ecclesiarũ coniunctio nisi ex canonum præscripto fieret, hoc est, cum vtilitas hoc Ecclesiæ aut necessitas postulat, vt si fana forte diruta sunt, si duo sacerdotes ali commode non possunt, si vicinæ ciuitates aut pagi sint, in quibus ciuium frequentia vastitate hostium non leuiter decreuerit, ita Cumanæ

manæ Ecclesiæ Misenatem, Veliternæ quamdam aliam B. Gregorius adijcit, & adnectit. c. Postquam hostilis. 16. q. 1. ad hanc vero beneficiorum coniunctionem, quæ vnio dicitur, Toletanum canonem pertinere satis illa indicant. *Eadem scilicet ratione præcipimus vt Ecclesia quæ vsque ad decem*, *habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem, quæ vero minus*, *decem mancipia habuerit, alijs coniungatur Ecclesijs*. Huc pertinet quod nouella Iustiniani XXIIX. Helenopontus, & Pontus Polemoniacus, & nouella XXIX. Paphlagonia & XI. Honorias, in singulas prouincias redactæ coëunt, sed & episcopia, quæ singulæ prouinciæ bina habebant, ne hoc contra sacros canones fiat non coniunguntur, eiusdem etiam imperatoris Græca constitutio XXXV. sub titul. C. de episcop. & clericis. vniuscuiusque verbis suum episcopum esse præcipit, & si quis tametsi per Principis rescriptum vrbem à suo episcopo auferre audeat, aut territorij partem, aut ius aliud, eum his quæ habebat spoliatum infamia notat. Excipitur tamen ea constitutione Tomensium vrbs in Scythia, cuius episcopus ceterarum quoque curam gerit, & Leintopolis in Isauria, quæ sub episcopo Isaureopoleos est. Itaque hæc iura agunt de beneficiorum coniunctione, ea quam Iustinianus ἕνωσιν appellat, vulgo vnionem, cum Ecclesiæ in vnum collegatæ adeò coalescunt, vt vna Ecclesia, vnum beneficium, vnum ministerium, non duo vere dici possint, huius autem rei prohibendæ longe alia ratio est. Nam si beneficio quod quis possidet, aliud adijciatur, vtrumq; rectè obtinet etsi à Pontifice canonibus solutus non sit. Fateor tamen illam sedium mutationem, si magnam aliquam Ecclesiæ vtilitatem afferret, toleratam interdum XII. esse, quod cum Latinorum auctorum testimonijs, tum etiam Græcis comprobatur. Manuel Patriarcha Constantino P. cum septem alijs episcopis Ioanni Ezeri episcopo

copo ſub Lariſſa Metropoli ex Synodi conſulto his pro-
, pe verbis de epiſcopi tranſlatione reſpondet. *Quod ſi rur-*
, *ſus cum ſua Synodo Metropolitanus ob cauſſam laudabilem, &*
, *probabilem prætextum (vtilitas autem hæc animorum, & Ec-*
, *cleſiaſtici ſtatus adminiſtratio) comprobauerit, vt quis epiſ-*
, *coporum qui ſub eius iure, ac ditione ſunt, deponat quidem*
, *ſedem, & epiſcopi nomen: ad aliam autem, quæ in eadem*
, *Metropoli ſit, epiſcopem transferatur, id ſine dubio atque im-*
, *pedimento faciet, quod hominum ſaluti, & eccleſiaſtico de-*
, *cori noſtra mediocritas, ſacraque ipſius fraternitas omni ſtu-*
, *dio conſulat. Quamobrem & admittenda cenſebitur tranſlatio*
, *ob dictam cauſſam, & rata firmaque manebit, vt cui nihil*
, *aduerſetur.* εἰ δὲ αὖγε μετὰ τῆς οἰκείας συνόδου ὁ μη-
τροπολίτης, δι᾽ αἰτίαν ἐπαινουμένην, καὶ ἀπολογίαν εὐπρό-
σωπον (ὠφέλεια δὲ αὕτη ψυχῶν καὶ κυβέρνησις ἐκκλη-
σιαστικῆς καταστάσεως) εὐδοκήσει ἀποθέσθαι μὲν τὸν θρό-
νον καὶ τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὄνομα τινὰ τῶν ὑπ᾽ αὐτὸν ἐπισ-
κόπων. μεταθεῖναι δὲ τοῦτον ἐν ἑτέρᾳ ἐπισκοπῇ ὑπ᾽ αὐ-
τὸν δὴ τὸν μητροπολίτην τελούσῃ. ἀνενδοιάστως τοῦτο καὶ
ἀκωλύτως διαπράξεται, ὡς τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας
καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εὐκοσμίας ποθητῆς οὔσης καὶ
παρὰ τῇ ἡμῶν μετριότητι, καὶ τῇ ἱερᾷ αὐτῆς ἀδελφό-
τητι. ὅθεν καὶ δεκτὴ λογισθήσεται ἡ μετάθεσις διὰ τὴν
XIII. εἰρημμένην αἰτίαν, καὶ ἕξει τὸ στέργον. Nam quod Demetrius Chomatenus Bulgariæ Archiepiſcopus Conſtantino Cabiſilæ Dyrrachij Archieſpiſcopo reſpondet, epiſcoporum tranſlationem ſacris canonibus ſcriptis, & non ſcriptis repugnare, interdum tamen permitti ſi princeps aliquem pontificijs canonibus ſoluerit, vt factum eſſe idem ait in Euſtachio nobili Rhetore, qui cum Lyciorum Mireorum epiſcopus lectus eſſet, deinde ad Theſſalonicenſium Metropolim tranſlatus eſt Manuelis Comneni Porphirogynetæ iuſsione quaſi vno ſacro

ſacro miniſterio excepto reliqua omnia Pontificalia ad Principem ſpectent. τὰ τοιαῦτα οὖν, inquit, ὡς εἴπομεν, κέλευσις μόνη βασιλικὴ δύναμιν ἔχει, μεταλλάττειν τε, καὶ καινοτομεῖν. Et paulò poſt. καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πλὴν μόνου τοῦ ἱερουργεῖν τὰ λοιπὰ ἀρχιερατικὰ προνόμια σαφῶς εἰκονίζει ὁ βασιλεὺς, ἐφ᾽ οἷς πράττει νομίμως τε καὶ κανονικῶς. Hoc inquam non ita magni momenti eſt, etenim quid in ea re ſacri canones decernant, cum id nemini dubium eſſe poſsit, in dubium incertumque vocare Demetrius non potuit. Illud certe perfecit, vt in eius aliorumque ſimilibus reſponſis optimus quiſque doleat cum labentem atque corruptam illius temporis diſciplinam, tum Græculorum Antiſtitum leuitatem, qui diuturna ſeruitute ad Principum aſſentationem turpiter eruditi ſacrorum canonum decreta vaniſsimis commentis deprauare in illorum gratiam non verebantur. Iam vero vt canonis gratiam ab vno Imperatore fieri in hac tranſlatione epiſcoporum poſſe Demetrius doceat, laudat Iuſtiniani nouellam ex libro tertio Baſilicorum: hanc vero nouellam eſſe Iuſtiniani tertiam ex Theodoro ad Photium ſatis cognoſcitur, qua Iuſtinianus negat in minoribus Eccleſijs clericatus honorem ſuſcipientibus poſtea in maiorem Eccleſiam C. Politanam per patrocinium cuiuſcunque tranſire licere, idque ex ſacris canonibus, & monachorum exemplo, tum ſi iuſta aliqua tranſlationis probabiliſque cauſſa Archiepiſcopo, aut imperatori probetur, permittit ex alijs Eccleſijs accerſitos clericos clero maioris Eccleſiæ acce nſeri, ab ipſo nimirum Archiepiſcopo, non ab Imperatore, cui hoc tantum poſtulare, & proponere epiſcopo fas eſt, quod pluribus eius nouellæ locis teſtatum eſt, vt vaniſsima huius aſſentationis leuitas nemini in dubium venire poſsit. Hanc autem tranſlationem permiſſam te- XIV.

mere non esse, vel illud indicio est, quod ex Græcis au-
ctoribus quidam monumentis diligenter eorum nomina
consignarunt, qui ex vna episcope in aliam sunt translati.
XV. Sed redeamus ad nostra. Sequitur secundæ Synodi Ni-
cænæ canon xv. quem ego canonem primum esse statuo,
qui nominatim atque expresse clericos prohibuerit mul-
titudine Ecclesiarum, indicant illa verba ἀπό τοῦ πα-
ρόντος, quasi antea hoc prohibitum non sit, & repe-
rio Græcos canonum interpretes in hac sententia fuis-
se. Nam Photius titulo I. capit. 20. & ad eum locum
Theodorus Balsamon hunc vnum canonem xv. profert
in eam sententiam, ne quis in duabus Ecclesijs vnius
vrbis clericus fiat. Idem etiam Theodorus à Marco Ale-
xandriæ Patriarcha interrogatus, an possit quis in di-
" uersis Ecclesijs ordinari, necne: respondet. *Dixit in euan-*
" *gelijs Dominus, Nemo potest duobus dominis seruire, nam vni*
" *adhærebit, & alterum aspernabitur*. Vnde & canon xv.
sanctæ, & œcumenicæ Synodi hæc ad verbum exprimit.
" *Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesijs non collo-*
cetur. Et reliqua eius canonis verba recitat, neque alium
præterea in hanc sententiam canonem, quem ille non
XVI. prætermitteret, si vllus exstaret. Quod autem suspicatus
aliquando sum, eum canonem de translatione agere,
sententiam muto: etenim translatio multis antea ca-
nonibus prohibita fuerat, cum illa verba, ab hoc dein-
ceps tempore, nouæ interdictionis non obscuram sig-
nificationem habeant. Tum translatio vbique interdi-
cta est, cum tamen eius canonis interdictio intra vrbis
Constantinopolitanæ fines extremo capite conclnda-
tur. Denique prohibitionis caussa, testimonia sacra, &
totius canonis contextus, re accuratius perpensa, me ab
hac sententia deducunt. Ita etiam Photius, & Theodo-
rus opinati sunt, qui cum eodem titu. I. cap. 26. de trans-
latione

latione agerent, multis canonibus prolatis, hunc xv. ex
ſeptima Synodo non attigerunt. Igitur decimus hic XVII.
quintus canon prohibet, ne clerici in duabus Eccleſijs
ordinentur, vt omnis auaritiæ ſuſpicio, vnde hæc cla-
des in Eccleſiam primum fluxit, ab eccleſiaſticis homi-
nibus in primis pellatur, quin etam prohibitio proce-
dit, ſi inopiæ, egeſtatiſque cauſſam huic rei clerici præ-
tendant, quod in vrbe Conſtantinopolitana vſuuenire
clericis non potuit, niſi Iuſtiniani nouella conſtitutione
tertia contempta, & clericis ſupra numerum adlectis.
Ceterum hac ipſa in egeſtate, & inopia ad multas Eccle- XIIX.
ſias clericis aditus patere Synodus non voluit, ſed eos ar-
tificio & opera tenui Pauli Apoſtoli exemplo victum ſibi
quęritare, de Concilij Carthaginenſis ſententia, vnde Gra
tianus deſcripſit cap. Clericus. III. & IV. diſtin. 91. In hac XIX.
tamen huius canonis xv. prohibitione obſeruari opor-
tet, hanc Eccleſiarum multitudinem clericis intra vrbis
C.P. męnia ſolum interdici, nam ad loca, & regiones alias,
in quibus annonarum nimia tenuitas eſt, ſanctio huius ca
nonis non pertinuit, demonſtrant illa verba. *Et hæc qui-
dem in hac à Deo ſeruanda Vrbe, ceterum in Villis, quæ foris
ſunt propter inopiam hominum indulgeatur.* Nec recte inter-
pres extulit, *Villis*, cum Græcæ, χωρίοις ſit, quo ver-
bo etiam regiones, & loca quacumque ſignificantur.
Deinde hoc canone nullam nominatim pœnam in eos XX.
decretam eſſe, qui in pluribus Eccleſijs ordinantur,
quæ certe cauſſa fuit, vt hic canon non ita multo poſt
contemni, violarique cœperit, ita Theodorus ad Mar-
cum hoc canone recitato ſubijcit. παρατηρητέον οὖν
τὰ τοῦ θείου τούτου κάνονος συντηρεῖσθαι ἀπαρεγχείρα-
τα. πολλὴ γὰρ γέγονεν αὐτοῦ καταφρόνησις. *Obſeruan-
dum*, inquit, *vt diuinus hic canon integer, inuiolatuſque ſerue-
tur, etenim magna eius contemptio fuit.* Falluntur vero, qui XXI.
hanc

hanc interdictionis legem fusam, & collatatam esse ab Alexandro putant. c. Per laicos. 16. q. 7. qui certe canō descriptus est, ex Alexandri II. epistula ea, qua Synodum quandam à se habitam refert, pertinet vero non ad eos, qui plures Ecclesias simpliciter obtinent, sed ad eos qui laicorum ope, & ministerio hoc assequuntur. De laicis enim toto eo capite agitur, atque ita illa. *Nullus habitum monachi suscipiat, spem aut promissionem habens vt Abbas fiat*, ad eos etiam spectant, qui à laicis hominibus Abbatias accipiunt, aut pollicitationibus interpositis paciscuntur, quod vtrumque grauiter sanciri sub ea tempora imprimis oportuit, nam in Ecclesijs, ecclesiasticisque dignitatibus distribuendis dissoluta consuetudo liberiorem quandā licentiam dederat, quam compresit editis post constitutionibus Gregorius VII. is, qui Alexandro successit, & Paschalis etiam. II. qui quartus à Gregorio Pontifex fuit habito Concilio apud Threcas anno M. C. XVI. vt Nauclerus auctor est, illorum canones Gratianus retulit. capit. Si quis deinceps. cap. Quoniam. cap. Si quis clericus Abbas. cap. Constitutiones. ca. Nullus eadem. 16.

XXII. q. 7. Itaque rectius post septimam Synodum ad hanc Ecclesiarum multitudinem coercendam ex Concilio Placētino profertur. c. Sāctorum. dist. 70. cuius capitis prohibitio extra vrbis C. Politanæ fines egressa omnes generatim Ecclesias complectitur. *Omnino*, inquit, *in duabus aliquem titulari non liceat. Sed vnusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione vnus diuersis præesse possit Ecclesijs, canonicus tamen præbendarius,*

XXIII. *nisi vnius Ecclesiæ in qua conscriptus est, esse non debet*. Sed anne hic canon ad Ecclesias collegij, aut cathedræ titulo insignes, & clericos eos, qui hodie canonici dicūtur, solū pertinebit? ita certe Innocentius, Dñicus, Præpositus, atq; alij putāt, vnde in huius capitis explicatione Doctores in

ya-

varias ſunt ſentẽtias diſtracti. Archidiaconus opinatur neminẽ ex hoc canone in duabus Eccleſijs principio ordinari poſſe. Ceterũ qui in vna primum ordinatus ſit, eum in alijs deinceps ordinari nihil prohibere, ita fere Innocentius cenſuit: mouentur capit. 1. 21. q. 1. illis verbis. *Inſtanti tempore*. Quorum verborum cum ea vis ſit, ab hoc deinceps tempore, vt ante admonuimus, relinquitur eam ſententiam falſam prorſus, & ridiculam eſſe. In parem prope fraudem Dominicum, atque alios Gratianus impulit, qui ex c. Clericum. 21. q. 1. hunc canonem ita explicabant, vt intra eamdem diœceſim liceret epiſcopi permiſſu plures Eccleſias clericis obtinere, extra epiſcopium verò non item, ſed longe alia ſententia canonem Carthaginenſem eſſe, & illa verba eodem tempore à Gratiano falſo inuecta eſſe antea demonſtraui. Aiebat Hugo ex hoc capite vnam Eccleſiam vni clerico rectè concedi, præterea nullam niſi quaſi laico homini, vt in. cap. Clerici. c. Si epiſcopus. 16. q. 1. c Caritatem. c. Eccleſiaſticis. 12. q. 2. qua ſententia quid alienius afferri potuit? Fannus duas Eccleſias vni ſacerdoti permittit, ſed alteram fiduciario titulo. Panormitanus & Præpoſitus etiam citra fiduciam, ſed iure ſingulari, & epiſcopi venia. Innocentius alio loco canonicũ à præbendario diſtinguit. Hactenus interpretes. Quorum præceptiones à iure abeant, an nõ, nunc nõ diſputo, quod ad huius capitis explicationem attinet, mihi certe nõ probantur. Neque tamen in promptu eſt, ad eam explicationem, ſi qua ex temporum illorum cognitione apta eſt, aliquid afferre, nam omnia tenebris ſunt vſquequaque plena. Ceterum ſi quid in ea re noſtri iudicij eſt, cenſebam hunc Placentinum canonem ad omnes Eccleſias ſeptimæ Synodi prohibitionem protuliſſe, & ad omnes item Eccleſias, non ad hæc canonicorum noſtri temporis collegia ſolum pertinere, patere itaque Canonici verbũ per

Ad c. Cum iam dudum. nu. 3. de præbend.

XXIV.

In. c. Extirpandæ. §. qui vero. de præben.
Ca. Clericos. de cleric. non reſiden.

XXV.

ea

ea tempora tam latè, quam beneficiarij,& quæ nunc beneficia dicimus,canonem,canonicam portionem, anno-
XXVI. nas,& præbenda antea dicta.Etenim priſcis illis tēporibus ſacras ædes, atque templa à pijs hominibus religionis ergò ita extructa, fundataque fuiſſe legimus, vt ſacerdotibus, diaconis, & alijs inferioris ordinis, atque gradus clericis, qui diuino cultui per ſingula fana dedicabantur, canonica quadam & ordinaria penſio,ſeu annona velut pro ſtipendio, & mercede diſtribueretur, non tamen omnibus temere clericis, ſed his qui certo, & ab Eccleſiarum ædificatoribus præfinito numero in Eccleſijs ab epiſcopo cooptabantur,de Eccleſia Conſtantinopolitana ita Iuſtinianus nouella conſtitutione 111. loquitur ex Haloandri verſione.

Auc. vt determinatus ſit numerus cleric. colla. 1. tl. 3. in prin. §. Inueſtigantes.

χορηγία.

προσόδους ἀπολεσφήν.

„ *Ex omni igitur parte ea perueſtigantes deprehendimus eos qui ſacroſanctam aliquam Eccleſiam in hac alma Vrbe exædificarunt, non ſolum curam ædificij egiſſe, ſed etiam vt ſacris ædibus, quas ipſi instituiſſent, ſufficiens erogatio ſuppeteret, vtque definirent, quot per ſingulas Eccleſias verſari presbyteros conuenirent, quot diaconos, vel fœminas vel mares, quot ſubdiaconos, & item cantores ſimul, & lectores, & oſtiarios, ad hæc ædis ſumptum determinaſſe. Adieciſſe præterea peculiares redditus, qui huic inſtituto ſuo ſatis eſſent, qui tamen, ſi qua multitudo adijceretur, nullo modo extendi poſſent.* Ad hunc itaque ſtatutum,& præfinitum numerū Conſtātinopolitanum clericum redigi Iuſtinianus præcipit, vt annonarum idonea curatio ſit, id vero nō ſolum in ſanctiſsimo Sophię tēplo, (cuius ſacrariū quadrigies mille argenti libras cōtinere ex Procopio Nicephorus refert,)aut ampliſsimis alijs,vt Irenes,Apoſtolorum,Theodori,Helenæ,ſed in tenuioribus Eccleſijs,quibus princeps Eccleſia ſumptus ſuppeditabat.

d. Auc. collat. & tit. c. 2. §. In alijs.

„ *In omnibus alijs*, inquit, *Eccleſijs, quibus expenſas ſacroſancta mater Eccleſia ſuppeditat, ſancimus, vt qui hoc tempore ſunt, conſimiliter & ipſi ſub eadem forma maneant, in poſterum vero*

nemo

nemo ordinetur, priusquam ad statutum cuiusque Ecclesiæ vt vocant, quod per ædificatores determinatum est, numerus redigatur. Clericos autem sine annonarum præbitione creari omnino prohibet. Quod vero speciali hac constitutione, idem etiam nouella 6. decernitur, quæ generalis est, & vbique gentium clericos ad certum statutumq; numerum redigit. *In omnibus autẽ* (inquit Iustinianus) *quæ foris sunt, locis sancimus, si quis, cum constituit ab initio ædificare Ecclesiam, definiuit ordinandorum mensuram, tamquam secundum eam constituens expensas, non prius ordinari quemquam in eadem Ecclesia nisi ad numerum à principio definitum eius mensura redigatur, si vero hoc non fecerit, ipsa vero ciuitatis Ecclesia ministrat emolumenta & sibi, & alijs Ecclesijs, tunc non promptum sit augere illi clericos, neque propter aliquas forte compaßiones, aut beneficia ex hoc eam sumptibus prægrauare.* Ex his autem constitutionibus, & nouella VII. LVII. CXXIII. plane intelligimus his omnibus clericis, qui in statutum præfinitumque numerum quarumcumque Ecclesiarum ascribebantur, annonas certas præberi solitas esse, partim ab his, qui ædes sacras fundarunt, partim à maioribus cuiusque oppidi Ecclesijs.

Auc. quomodo oporteat episcopos. collat. 1. tit. 6 c. 8 § Sed neq; effusas.

Deinde annonas ipsas, quæ loco XXVII.
beneficiorũ sunt, varijs nominibus à Iustiniano appellari. χορηγίαν, ἀποτροφήν, τροφάς, σιτήσεις, & nouella VII. πολιτικὴν σίτησιν, item nouella LVII. c. I. & c. II. nouella vero CXXIII. c. XVI. διάρια, παραμυθείας, μεριτικας. Pro quibus nostri auctores, erogationem annonarum, alimonias, cibaria, panes ciuiles, tesseras ciuiles, diaria, solatia. Cy- XXIIX.
prianus sportulas appellauit. Iulianus salaria, quibus appellationibus haud obscure admonemur clericis nõ auri, argẽtiue summã, sed oleũ, vinum, frumentũ, & alias annonarias species singulis diebus, aut mensibus, aut annis principio fuisse erogatas, quarũ rerũ pensio cũ stata, & ordinaria esset, merito collatio canonica, & canonica portio dicitur,

tur, nam anniuerſaria harum ſpecierum penſitatio, quæ Romano populo quot annis à Prouincialibus mittebatur gratis, publicus canon dicitur lib. x i. C. tit. de canone frumentario vrb. Romæ. & tit. ſeq. ita canon largitionalium titulorum, metallicus, Vrbanus eodem codicis libro, & Canonicarij in Anaſtaſij cōſtitutione. C. de exact. tributor. qui mittuntur ex ſcrinio canonum ad canones, id eſt ſollemnes præſtationes exigendas, eorum Caſsiodorus meminit. Ita ſuperindictioni canon, & extraordinario canonicum contra opponitur l. 1. C. de indictionibus li. x. extraordinario, & ſuperindicto canonica illatio. l. Placet. C. de ſacroſanct. Eccleſijs, Ita monachis preſbyteri honore dicatis primitiarum, oblationum, donationum portionē iuſto canone, id eſt rata integraque parte diſtribui præcipit. c. Moderamine. 16. q. 1. eadem vero cauſſa, & quęſtione harum annonarum ita meminit, vt eas cum beneficijs coniungeret. *Si monachus*, inquit, *ad clericatum promoueatur*
„ *beneficia ei pleniter, & annonæ, & decimæ donentur abſque*
„ *vlla minoratione, & dilatione.* Pro his autem annonis, &
XXIX. „ diuinis erogationibus, aut etiam præter eas interdum clericis aſsignata ruſtica quædam prædia ſunt, quorum ex cultura, redditu, aut canone ad victum ſibi, & veſtitum ſumptus ſuppeditarent, quæ prædia dicta ſunt tituli, quāquam enim tituli rectè appellentur certæ ſedes clericis attributæ, in quibus munere quiſque ſuo fungitur. Attamē quia ſine annonarum præbitione eccleſiaſtico muneri nemo addicebatur, recte etiam in his prædijs hoc verbū vſurpatum eſt quaſi officij, & beneficij laboris & præmij vocabulum ſit, vt munus. De titulo vero ſic legitur Feudorū
„ li. 1 tit. 6. § 1. *Si epiſcopus, vel Abbas, vel Abbatiſſa, vel dominus ple*
„ *bis feudum dederit, de rebus eccleſiarum, quæ his ſubiectæ ſunt,*
„ *& tituli vocantur.* Et hæc eadem prædia, quantum ego opi-
XXX. nor in illo Innocentij capite beneficiorum nomine intelligun-

liguntur:nō enim ſolum beneficiaria prædia & beneficiarius fund⁹ apud bonos auctores exſtāt,ſed ipſa prędia,prę ſertim quorū vſus,& fructus tantū,non proprietas poſſeſſoribus conceditur,beneficia ſæpe dicūtur, vt quæ militibus tribuebantur,& Harmenopulus στρατιωτικὰ κτήματα vocat,ita beneficijs exui,beneficia diſtrahere,pro prædiorū diſtractione paſsim in libris feudorum. Iam vero præbendorum nomine annonas,& diaria,& canonicā ſignificari portionē,quæ clericis in miniſterij ſui diſpenſationē præberi ſolita eſt vel verbi huius notio declarat,ita Vlpianus & alij vſi ſunt. Alciato li.2.parergωn.c.43. Nam quod præbendis redditus,& poſſeſsiones certas ſperatim Innocētius attribuit,noſtræ huic ſententiæ nihil obeſt. De diſcrimine canoniæ, & prębendæ, cum illud poſterioris tēporis mores inuexerint, nihil attinet dicere. In hac certe Placentina Synodo canon,præbēda, titulus,canonicum, præbendarium fieri, plane,atque ſine controuerſia eiuſdē rei ſignificationem habent,idque verborum proprietati, & veterum canonum dictioni conueniēter. Cum autem ex Iuſtiniani nouella LVII.nemo poſsit ſacras ędes exſtruere,qui idē idoneas annonas clericis non conſtituerit,cum ex eiuſdē cōſtitutione III.& VI.in omnibus pariter Eccleſijs ſtatus,præfinituſq; clericorū numerus eſſet,quibus annonæ,& diaria aſsignabātur vel ex ædificatorum redditu, atq; relictis facultatibus; vel à ſanctiſsimis maioribus Eccleſijs, neq; clericus quiſquā ſine annonarū idonea collatione ordinari poſſet:cum poſt Chalcedonēſem canonē, qui ab hoc Placentino Cōcilio renouatus eſt,nemo clericus ordinari poſſet niſi in Eccleſia muneri certo deſtinatus: nemo autē munus ſuū exerceret ſine annonarū præbitione:quæ annonæ,canon,canonica portio,præbēda,& titulus dicuntur:reliquū eſt Placentinū hunc canonē ad Eccleſias omnes pertinere; & omnes beneficiarios, canoni-

XXXI.

In c. Dilectus. in fi. de præb.

XXXII.

Q cos,

cos,prębendarios,intitulatos, (vtar enim interim his verbis,)recte dici,siue numerũ spectes,qui in omnibus Ecclesijs statutus, præfinitus, & quasi ordinarius & canonicus erat:siue annonas,& diaria,quarum certa,sollemnis,& canonica pensio in omnibus etiam Ecclesijs fuit. Atque etiã
XXXIII. si canonicos à regula,& canone ducas,quod Ant.Augustino placet, dubiũ non est quin beneficiarios,& sacerdotes omnes cõmuni quadã vitæ regula, & instituto copulatos etiam vota quædã quasi monachos obstrinxerint. Gregorius Felici Acropolis episcopo mandat,quoscumq; diaconos, aut religiosos viros ex Ecclesia, aut diocesi Velina, Buxentina,& Blãdana offenderet,eos vt districte & canonice viuere compellat. ca. Quoniã.12.q.1.quem canonem, cum is de clericis quibuscumque ex omni diocesi loquatur,male Duarenus in posterioribus his canonicis accipit.
XXXIV. Tempora & mutati mores nihil penè ex veteribus institutis retinent, in hoc tamen ipso Collegij nostri oppido templum est Diuo Michaeli dicatum, antiquo opere, & institutis, quod plures certo tamen, præfinitoque numero beneficiarios alit canonicis præbitis diarijs,quibus annonariæ species continẽtur; & diurnus nummus obsonij loco,quod vulgo,companajo, dicitur. Tum singulis clericus assignantur rustica quædam, instructa prædia cum domunculis, vel casis, quæ casalia dicuntur, quorum ex redditu,aut canone,si fortè locẽt, reliqua vitæ subsidia eis suppetant,ille vero non solum psallendi munere,sed mensæ,foci,& totius vitæ societate copulantur, abundat autẽ hęc Cantabrica regio multo plurimis eius instituti Ecclesijs,haud obscuris priscæ antiquitatis monumentis, cũ tamen vnã habeat,aut alterã,vel paulo plures hodie canonicorum Ecclesias collegij vel cathedræ titulo. Neque tamẽ dubium cuiquam esse potest,quin Ecclesiæ illi tituli olim fuerint, & quicumque in eis ordinabantur, & intitulati

&

& canonici. Tũ si in hoc canone fieri canonicũ, & intitulari pro eadem re sumitur, neque quisquam ex Concilio Chalcedonense per hanc Placentinam Synodũ renouato ordinari clericus nisi in Ecclesia, tituloque certo poterat: relinquitur ordinari clericum per ea tempora neminẽ potuisse, qui idem canonicus non esset. Quod certe, si ad verã huius verbi significationẽ referas, verissimum est, si verò ad hęc nostra canonicorũ collegia plane ridiculũ. Itaq; canonicorum nomen omnibus olim beneficiarijs, & presbyteris conueniebat. Deinceps autẽ alia, atq; alia cũ annonarũ, tum institutorum ratione reperta, rem magna ex parte perdidimus, nomen canonici solum, id est in Ecclesijs collegij, aut cathedræ titulo præditis ordinati clerici retinent. Quod vero Franciscus Duarenus ait, præter hos canonicos presbyteros cæteris Ecclesiæ ministris atque clericis erogatum aliquid ex incertis oblationibus fuisse, non tamen certa canonicaque portione. Longe aliter se res habet, nam non solum presbyteris, sed diaconis tã maribus, quam fœminis, subdiaconis, cantoribus, ostiarijs, sollemnes canonicasq; annonas fuisse cõstitutas satis Iustiniani locus indicat ex tertia, & sexta nouella à nobis ante prolatus. Displicet etiam, quod idem auctor tradit, hos canonicos communem quandã vitæ regulam, atq; rationem obseruasse, atq; inde nomen inuenisse, quasi vero in inferioribus alijs Ecclesijs ordinati clerici relaxati canonibus eãdem vitæ rationẽ, atque instituta non tenuerint. Ex quibus demũ efficitur huius Placẽtinæ prohibitionis hãc vim esse, ne quisquam omnino in duabus Ecclesijs (quod ille canon ait) intituletur, aut quod idem est, canonicus præbendarius fiat, id est ne referatur in statutum, præfinitumque eorum clericorum numerum, quibus annonæ, & canonica pensio præbetur. Sed licebit ne episcopo huius canonis gratiam facere? minime opinor.

XXXV.

De sacris minister. li. .c. 18.

XXXVI.

XXXVII.

XXXIIX. Licet quidem episcopo pluribus Ecclesijs vnum præficere; in plurium autem Ecclesiarum statutum numerum ita aliquem referre, vt bina illa stipendia auferat, hoc est duo obtineat beneficia, hoc certe illi non licet. Itaque distinguntur hoc canone, præesse pluribus aliquem Ecclesijs, & in pluribus aliquem Ecclesijs intitulari, seu canonicum præbendariumque fieri. Illud episcopo permittitur; hoc vero, quod ad beneficiorum multitudinem pertinet, episcopo denegatur, idque adeo notis, & disertis verbis, vt cadere in deliberationem res non posit. *Omnino in duabus* (inquit canon) *aliquem titulari non liceat, sed vnusquisque in qua intitulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione vnus diuersis præesse poßit Ecclesijs: canonicus tamen præbendarius, nisi vnius Ecclesiæ, in qua conscrisptus est, esse non debet.* Anne horum verborum hæc cum sententia, tum complexio necessaria non est? vnumquemque in vna tantum Ecclesia titulari posse. Tum vbi quisq; titulatus est, ibi eum canonicũ præbendariũ haberi. Nã vt vnus in pluribus Ecclesijs canonicus prębẽdarius habeatur, episcopi decreto fieri non potest, cũ tamen eiusdem decreto, & dispositione, recte vnus pluribus Ecclesijs præsit, additum est secundo loco, *canonicus præbendarius*, explicationis caussa, vt intelligamus, vbi quisq; titulatus est, ibi eum canonicum præbendarium haberi, id est, ibi ei canonicas annonas, & stipendia, quæ nunc beneficia dicimus, præberi. Quod si superiori complexione ex canone Chalcedonensi, atque hoc ipso Placentino addas, clericum ordinari neminem posse, nisi in Ecclesia aliqua muneri certo addictum, id est titulatum: effectum erit neminem plurium Ecclesiarum stipendia canonica, id est beneficia ex horum canonũ præscripto obtinere posse etiã ex episcopi indulgentia. Quod certe tam multis disseruisse puderet, nisi ad huius capitis explicationem in

qua

qua sæpe offensum est, tamquam ad fontem, & caput redirent nobiles illæ duæ quæstiones, tam multa Pontificiorum concertatione vexatæ. Vna an beneficiorum multitudo canonibus prohibita esset, id quod Innocentius & alij innumeri non rectè pernegant. Altera, an episcopi venia atq; indulgentia saltē obtineri plura beneficia possint. In qua re Nicolao Panormitano iuris Pontificij doctori diligentissimo & Frãcisco Duareno deprauatus huius canonis sensus adeo imposuit, vt opinetur, hoc capite beneficiorum multitudinem prohibitam quidem esse, nisi episcopus canonis gratiã faciat, idque ei licere, etiam post Innocentianam cõstitutionem, vel in his beneficijs, quæ curationem animorum habent, & quasi vna eademque res esset, quam prohibet, & permittit episcopo hic canon, ita mordicus illi tenent, accurateque defendũt, hanc veniam ex hoc capite episcopo concedi, cũ episcopo hoc sine dubio caput eã adimat, quo quid obsecro potest esse peruersius? Ceterum quærendũ nunc est, qua ratione constare illud possit, quod canõ Placentinus ait, episcopi dispositione pluribus vnũ posse Ecclesijs præesse, quẽ tamen eumdẽ nos in eisdem pluribus Ecclesijs canonicum, legitimumq; sacerdotẽ cũ annonarũ collatione ordinari, hoc est, quod hic canon ait, titulari posse negamus, nam qui in Ecclesijs ordinatus nõ erat, præesse Ecclesijs quo pacto poterat, nisi episcopo pastoreque proprio, si quis forte aderat, deiecto? quod nimis iniuriosum est: nam fuisse titulos, id est parœcias aliquas quæ ab alienis semper, & mercenarijs, nũquã à proprijs presbyteris gubernarentur, prorsus credibile nõ est, rem nõ amplius differã. Hanc episcopi potestatẽ, qua plurium Ecclesiarũ præfecturã vni defert, opinor nõ incõmode demonstrari in eo, cui vacãs Ecclesia, interim, dum idoneũ pastorem expectat, ne ex ἀναρχίας, quod assolet, detrimentum aliquod patiatur, ceu tutori cuipiã cõmodata

Abb. in c. Extirpandæ. nu. 27. & 38.

Abb. vbi sup. n. 30.

De sacr. Eccles. minist. li. 8. ca. 4.

XL.

XLI.

creditur, hanc vero curationem vacantis Ecclesiæ, etiam alterius Ecclesiæ ministro mandare suo iure episcopus ad tempus poterat, nec vllius canonis gratia opus fuit, cum alterius Ecclesiæ pastor perpetuus, alterius fiduciarius custos sit. ca. Obitum. c. Catinensis. cap. Quoniam festus. distin. L X I. cap. Qui plures. 21. quæst. 1. Et hac opinor fiduciaria custodia Ecclesias atque episcopia continuisse interuētores, seu intercessores illos, qui diligendis episcopis quasi magistri in vacantes dioceses mittebantur, quos annali tantum munere fungi Concilio Carthaginense v. præcipitur canone I I X. & Africano canone X L I. quo forsitan exemplo constitutum est, ne episcopis Ecclesias, quæ animorum curationem habent, commēdare cuiquam vltra
XLII. semestre tempus liceat. c. Nemo. de elect. lib. V I. Quod si cui forsitan scrupulus aliquis resideat, neque rem satis demōstratam esse opinetur; proponam exemplum alterum ad huius canonis Placentini sententiā, quod mihi quidem videtur, satis cōgruenter & apte. Itaq; quod canō ait, vnū Ecclesijs pluribus episcopi mandato recte præesse verissime dicitur de Archipresbyteris, de quibus & inter Vrbani I I. qui hāc Synodū coegit, decreta aliquid exstat. c. 1. di. 60. Archipresbyterū autem, si quidē in vrbe morabatur, præter alia episcopi munia, quæ obibat, titulorum omniū, id est parœciarū pręfecturā habuisse indicat Leonis I X. locus in c. 2. de offi. Archipresbyteri. vbi Archipresbyterū sacerdotib⁹ Cardinalibus præesse, eosq; in officio cōtinere Leo Pōtifex Roman⁹ pręcepit. Sacerdotes autē Cardinales eo
XLIII. loco, nō vrbis tantū Romæ sed quarūcūq; aliarū interpretamur, primos sacerdotes quibus tituli hoc est parochiæ comittebātur, quod etiā Ant. August. cēsuit, & quidē pręclare. Nā Cardinalis sacerdos, & Cardinales constitui, hoc plane sensu apud B. Gregoriū legitur. li. epistularū. v. epist. X I. & lib. I I I. epist. X I V. refert Gratianus in cap. Fraternitatem.

In not. ad Cōpilat.

tem. LXXII. di. atque etiam idē auctor, cardinare, & incardinare eadē sententia extulit, qua Placētina hæc Synodus titulare. c. Pastoralis. 7. q. 1. c. Relatio. 21. q. 1. Nam quod Frãciscus Duarenus Cardinales sacerdotes, maioris Ecclesiæ presbyteros, qui nunc vulgo canonici appellantur, præcipuos atque primarios interpretatur, meo iudicio multũ ille cōiectura aberrat. Licuit etiam episcopis extra vrbem, quasi vicanos Archipresbyteros creare, qui singulis plebibus præessent, parœcijs tamen pluribus, atque presbyteris his, qui per minores titulos habitant, idque ex præscripto Synodi eius, quã Rauennę Ioannes IX. coegit Lamberto Vvidonis filio imperatore. cap. vlti. de offic. Archipresbyte. Ordinario itaque suoque iure, non gratia canonis facta episcopus Archipresbyterum pluribus ita Ecclesijs præficit, vt ex his nullas ille annonas seu beneficia percipiat, in nulla Ecclesia quasi proprius sacerdos ordinetur, quod fieri etiã de episcopi venia hic canō literate prohibet, hactenus de Synodo Placētina, quã septuaginta vix dũ annis post sequutũ est Conciliũ Lateranēse illud, quod sub Alexãdro III. habitũ est, cuius exstant grauissima decreta ad hãc beneficiorũ multitudinē coercendã propositis pœnis, quas ipse Alexãder non vsquequaq; exercuit, auxit certe Innocentius III. Lateranēsi altero Cōcilio vnde hoc caput descriptum est, neque tamen his quasi carceribus concludi auaritia potuit, quæ licentius grassata optimos quosque canones attentare cœperat. Itaq; edita est à Ioanne XXII. constitutio Execrabilis. de præbend. & posteriores aliæ constitutiones exstant, quas huius capitis sententia explicanda etiam explicabimus. Igitur quod ad beneficiorum multitudinē attinet, hæc canonũ summa est, & varia sic tempora notari, atque distingui oportet. Priscis canonibus Ecclesiarũ multitudo prohibita quidem nominatim non est, interpretatione autē, & per con

De sac. eccle. minist. li. 1. ca. 8. & c. 13.

XLIV.

XLVI.

I.

ſequentia,maximè. Nam ex Concilio Chalcedonenſi nemo clericus ordinari poterat,niſi in Eccleſia muneri functionique certæ deſtinatus,deinde in qua quiſque ordinatus erat,eam deſerere minime poterat, neq; omnino, neque ad tempus,cũ Nicæno, Sardicenſe, Antiocheno alijſque Concilijs omnis eſſet tranſlatio, omnis etiam peregrinatio interdicta,quibus conſequens erat,neminem in pluribus Eccleſijs munus aſsidua opera exercere poſſe. Nicæ-
II. na Synodo ſecunda Eccleſiarũ multitudo nominatim primum prohibita eſt,ſed intra vrbem.C.Politanam,& nullis
III. pœnis propoſitis. Placentinum Concilium ad omnes generaliter Eccleſias prohibitionem hanc protulit,nullis ta-
IV. men eam pœnis præterea ſepſit. Concilio Lateranenſi, Alexander.III. canonibus ſæpius iteratis ſanxit, ne quiſquam dignitates eccleſiaſticas, aut Eccleſias parœciales plures contra ſacrorum canonum inſtituta obtineret, ſi ſecus factum eſſet,eum qui accepit,quod contra canones accepit,id eſt,dignitatem vel Eccleſiam poſteriorem amittere.c.Quia nonnulli.de cleric. non reſidentib. c. Quia in
V. tantum.c.Ad hæc.c.De mulcta.in principio.hoc tit. Ipſe tamen Alexander. III. Concilij decreta hactenus poſtea reſcriptis ſuis temperauit,vt ſi quis beneficium, ſeu dignitatem alteram non conſequutus eſſet, ſed peteret, hunc priori beneficio contentum eſſe iuberet.ca. Cum non ig-
De præbend. nores.ſup. nec diſsimilis Innocentij ratio.c.Cum iam dudum.eod tit.Si vero conſequutus eam plures quis Eccleſias obtineret,dimittere alterutram,ei tamen optione delata cogebat.c.Referente.c.Præterea.5.de præbend.ca.Eã te.de ætat.& qualit.Nam hæc ſanctio Concilij Lateranenſis decreta non quidem anteceſsit,(quod falsò Panormitanus, & alij in temporum deſcriptione decepti crediderunt,) ſed ſequuta eſt, indicant illa Archetypæ conſtitutionis verba. *Ne vllus in eis contra decreta, quæ in Lateran. Concilio*

In.c.Quia nonnulli.num.4. de cleric. non reſidentib.
d.c. Eam te.

cilio edidimus, vel contra antiquas sacrorum canonum sanctiones clericus ordinetur. Postea in Lateranensi altero Cōcilio, Innocentius tertius sanxit, si quis beneficium vnū obtinens, VI.
quod animorum curationem haberet, aliud deinde simile beneficium consequeretur, prius beneficium confestim, & ipso iure vacare, idque ipsum in dignitatibus, quæ animorum quoque curationem habent, aut quæ eiusdem essent Ecclesiæ habere locū. hoc. c. De multa. Addidit Ioānes XXII. si priore beneficio sese apud ordinarium Antistitem non abdicasset, vt vtroq; etiam priuaretur, atq; adeò vt quorumcunq; beneficiorum in posterū obtinēdorum incapax efficeretur. d. c. Execrabilis. Deniq; sacra Tridētina Synodo superiores canones de prohibita beneficiorū multitudine restituti omnes, confirmatiq; sunt, aucti etiā, atq; producti ad fiducias, ad tēporarias coniunctiones, ad nuda simpliciaq; beneficia ex formula, prçscriptoq; certo, deniq; decretum, vt qui plura beneficia obtinebant, vno, quod mallent, retēto, cetera dimittere cogerētur. sess. VII. & XXIV. c. XVII. Per octo igitur quasi temporum gradus ad hanc plurium Ecclesiarum prohibitionem accessus factus est, ex sacrorum canonū disciplina per interpretationes, & consequentias significata primum, deinde comprehensa nominatim, sed speciali lege. Iam vero & generali, quin grauibus mox sancita, vindicataq; pœnis, in quibus postremo sæpius variatum est. Hactenus tamen, vt per omnia tempora admirabili sacrorum canonum consensione perpetuo constiterit, exitiosam hanc Ecclesię pestem auerti, & amandari procul cum primis oportere. Huius autem XLVII.
prohibitæ beneficiorum multitudinis multæ caussæ, atq; rationes ex sacris canonibus afferri possunt, eas alij plene, & accurate exponūt, ego vero tribus modo cōtentus ero. Septima Synod⁹, quæ prima beneficiorū multitudinē prohibuit, primo loco huius prohibitionis caussam ita affert. c. 1. 21. quæst. 1.

ἐμπορείας γὰρ καὶ αἰσχροκερδείας ἴδιον τοῦτο. *Etenim*, inquit, *nundinationis hoc, & turpis lucri proprium est.* Neque ego quidem dubito, quin beneficiorum hæc coaceruatio ex sordido primum auaritię fonte in Ecclesiam fluxerit, iam pridē proiecta pecuniæ, & effręnata cupiditas sanctissimæ cuiusque rei moliri corruptelam audet. Quod si in omni reipublicæ administratione auaritię suspicio turpis est, Ecclesiarum certe procurationem quæstui haberi non solum turpe est, sed etiam sceleratum atque nefarium. Nam cum in sanctissimo hoc munere non laus, sed pecunia expetitur, primum populus, qui magno forsitan emptus est, interdum diripitur, raro enim fit, vt quā res quis pecunia emerit, ex ea re pecunias non iniuriose corradat. Iam vero vacare iniustitia hæc inquinatissima ratio qui potest, cum Ecclesia, quæ plures administros diuino honori cultuique dicatos suis opibus alere potuit, derelicta absentibus, neque vnquam notis hominibus tributa, & vectigalia pendit? cum rursus graues, doctique viri, quorum inopia opibus ecclesiasticis subleuanda cum magna rei Christianæ vtilitate fuit, in summa egestate atque indigentia degunt, ideo quod optima quæque & honestissimi prouentus beneficia vnus comedit, qui satiari tamen quæstu non potest. Neque vero permissa beneficiorum multitudine, hoc est, præmijs propositis importuna hæc hominum ambitio præcidi vnquam poterit. Altera caussa ducitur ex apta rectæ administrationis ratione, quæ ecclesiasticum ordinem continet, quem ordinem violari, atque peruerti Synodo Tridentina dicitur, si vnus plurium clericorum officia occupet. Nam in ciuilibus, profanisque rebus duo munera vni committi Imperatorum leges prohibent. l. Libertus. C. ad municipales. l. vltim. C. de assessorib. l. 5. C. qui militar. poss. Satis enim ex diuturno rerum vsu intellectum est, tunc optime rempu-

XLIIX.

Sess. 24. c. 17. c. Cum singula de præben. lib. 6.

rempublicam gubernari, cum in ea gerenda sua quisque munera obit, & singulas singuli partes eius curant, atque defendunt. Nam si plures vnus capessat, fiet profecto cum vnam curet, vt alteram deserat, quo nihil potest toto reipublicæ corpori perniciosius reperiri. Hoc vero satis apposite B. Gregorius demonstrare solitus est corporis nostri exemplo, in quo diligens, sollersque natura non temere tam multa membra fabricata est, sed vt singulorum sua quædam certaque munera essent; quæ si plura vni committerentur, intermissa aliquando, atque etiam, quod necesse est, deserta non dubium corporis interitum allatura erant. Neque dissimile est, quod de Cyro Xenophon refert, qui hos rerum gerendarum ministros, ac satellites imperij, quorum vicaria famulaque opera Reges vtuntur, Regis oculos, atque aures vocabat, eosque esse quam plurimos oportere dicebat. Si quis autem putat, vnius oculis Regem vti debere, non rectè putat, nam quod vnus cernere, aut vnus audire potest, non ita magnum est, & si vni hoc muneris datum est, quasi eis præceptum hoc sit, reliqui omnes negligunt, præterea cum eum norint, qui quasi Regis oculus est, disciplina est cauere hunc imprimis, & fallere, non sic contraria ratio se habet. Verùm si quis dicat sese vidisse, aut audisse aliquid, quod animaduersionis, diligentiæque sit, fugere hoc Regem non poterit, fac plures Regis aures, plurimos oculos credi, cauebunt omnes quidquam effari, quod Regi incommodum sit, quasi ipse audiat; aut etiam facere, quasi ipse cernat, quin etiam cum vsuuenerit vt de Rege secus aliquid alius cum alio conferre audeat, singuli sic erunt, vt si omnium oculis, & auribus cernat, & audiat Rex. Hac propè sententia Xenophon, quæ eo libentius attuli, quod nescio an nostri in hanc partem frequentes peccent. Perniciosam itaque & plenam

Cap. Singula. 89. distinct.

nam

nam prodigij rem in Ecclesiam inducunt, qui plures personas vni imponunt, quasi Geryoni, aut Briareo alicui. Nam aut omnibus pariter deerit, aut si his prospiciet, illos certe negliget. Hoc autem etiam priscis Leuitis non licuisse B. Chrysostomus ait. Tertia vero caussa ex eodem capite nectitur.

XLIX. ca. Ad hæc. cap. Quia in tãtum. de præb.

Quoniam (inquit Alexander) singula ecclesiastica officia assiduitatem postulant, & vero si in pluribus Ecclesijs clerici ascribantur, diffluere eos, vagariq; passim necesse est. Romanæ quidem leges Consulem, Senatorẽ, vel Præsidem Prouinciæ abnoctare temere extra vrbem, prouinciamue non permittebant. l. Illud. §. Obseruãdum. D. de offi. præsid. Sed neque Tribunis licuit abesse Roma. non Prætori Vrbano vltra decem dies, neque Flaminibus plusquam treis noctes. Legimus etiam Põtifices extra Italiam Prouinciam vllam sortiri non potuisse. Quod si in alijs muneribus, atque magistratibus iustas absentiæ caussas nullas afferri leges voluerunt, in beneficiarijs certe assiduitatis vacatio nullo casu ferenda est, nõ si beneficij red ditus tenuis, exiguusque sit, cum eo se abdicare clerius po tuerit. c. Conquerente. de cleric. non residentib. Nam beneficium propter officium, laborem, & industriam conceditur. c. vlt. de rescript. li. 6 quod si nullus clerici labor, nullum eius erga Ecclesiam officium exstet, sed absit peregre, ratio certe postulat, vt beneficium ab eo, tamquam à militiæ desertore auferatur. c. Placuit. 21. q. 2. c. Peruenit. 7. q. 1. Exstant itaque in concilio Antiocheno, Laodicensi, Sardicensi, atque alijs multi varijque canones qui hanc beneficiariorum asiduitatẽ grauissimis pœnis sanxerunt.

L. Atq; etiam assiduitatem hanc non solum ecclesiastico, constitutoque iure, sed diuina lege decretam esse ex auctoribus quidã arbitrãtur, ex illis Ioannis verbis. c. x. *Pasce oues meas.* ex c. Cum in cunctis. de elect. ex c. Licet canon. de electio. li. 6. ex Tridẽtina Synodo ses. 23. c. 1. atq; alijs ex canonibus

&

& Concilijs Bartholomæus Miranda, Dominicus Sotus, Franciſcus Turrianus arcte eruditeq; defenſitant. At Thomas Campegius, Ambroſius Catherinus, Nicolaus Boërius & alij contra multa dicunt. Ioannis illud ad Pontificem Romanum pertinere dumtaxat, ex prolatis alijs capitibus tantum effici aſsiduitatem in beneficiarijs iure eccleſiaſtico præcipi, eius rei non leue argumentum eſſe, quod ſæpè liceat epiſcopo veniam aſsiduitatis concedere c. De cetero. c. Cum dilectus. c. Ad audientiam. c. Ex parte. 2. de cleric. non reſidentib.

Conſil. 4. & 16. nu. 27. Selua de benefic. 1. p. q. 2. Beroius. q. 80. Menochius de arbitrar. caſu. 259. Nauarrus c. 25. à n. 125.

LI.

Ceterum in epiſcopis, & ſacerdotibus, aut parochis, qui animorum curationi præficiuntur, diuino iure aſsiduitatem præcipi rectius definitum eſt. Neque dubium huic ſententiæ teſtimonium ſacra Synodus Tridentina dedit ſeſsio[n] XXIV. c. XVII.

Driedonius, Leonardus Venetus, Caietan⁹ Gigas, Heruet⁹, Couarru. lib. Variar. 3. c. 13. n. 9. Nauar. c. 25. nu. 123.

LII.

Incidunt tamen cauſſæ ſæpius, id quod omnibus conuenit, propter quas dignus clericus excuſatione eſt, & aſsiduitatis veniam impetrat, vt ſi Theologiæ, vel ſacrorum canonum addiſcendorum cauſſa abſit. c. vltim de Magiſt. Si in epiſcopi comitatu ſit propter Eccleſiæ vtilitatem. c. Ad audientiam. de cleric. non reſidentib. vel etiam Romani Pōtificis, atque alias ſæpe. Denique quotieſcunque iuſta aliqua probabiliſque cauſſa Pontifice Romano, Metropolitano, aut Epiſcopo probabitur ex eiuſdem Concilij formula, cuius illa verba ſunt. *Nam cum Chriſtiana charitas, vrgens neceſſitas, debita obedientia, ac euidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ vtilitas aliquos nonnunquam abeſſe poſtulent & exigant, decernit ſancta Synodus*, & reliqua.

Couar. vbi ſup. & Nauarr. d. c. 25. n. 120. in Manual. Plures caſus DD. in c. Cūomnes. col. fi de cōſtitut. Ripa in c. Cum M n. 41. de cōſtit.

LIII.

Et vero cum quæritur vtile ne ſit clericum abeſſe, nihil prohibet conſuetudine interprete vti Innocentius.

In. c. Ex tuæ. de cleric. non reſiden. Nauar. d. c. 25. nu. 120.

Ex his autem definiri multa poſſunt, quæ ad beneficiorum multitudinem pertinent. Primum peccare eos grauiter, qui addubitant an hæc beneficiorum coaceruatio iure eccleſiaſtico prohibita ſit. Etenim multitudo beneficiorum non inter eas res numeranda

randa est, quæ honestæ, turpesúe sunt, proinde, atque vtaris, non aliter. Deinde constituendum est beneficiorum multitudinem per se non ita turpem esse, vt commutatis temporibus commutari ipsa, fierique contraria non posit. Incidunt enim tempora, cum plures Ecclesiæ vni committi recte possunt, vt si singularum adeò tenuis, exiguusque census sit, vt alere sacerdotem non posit. capit. Eam te. de ætat. & qualitat. Si Ecclesia vna ab altera pendeat, aptaque sit. d. capit. Eam te. si ea sit hominum idoneorum penuria, vt præstet vnum multis Ecclesijs, quàm singulis singulos præfici. cap. Clericus. 21. q. 1. si fiduciario quis titulo, & ad tempus Ecclesiam alteram administret. c. Qui plures. 21. q. 1. si iustis alijs ex caussis canonis venia à Pontifice impetrata sit. Concilium Tridē. sess. VII. c. V. vt si Ecclesiæ expediat, genere, eruditione, moribus præstantes, excellentesq; viros honestioribus beneficijs augeri.

S. Thom. Soto, Victoria de matrimonio. 1. p. pag. 479.

LIV. Soto de iust. & iur lib. 3. q. 6. ar. 1. cōclus. 3. Chartusia. contra pluralita. benefic. c. 7.

LV. Quocirca præclare sic definiunt, in episcopijs, & parœcijs, quæ animorum habent curationem plura beneficia à nemine rectè obtineri, sine iusta Pontificis venia. Nam vt in caussis agitandis satis ex hac venia cautum sibi arbitrentur, certè pacatæ illorum conscientiæ esse nō debent, qui ex iniqua caussa canonis gratiam impetrarunt, at inquiunt, Pōtifex viderit quid permittat, nō inficiamur Pontificem, cum canonibus aliquem temerè, & sine caussa soluit, peccare. Sed qui hoc ipse iniquè primum petijt, deinde re impetrata vtitur; multo magis in vitio est.

Nauar. d. c. 25. num. 125.

Soto. d. ar. 1. conclus. 7.

LVI. Ad hāc vero definitionem illud Thomæ recidit, in episcopijs, & parœcijs Ecclesiarum multitudinē diuina tunc lege prohibitam esse, cum curandis animis valde incōmodat, & sollemne populi erudiendi officium comminuit, nam hoc tēpore nulla erit canonū iusta venia, iustum autem quid sit, facilè exquirimus, vel earum caussarum similitudine, quas paulò ante cōmemoraui. Sed vt iustissima caussa sit, tamē propter

S. Tho. quodlib. 9. ar. 15. & quodlib. 8. art. 13. ibi Caietan. Soto de resident. Cacialup. de pensio n 68. Driedonius de liberta. Christia pa. 215

propter legis prohibitionẽ Pontificis, epiſcopiúe neceſſariam eſſe veniam recte obſeruatũ eſt: veniã inquã, aut cõſuetudinẽ, cui ſi iuſta, ſi legitima ſit, id eſt, ex eiſdẽ cauſsis, quibus venia iuſta eſt, iure moribuſq; recepta, parẽ auctoritatẽ, & pondus boni auctores in hac ſpecie tribuunt, vt priuilegio, & cõſuetudini in alijs. c. Duo ſimul. de offic. & poteſt. iudic. ordinar. c Super quibuſdã § præterea. de verbo. ſignif. Nã Bonifaciũ. IIX. in c. 1. de cõſuet. malæ, vitioſæq; cõſuetudinis corruptelã minuere, quæ temere, & ſine cauſſa, nõ iure, neq; à toto populo, ſed à cuiuſdã Eccleſiæ clericis inuecta fuit, qualis à ſacris canonibus nõ probatur. Itaque quod nonnulli opinãtur, non perpetuũ eſt, in eius generis beneficijs multitudinẽ Eccleſiarum ſemper diuinę legi repugnare, neq; ex ſacris teſtimonijs, quibus vtuntur, tale quidquam literate efficitur, quod neceſſe erat. Omnino autem in his viſionibus, quibus aliorum vicaria, miniſtraq; opera Eccleſias ſibi cõmiſſas gubernare permittitur, ſumma prouiſio & cautio ſit, vt ne maius pretium afferẽtibus, quaſi redemptoribus beneficia ſua ſine delectu addicant. Sed ipſi vltro bonis conditionibus eum accerſant, qui ad ſacram hanc ſpiritalemque functionem plus afferat virtutis, atque doctrinæ. Nam meminiſſe eos oportet, ſeſe in alios id muneris reieciſſe, quod ipſi ſubire debuerunt, qui certe cum immunes alienis copijs affluant, illos in ſumma eſſe mendicitate, niſi duriſsimo ore ſint, non patientur. In his vero dignitatibus, quæ iuris interpretatione quadam habere animorum curationem dicuntur, etiam diſpar cauſſa eſt. Nam vt plurimum illarum multitudini diuina lex non repugnat, præſertim ſi cum eis nulla iuris coniuncta dictio ſit. Itaque eam conſuetudine introduci recte poſſe reſponſum eſt. Idem etiam de dignitatibus, præbendis, beneficijs, quæ ſine animorum curatione ſolam aſsiduitatis neceſsitatem ſacerdotibus afferunt,

S. Tho. d. quodlib. 9. ar. 15. Nauarr. d. c. 25. nu. 128.

LVII.

S. Tho. d. quodlib. 9. ar. 15. Nauarr. vbi ſupra. Balbus de præſcriptio. 1. p. 5. p. principalis. n. 55.

Alex. Conſil 68. vol 2. nu. 6. Couar. lib. 1. Varia. c. 17. nu. 8. & in reg. peccata. 2. p § 3. nu. 2.

Innocent. Ancarr. Panormit. in c. Ad hæc. de præbend.

S. Tho. Caiet. 1. p. q. 1. ar. 10. Caſtro aduerſus hæreſes. c. 3. Sixtus Senen. In Bibliotheca ſacra lib. 3.

LIIX.

LIX.

Extrauag. Execrabilis. §. quantum de præb. Not. in. c. 1. de conſuetud. lib. 6. &. in. c. Cũ omnes. Glo. vlt. de conſtitu. Couarru. lib. 3. Variar. c. 13. Soto. vbi ſupra. conclu. 5.

afferunt, aut quæ nullam prorſus afferunt, qualia ſunt nuda, ſimpliciaque beneficia, quorum multitudo prohibita diuina lege non eſt. Sed de his plenius nobis agendum eſt, cum ſingula beneficiorum genera recenſebimus, quæ hac prohibitione continentur. Reliqua vero capita, quæ ad hanc iuris partem explicandam pertinent, commodius tractabuntur, ſi ſingula Innocentij verba minutatim perſequamur, quæ optima explicandi ratio Vlpiano videtur.
„ Ait Innocentius. *Præſenti decreto ſtatuimus, vt quicunque rece*
„ *perit aliquod beneficium curam habens animarum adnexam, ſi*
„ *prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, & ſi for-*
„ *te illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur. Is quoque ad*
„ *quem prioris ſpectat donatio, illud poſt receptionem alterius li-*
„ *berè conferat, cui merito viderit conferendum, & ſi vltra ſex*
„ *menſes conferre diſtulerit, non ſolum,* & reliqua. Paululum,
conuertam, commutaboque ordinem, primum quod beneficium cum animorum cura coniunctum dicatur, dein
„ de, quem cœpiſſe intelligamus, ait itaq; Innocentius. *Bene*
„ *ficium curam habens animarum adnexam*. Ex his, quæ de cle-
LX. ricis abſolute non ordinandis antea diſputata ſunt, ſatis opinor demõſtratum eſt, omnes principio redditus, & annonas, ſeu, vt nunc loquimur, beneficia cum ſacro miniſterio fuiſſe coniuncta: neque presbyterum quemquam olim creatum, cui certa non committeretur Eccleſia, quã regeret, & in qua functiones muneraque eccleſiaſtica obiret, hac ſententia canonem Chalcedonenſem decreuiſſe, vt nemo presbyter niſi in Eccleſia, martyrioúe aliquo ordinaretur, hac ratione ex monachis primum neminem in clericorum ordinem cooptatum eſſe, qui non etiam admi niſtrandæ alicui Eccleſiæ præficeretur. Hinc quoque factũ eſt, vt clerici omnes tutelæ, ceterorumque munerum perſonalium vacationem habeant, ne quidquam eos à miniſterio, functioneque ſua auocaret. l. Presbyteros. C. de

epiſcop.

episcop. & cleric. l. generaliter. C. eod. Quin etiam multis post seculis (a) Placentina Synodus iterum sanxit, vt sine titulo nemo ordinaretur, si qua sine titulo ordinatio facta esset, ea vt irrita haberetur, & quos nunc parœciarum curatores appellamus, olim dictos esse presbyteros, (b) & intitulatos, & sacerdotes (c) cardinales facile demonstratur. Hæc itaque olim fuere, deinceps vero Ecclesiæ singulæ affluentibus bonorum copijs latius ditatæ, vt præter proprios sacerdotes alijs præterea clericis alendis sufficerent. Visum etiam, sacrum hunc ordinem in numerum adeo exiguum, atque angustũ compelli non debere, præsertim cum graues, constantesque viri in castissimum hoc vitæ genus se totos omni studio dicarent, quos ab eo excludi, & absterreri è re Christiana non fuit. Inuenta itaque ratio est, qua clericis alijs initiandis sine animorum curatione certæ quædam annonæ constituerentur; primum non omnino sine ministerio, & assidua saltem psallendi opera, nunc immunes illæ clericos vt plurimum alunt, & ideo nuda simpliciaque beneficia appellantur, antiquis, vt reor, Ecclesiæ seculis ignorata prorsus. Hoc igitur quasi principium quodam, & seminarium ecclesiasticæ rei fuit, vt cum animorum præfectura, quasi virga illa Mercurij sacerdotibus danda esset, morum, dignitatis, & doctrinæ, quod maxime necesse erat, haberi delectus commodius posse. Et hæc certe caussa fuit, cur, postquam beneficiorum genera distincta, separataque sunt, in his beneficijs, quæ propter curam animorum dantur, posteriorũ Pontificum legibus multa singulari iure descripta prouisaque sunt. Vt si diplomate Pontificio præcipiatur, alicui Ecclesias personatum, dignitatem, & beneficia quæcumque conferri, eius generis beneficium, nisi nominatim sit, huic non conferetur, c. Cum illis de præben. & dignitat. Si

(a) c. Sanctorum. 70. dist.

(b) c. Presbyter. ca. Nemo. 78. di. nouel. 123. Dua. li. 5. c. 9.

LXI.

(c) d. c. Sãctorũ. & c. 3. c. vlt. de off. Archipresbyte.

LXII.

canonibus aliquis solutus sit, vt dignitati, quā habet, beneficiū aliud adiungat, si alterutrū cū animorum tutela coniunctū sit, nihil ille eo nomine obtinebit. c. Si dignitatem. de concess. præb. li. 6. Non etiam hæc canonum solutio & venia incapaci vsquequaque in his beneficijs proderit. c. 1. c. vlt. de filijs presbyter.

LXIII. Res profecto præstricta ita interpretatione est, vt si diploma ad hęc etiam nominatim beneficia, & ad alia quæcumq; impetratum ab eo sit, quē animorū tutelæ præfici annales tū leges nō permittebant, & postea cum maior effectus sit, curationis beneficium vacauerit, capere illud ex eo diplomate is non poterit, simplex nudumq; recte poterit. c. Si eo tēpore. de rescript. li. 6. tunc enim oportuit eum

LXIV. posse capere, cū impetratū diploma est. Tētant etiam in eius capitis specie nonnulli si beneficiū cum animorū cura coniunctū primū vacauerit, cuius incapax tunc ille fuit, frustra eū nudū simplexq; beneficiū expectare, præsertim si eius machinatione, & dolis circumuēta Pontificis in cōcessione benignitas est, nam Pontificiū mandatū vacantis primū beneficij tempus cōfirmat, aut corrumpit, neque produci illud impetrātis machinatione oportet. c. Manda

LXV. to. c. Eum qui. c. Si beneficia. de præb. li. 6. Præterea presbyteris his, quibus certæ alicuius Ecclesiæ gubernatio committitur, olim xxx. annorū ętas legibus annalibus definita erat. c. Si quis. c. Nemo. ca. Presbyter. 78. di. hodie breuius paulo temporis spatiū xxv scilicet annorum. c. Cū in cun

LXVI. ctis. §. Inferiora. de elect. Concilio etiam Lugdunensi decretum est, vt animorū curationē nemo sustinere possit,

(a) Nau. in Man. c. 25. nu. 117. qui intra annū (a) presbyter nō dedicetur. c. Licet canon. c. Commissa. de electio. aut intra septennium in specie. ca. Cum ex eo. d. tit. de electio. lib. 6. Vt vero ad hæc beneficia ritè quis promoueatur, primis eum sacris initiatū, & detonso capite esse satis est. c. Si pro clericis. de præbend.

lib.

li.vi.c vlt. de Institu.li.6. Concilio Tridentino ses. 23.c. 6. neque rectè F. (a) Duarenus contra præcipit. Si quis vero beneficia hæc petierit, cui tamen decretum sit ad presbyterij gradum intra tempus statutum non peruenire, non solum alienæ rei sibi conscius erit, sed etiam apud iudicem conuentus perceptos fructus restituet, ita recte (b) responsum est, ex d. cap. Commissa. §. Ceterum. de elect. lib. 6. Hoc vero & ad nuda simpliciaque beneficia (c) Panormitanus, atq; Imola proferūt. Sed eos recte Azpilcueta (d) notat, vno casu defendi eorum sententia posset si beneficio simplici presbyterij ordo ex aliqua ratione esset adiunctus, quæ ratio superiorem definitionem coercet. Nam primis sacris initiato ita conferri beneficium poterit, si ex instituentis voluntate ius aliter non oriatur, fac illum facultates, & annonas beneficij nomine ita constituere, vt clericus cui illæ præbendæ sunt, pro eo sacras missas peragat. Huius beneficij capax non erit, qui ad presbyterij vsque gradum promotus non sit. Nec sufficit clericū eum esse, cum beneficiū confertur, ita ex (e) Decio, & Ripa, nō tamen sine controuersia sententia est. Postremò singulare etiā in his beneficijs est, quod Innocentius eorū multitudinē hoc pœnę genere sancit: neq; enim ad alia beneficiorum genera pertinet, vt mox videbimus. Quocirca operæpretiū erit horū beneficiorum naturam quacumq; descriptione ex interpretū placitis explicare. Beneficium itaq; cum animorū curatione coniunctū sacerdotem eū habere dicimus, cui vni potissimū parœcia aliqua, vel Ecclesia regēda cōmittitur, cū spiritali forēsiue iurisdictione quā ex muneris necessitate per se, vel vicarij opera ad tempus exercet multa in hac definitione satis ociose, & ad popularē sensum. Sed nolumus attritis pręceptionibus recedere, cum re ipsa nihil peccant, singula explicabimus: dixi. *Vni*: nā ita in Concilio Remensi. *In vnaquaque Ecclesia vnus*

(a) Li.4.c.6.

(b) Soto li. 10. de iust. & iur. q. 5. artic. 6. Nauar. d.c.25.nu.117.

(c) Abb. in c. Relatū. n. 6. Imo. in c. Cōquerēte. de cleric. nō residētib.

(d) d.n. 117.

LXVII.

(e) Dec. in c. Cū in cūctis. §. Inferiora. nu. 11. de elect. & consil. 172. Ripa. in l. Ex facto. D. de vulg. & pupill. nu. 31.

LXIIX.

Panorm. Gomezius. Staphil. Rebuf. in praxi. tit. de nō promotis. ex n. 30.

LXIX. , *presbyter debet esse*. Et Alexander III. *Vna Ecclesia vnius*
, *debet esse sacerdotis*. cap. Sicut. 21. q. 2. c. Cum non igno-
res. sup. hoc titu. Itaque si duobus vel tribus sacerdotibus
Ecclesia aliqua regenda committitur, intelligendũ est, ani
morum curam episcopũ ipsum sustinere, horũ vero bene
ficia nuda, simpliciaq; esse, igitur ad ea pœna huius cõstitu
tionis nõ pertinebit, nec c. Licet canon. de elect. li 6. ita re
ceptũ (a) est. *Potissimum*. Nam si cũ præbendis, vel quocũ-
que simplici beneficio cõiũcta, adnexaue parœcia sit, quæ
instar accessionis habet, qui ea beneficia obtinet, animo-
rũ eũ curationẽ nõ habere Bonifacius IIX. decreuit. c. Su
LXX. per eo. de pręb. Ita prębẽda beneficiaq; illa, cũ alijs etiã be
neficijs, quæ animorũ curã afferãt, coniungi recte posse (b)
Felinus, & Oldraldus respondẽt. P*arœcia aliqua, vel Ecclesia*
regenda. Oportet enim sacerdotibus singulis singulas di-
stinctas, separatasq; parœcias esse, quas re ipsa curẽt, & ad-
ministrent. Quod si parœcia, quæ frequẽs prius populi ce-
lebritate fuit, accolis omnibus pereuntibus, vel alio forte
LXXI. translatis deserta, derelictaq; sit, quãquam prædiorũ deci-
mæ ab exteris forsitã & peregrinis qui ea colũt, soluantur,
eius tamen parœciæ beneficium animorum non habere
curationẽ, neq; huius cõstitutionis. De multa. aut c. Licet
canõ. pœnis cõtineri (c) receptius est. *Spiritali*, qui animorũ
curam absque vllo dignitatis titulo suscipiunt, eorum po-
testas in animorum legatione, absolutioneque versatur.
A sacra communione impios arcent, veniã poscentes ab-
soluunt, denique iurisdictionem quandam spiritalem per
parœcias exercẽt, quę vulgo, pœnitẽtialis fori potestas ap
pellatur C. Tridẽt. ses. 24. ca. 13. in fi. *Forensi iurisdictione*. ha-
LXXII. bere animorum curationẽ dignitates illæ dicuntur, in qui
bus litiũ iudicandarũ, & forẽsis huius disciplinæ exercen-
dæ ius est, quamquam nullius eis parœciæ præfectura sit.
Ita Ioannes XXII. *Nec non & illa* (inquit) *quorum ministris*
ratio-

(a) Abba. Imol. Anan. in d. c. Cũ nõ ignores. Gomez in regu. de Idiomate. q. 11.

(b) In c. In nostra corola.. 10. de rescript. Oldrald consi. 102. Deci. in regu. de triennal. q. 8. Selua de benefic. p. 5. q. 12 nu. 67.

(c) Abba. in cap. De multa. nu. 24. Staphilæus Rebuf. Gomez. vbi sup. c. Omnis de.

ratione beneficiorum huiusmodi competit visitare, inquirere, procurationes recipere, suspendere, excommunicare, seu ab excommunicationis, & suspensionis sententijs absoluere, de consuetudine, vel de iure. d.cap. Execrabilis. § Quantum. Ita Archidiaconum curam animorum habere dicitur, apud Honorium III. c. Dudum. 2. de elect. & dignitates in Concilio Tridentino ses. 24. cap. 12. *Ex muneris necessitate.* Quia monachi fratres, sodalesque alij animorum (*a*) curationem non habēt, quibus tamen functiones sacramentorum, & spiritalia reliqua Clemens. V. permisit. clem. Dudum. de sepultur. nā permisit quidem, non tamen eius muneris attulit eis necessitatem: dicitur. *Per se.* nam in alijs quidem beneficijs, & prębendis, si in sua quisque ciuitate, oppidoue adsit, pręsensque sit penè omnia sacerdotis munia per alium obire impune posse Antonij (*b*) Decij, aliorumque sentētia est, in his autem beneficijs, quæ cū animorum curatione sunt coniuncta, hoc beneficiarijs non licere prorsus pleriq; (*c*) affirmant, & recte. Modo excipias munera quædam, quæ pastoris proprij fidem, & industriam non adeo desiderāt, sed expediri per alium cōmode possunt, cui tamen rei ille operam dabit, dicitur in definitione. *Vel vicaria opera ad tēpus.* Quoniam si vicaria quis alterius opera in Ecclesia administranda, perpetuo vtatur, non is animorum curationem habere dicitur, sed potius vicarius sacerdos. Clem. vni. de off. vicarij. d. Extrauag. Execrabilis. §. Quātum. Sin autem ad tempus vicarius Ecclesiam administet, hunc precariū, & conductū non propriū presbyterum esse receptū (*d*) est. Hac ratione explicari oportet c. De (*e*) monachis. c. Extirpandæ. §. Quia vero. c. In Lateranensi. hoc tit. & quæ sacra Tridentina Synodo decreta sunt. ses. 7. c. 7. proprij vero presbyteri, si absint, vti vicaria aliorū opera ad tempus possunt. C. Trid. ses. 23. c. 1. quod recte Azpilcueta interpretatur. (*f*) Sed vt iure abesse peregre possint, episcopi ve-

LXXIII.

LXXIV.

LXXV.

(*a*) Gl. in Clem. dudū verb. impendāt. de sepultur.

(*b*) Ant. Dec. in c. Cū omnes. de cōsti. Dominic. & Frāc. in c. vnico de cler. non resident. li. 6.

(*c*) Hostiē. Astēs. Silue. Exea per Couar. li. 3. var. c. 13. n. 3.

(*d*) dd in d. c. Extirpandę. Cardinal. cōci. 30. n. 2. & in c. Sicut. n. 2. 21. q. 1. Prob. in d. c. Super. co. nu. 9.

(*e*) Soto de iust. & iure. li. 9. q. 4. ar. 3.

(*f*) In Man. d. c. 25. nu. 121.

nia formatis literis excipienda est, nisi forte tempus supra bimestre spacium nõ sit, & iusta presbytero profectionis caussa.

Hoc posito facile definiri nũc potest, quando prius beneficium cum animorum curatione coniunctũ ei vacet, qui simile aliud acceperit, si prius exquiramus quando alterũ acceptum esse dicatur, post de pœna committenda. Iterãda igitur Innocentij verba.

LXXVII. , *Statuimus* (inquit) *Vt quicumque receperit aliquod beneficium*
, *curam habens animarum adnexam. &c.* Accepisse secundum beneficium is quidem videtur, qui pacatam, & tranquil-
, lam eius possessionem sine lite, sine controuersia adeptus
, est. Bonifacius I I X. postquam aliud recepisti consimile,
, ac ipsius possessionem pacificam habuisti, vel per te stetit,
, quominus haberes. Clemens. V. si ante adeptionem eius-
, dem aliud beneficium pacifice assequaris. c. Licet episcopus. hoc tit. lib. 6. clem. Gratiæ. de rescrip. Itaque si litigiosa hæc possessio sit, prius beneficium non vacabit, item si inutilis, vt si quis ex supplicis libelli subscriptione, non ex-

LXXIIX. pedito Pontificio diplomate possessionem beneficij alterius adeptus sit. Quæ opinio (*a*) Felini est, & quidem in inferioris ordinis beneficijs quæ absque titulo dignitatis

LXXIX. sunt, haud dubie vera, nam in his beneficijs ex supplicis libelli subscriptione possessionem adprehendere lex quidem non prohibet. Ceterum adprehensa sic possessio inutilis, & inanis est, nã si intra sex menses confectũ diploma nõ sit, prorsus irritatur, neq; interim ad fructus percipiendos (*b*) prodest. In alijs autẽ beneficijs, quæ plus splendoris cũ titulo dignitatis habent, nõ solũ sine diplomate Põtificio inutilis, sed etiã prohibita possessionis adprehẽsio est Bonifaciana cõstitutione extrau. iniunctæ. de elect. quã ad alia inferiora beneficia diffundi nõ oportere recte (*c*) Cassadorus, & Azpilcueta obseruãt. Id quod iuridiciales

(*a*) In c. Veniẽs. nu. 3. de accusatio.

(*b*) Nau. in c. Accepta. de rest. spoliat. opp. 8. n. 26. Rebu. in praxi in reg. Cãcel. de subrogando collitigatore. Gl. 4 n. 15. & 19.

(*c*) Decis. de restit. spoliat. decis. 8. & de caussa possessio. & propriet. decis. 4. Nauarr. in d accepta.

les definitiones receperunt, tametsi pragmatici(*a*) quidã cõtra disputãt Iulij III. quadã prolata constitutione. Itaq; quoniã possesio nõ solũ inutilis, sed etiã prohibita est, illã lege prohibẽte qui occupat, vt ex priore capite beneficiũ nõ amitteret, tamẽ ex altero sese rursus induere videtur in pœnas. cap. Eum qui. de præbend. lib. 6. cum illis verbis, *Si se scienter iniuste intrudit in eo*, de eiusdem(*b*) Felini sententia comprehensus is sit, qui sine diplomate Pontificio beneficium attingit, quod necessario intelligendum est de eo, qui hoc lege prohibente facit. Quid si pacatam XXC. beneficij possesionem adepto deinceps controuersia moueatur, prius beneficium impune per duorum mensiũ spatium retineri(*c*) Cassadorus, & Staphilæus respondẽt. Itaque vt prius beneficium vacet, secundi beneficij possesionem non litigiosam, non irritam esse oportet, sed iure, & legibus obtentam, tum necesse est hæc possesio, vt adepto constet, id est ex iuris capite, non errore proficiscatur, ita in d. capit. Execrabilis. *Dummodo ex collatione canonica competat ius eisdem*. Fac aliquem beneficium cũ XXCI. animorum curatione coniunctum, imprudentem ab eo accepisse, qui conferendi ius falso habere credebatur, & tamen beneficium à vero collatore alij collatũ esse, certè qui prius beneficiũ insciẽs dimisit, ad illud, re postea cognita libere redire potest. c. Si beneficia. de præb. li. 6. libere id est(*d*) sine noua collatione. Nã prioris beneficij dimissio, iuris fictione, à qua tota proficiscitur, in hac specie nõ introducitur, cũ collatio secundi beneficij ipso iure ab initio nõ cõstiterit, neq; par est quẽquam, qui alterius fidẽ sequutus est, bonis suis imprudẽtẽ euerti. Ex eodẽ capite fit, XXCII. si quis in alterius gratiam beneficium permutationis caussa eiurauit, & deinceps in permutatione deceptus est, vt ei sine noua collatione, redditus ad dimissum beneficium pateant. Saltem post Clementis(*e*) constitutionem vnicam.

(*a*) Blasius in additioni. ad Guillielmum de Mõte. Gigas in epitome de intruso. n. 38.

(*b*) In d. cap. Veniens. n. 3. de accusatio.

(*c*) Cassad tit. de caus. possess. decis. 9. num. 9. Staphi. de liter. grat. tit. de qualitat. & stat. benefic. §. Huiusmodi. nu. 14.

(*d*) Dominicus in d. c. Si beneficia. nu. 8.

(*e*) Couarru. li. 2. variar. c. 5. nu. 5.

cam. de rer. permutat. quin etiam in c. Cum vniuersorum. & in c. Inter cetera. de rer. permut. hoc idem ab Innocentio, qui vtriusque capitis auctor est, definiri non male quidam tentant, mouentur eius capitis in verbis. *Decet enim, vt quia prębendam ei, quam de iure non potuit, assignauit.* Neque difficile adeò est, quod contra ex capite [illegible] de rer. permutat.

XXCIII. lib. 6. dicitur, diluere. Vt autem reuertamur ad c. Si beneficia, beneficium in ea specie is qui dimisit, recipere libere, id est, sine noua collatione potest, sine iudicis tamen ministerio, & opera non potest, nisi vacua forsitan possessio sit, ita plerique (a) censent. Temperanda tamē hęc sunt, amiserat enim beneficium prius, tametsi illud, quod se-

(a) Couarr. li. 3. Variar. c. 18. n. [illegible]

XXCIV. cundo loco quęsitum est, nullo vsui possidenti sit, Siquidem eius in illo adipiscendo subsit vis aliqua, aut fraus adhibita est cap. Eum qui de prębend. lib. 6 neque dissimilis forte aequitatis ratio Cęlestini responsum tuetur (b) cap. Cum bona, de ętat. & qualit. Quę certe eò spectant, vt prius beneficium ita demum amitti intelligamus, si secundum re ipsa quęsitum sit, mancipio, & vsu, è iuris certo capite, Sanè sic, nec enim cepisse is dicitur, qui quod cepit, retinere iure non potest, nec par est, cum hoc ei sine fraude euenerit, ei vt fraudi sit, & innocenti noceat.

(b) Couar. in c. Alma mater, p. 1 §. 7. nu. 10. de sent. excommunic.

XXCV. Sed quid erit, si secundum beneficium sine quidem, & rectè quęsitum est, sed nullius vtilitatis, cuius nimirum fructus alteri ex Pontificia indulgentia recepti ad tempus reseruatique sunt, ex cap. Si tibi concesso. hoc tit. li. 6. Plerique (c) definiunt, prius beneficium tamdiu non vacare, quamdiu secundi beneficij fructus alius perceperit, negant huic definitioni aduersari Clem. Gratię. de rescript. cum in ea constitutione conuersus rerum ordo sit: nam propter beneficium fructuosum ius expectatiui diplomatis inane, & ex quo nullos fructus capere pręter spem licet, amittitur, quod satis esse ęquum aiunt. Tum ad. d.

(c) Cl. ibi & dd. Rebuf. in prax. tit. de non promotis, nu. 14.

c. Si

c. Si tibi concesso. ad. c. Commissa. & ad. ca. 2. de celebrat.
Missar. præcipiunt, si beneficio imposita annua pensio in
alicuius gratiam sit, quæ fructus omnes complectatur,
proprium beneficiarium, qui hoc onus agnoscit, tamen
sollemne psallendi munus abijcere non posse, cum & re-
liqua parochi munia obeat, & eo nomine præbitis anno-
nis saltem alendus sit. c. De monachis. de præbend. Nam si
hæc omnia ad eum, cui pensio soluitur, spectarent, neque
psallere proprius presbyter beneficij nomine cogeretur,
& hoc rectè responsum est. At vereor ne hæc eorum defi-
nitio superiorem in explicando capite. Si tibi concesso. ra
tionem euertat. Etenim cum beneficij fructus alicui reser
uantur, merito constitutum est, de his fructibus tãtum re-
sidere oportere, quãtum ad vitæ subsidia ei sit satis, qui Ec-
clesiæ administrandæ præficitur. d. c. De monachis. sup. c.
Præsenti. § porrò. de offi. ordinar. lib. 6. Extrauag. suscepti. XXCVI.
§. cum itaque, ne sed. vacant. Peruertunt enim iustitiæ fun-
damentum, qui ab onere vtilitatem, à labore mercedẽ se-
iungunt. Igitur in eius capitis specie posterius beneficium
adepto, tametsi eius fructus alteri recepti essent, ad victum
iusta præberi necesse fuit, vt animorum curam, & proprij
presbyteri partes sustineret: iam vero cum hoc beneficio
primum eius generis alterum beneficium retinere, id est,
parœcias duas regere nõ potuit, nisi cum alteram curaret,
alteram desereret, qua potissimum caussa beneficiorum
multitudo prohibita est. Quocirca rectius præcipiunt I. XXCVII.
Andreas, Dominicus, Perusinus, atque alij, qui existimant
eius capitis decretum præter communes canones, iure sin
gulari, & æquitate quadam niti, neque propositi facti fi-
nes egredi. Singulare certè est, vt prioris beneficij ius,
quod perpetuum erat, atque esse necessario debuit, penes
beneficiarium ad tempus, & tamdiu resideat, quamdiu
posterioris beneficij fructus proprio presbytero restituan

Gomez in reg. de infir. resignã tib. q 16. Gigas de pensionib. q. 30 Soto. lib. 6. de iust & iur q. 7. art. 2. Nauarr. in. ca. Quando. de consecrat. di stinct. 1. in. 7. notab.

tur. Atque etiam illi, qui in ſuperiore ſententia reſident, fatentur prius beneficium hactenus vacare, vt eiurari amplius dimittique non poſsit, quod ad fructus vero pertinet non vacare, quæ omnia iure ſingulari ſunt. Ex his ſatis intelligitur, in poſteriore beneficio quale ius quæſitum eſſe oporteat, vt prius ipſo iure vacet. Explicemus reliqua, quæ ad pœnam pertinent. Ait Innocentius. *Si prius tale beneficium habebat, eo ſit ipſo iure priuatus, & ſi forte illud retinere contenderit, etiam alio ſpolietur. Eo ſit.* Amittitur ita-

XXCIIX. que prius beneficium, neque ſolum beneficium, ſed ex Clementis decretis ſpes, & ius beneficij literis expectationis Pontificijs contentum. Clem. gratiæ de reſcript.

XXCIX. *Ipſo iure priuatus.* Panormitanus Cardinalis, Imola atque alij frequentes opinantur, priore beneficio ita demum aliquem priuari, ſi Antiſtes, à quo in eam Eccleſiam delectus eſt, ratam promotionem habuerit, quoniam epiſcopo incõſulto dimittere beneficium nemo poteſt. c. Admonet. c. Quod in dubijs. de renuntiat. nos etiam antea attigimus, ſed hos interpretes rectè (a) Azpilcueta notat. Non enim beneficium hic ex capite voluntariæ abdicationis vacat, ſed ipſo iure, & pœnæ nomine, qua ſanciri hic canon haud dubie potuit, & rem ſatis perſpicuam illuſtrare exemplis

XC. ſuperuacaneum eſt, cum præſertim ea ſententia frequente (b) curia recepta ſit. Præterea tractatum eſt, cui prius beneficium ipſo iure aufertur, an etiam ipſo iure beneficij poſſeſsionem amiſiſſe videatur, placet non videri. Itaque vocari in ius priorem beneficiarium neceſſe eſt, inſtrui excutique cauſſam. *Illum tamen* (inquit Clemens III.) *cui contulerit, non debebit te non vocato, cum tibi forſitan ius poſsit competere retinendi, in poſſeſsionem ipſius inducere corporalem.* cap. Licet epiſcopus, de præbend. libro. 6. Ac ſi induxerit, priori poſſeſſori quaſi deiecto interdicta reſtitutoria competere (c) receptum eſt, huic definitioni male

(a) Nauarr. in c. Accepta. oppoſition. 8. n. 4. de reſtit. ſpoliator.

(b) Nauar. in ca. Si quando. pag. 15. de reſcript. Placa. de mãda. Apoſtolic. 8. p. nu. 19.

(c) Abb. in. c. In literis nu. 24. de reſtit. ſpoliato. Naua. in repet. d. c. Accepta. oppo. 11. num. 6.

le obijciuntur. ex. cap. Dudum. 2. de elect. illa verba. *Et sic per ipsum eædem animæ damnabiliter sunt deceptæ.* Quæ non Pontificis, sed litigatoris sunt, illa verò in. cap. Cum nostris. de concess. præbend. *Cum præpositura illa non vacaret de facto, quia talis possessio plus habet facti, quàm iuris.* Et illa. *Cum igitur scita est, præbenda illa, etsi non de facto, de iure tamen vacare noscatur.* In. c. Cum literas, illo tit. non incommodè accipi ita poterunt, vt beneficij ius amissum sit, possessio vero non sit amissa, quasi vacare de facto beneficium dicatur, cum eius vacua possessio est, & scilicet amissam à Præpositis possessionem non fuisse eo argumento intelligimus, quod lata illi sententia beneficia dimittere compelluntur, reliqua expedita sunt. Ait Innocentius. *Et si forte illud retinere contenderit.* Ioannes Teutonicus opinatur in hanc pœnam eum tantum XCI. incidere, qui de ea re interpellatus iudicium accepit: nam ante iudicium acceptum impune eum beneficium dimittere posse. l. Amplius D. rem ratam haberi. l. Quamuis. D. de in ius vocando, ait Innocent. *Etiam alio spolietur.* Ipso etiã iure posterius beneficium amitti quidam interpretã- XCII. tur, ita Antonius explicat in. c. vl. de postulando illa verba, tãquam ingratus potest huiusmodi beneficio spoliari. At in eo etiam capite Antonij explicatio, de Panormitani, atque aliorum sententia refellitur. Itaq; sentẽtiam iudicis in hac specie expectari oportere Felinus, Decius, (a) & alij Doctores præcipiunt. Similiter quod in. c. Postulasti. de cleri. excõm u. abscise legitur. *Sunt ecclesiasticis beneficijs spoliandi.* Sic effertur. in. c. Clerici eo. tit. *Perpetua depositionis sententiã pro ausu tacitæ temeritatis incurrãt.* Ceterũ in Extrauag. Execrabilis etiam posterius beneficiũ ipso iure, & citra iudicis sententiam amittitur, illis verbis. *Alioquin ex tunc sint ipso iure secundo priuati.* Quæ eo loco recte scholia explicãt, & hac sententia Concil. Triden. decreta sunt. ses. 7. c. 4. & ses. 24. c. 17.

(a) In. c. 1. de rescript. fuse Tiraquel. in. l. Si vnquã vers. receptator. fallẽt. 54. n 52. de reuocãd. donat.

Gl. in. d. extrauag. Execrabilis. vers. ipso iure. & vers. vacatura.

Ait

, Ait Innocent. *Is quoque ad quem prioris spectat donatio, illud*
, *post receptionem alterius libere conferat, cui merito viderit &*
XCIII. , *conferendum, &c.* Libere conferet, id est, cuicumque volue
(a) Deci. consil. 131.nu.2. rit, confestim, & expeditè, sine aliqua (a) mora. Sed anne, li
bere, potius interpretabimur, caussa indicta, & posterioris
beneficij possessore non vocato, vt plurimum iuris Ponti
(b) Tiraquellus in d. l. Si vnquā vers. reuertatur. fallent. 4. n. 112. C. de reuoc. donatio. ficij Consultis (b) hæc explicatio probatur, sed perperam, nam prioris beneficij possessionem amissam ipso iure nō esse ex c. Licet episcopus. de præbend. lib. 6. antea demonstratum est. Ordo verò iuris perturbaretur, si prioris beneficij possessori, indicta caussa deiecto actoris partes imponerentur, cum possit aliquid afferre, cur ei prius beneficiū
XCIV. retinere liceat. d. c. Licet episcopus. de præben. li. 6. Sed excutiamus potius non an libere cōferre beneficia hæc episcopus possit, sed an conferre quocumque modo. Nam vt hæc ei potestas hoc canone concessa sit, vereor tamen ne eadem adempta postea, abrogata sit à Ioanne XXII. qui in d. c. Execrabilis. beneficia sic vacantia Romani Pontifi
, cis iuri, & collationi nominatim recepit. *Quæ omnia* (in-
, quit) *& singula beneficia vacatura, vt præmittitur, vel dimissa no-*
, *stræ, & sedis Apostolicæ dispositioni de ipsorum fratrum consilio re*
, *seruamus.* Sed coangustari constitutionē hanc necesse est, nisi forte credendum sit Pontificia omnia de sacerdotijs conferēdis decreta, illa canonis parte labefactari, eius itaq; constitutionis quatuor capita sunt, priora duo ad eos pertinent, qui legibus à Pontifice Romano soluti plura beneficia aut obtinebant, aut expectabant, de quibus hæc Innocentiana neque verbum. Posteriora item duo ad eos, qui plura beneficia contra iuris Pontificij regulas aut ante eā constitutionem sunt adepti, aut deinceps postque eam latam adipiscentur, quos præcipit posterioribus beneficijs coram suis episcopis intra mensem sese abdicare, nisi ita fecerint, ipso iure etiam posteriora amittere: idque in ea

con-

constitutione nouum, atque singulare est, atque adeò hæc etiam posteriora beneficia, quæ ex eius constitutionis præscripto vacant, Pontificiæ collationi recipiuntur, nō priora, de quibus amittendis, aut conferendis nihil præter superiores constitutiones illa constitutio induxit, quod recte obseruatum (a) est. Proximum est apud Innocentiū. *Et si vltra sex menses conferre distulerit, non solum ad alios secundum Lateranensis Concilij statutum, eius collatio deuoluatur, verum etiam tantum cogatur de suis prouentibus in vtilitatem Ecclesiæ, cuius est illud beneficium adsignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit esse perceptos.* Hæc ad eos, quos ordinarios collatores vocant, pertinent, de caduco deuolutoque iure conferendi satis multa interpretum commētarijs trita, reliqua expedita sunt. Igitur pœna, qua huius capitis constitutio quasi obsepta est, his verbis continetur eius pœnæ hæc summa. Si quis beneficium cum animorū curatione coniunctum adeptus sit, cum eius generis aliud haberet, prius ipso iure vacare, quin etiam posterius, si retinere vtrumque beneficiarius pergat, sed pro huius capitis quasi coronide, paucis excutiendum est, an antiquata prorsus illa optionis facultas sit, quam beneficiarijs priores canones largiebantur, deinde præter beneficia, quæ animorum habent curam, an ad alia etiam hæc Innocentij pœna pertineat, ad extremum aucta ne hæc pœna sit. Principio itaque sic habendum est, quoniam hæc constitutio de beneficijs, quæ cum animorum curatione cōiuncta sunt, præfinite loquitur, reliquos esse adhuc casus speciesque aliquas, in quibus beneficiario licet ex duobus beneficijs vtrum maluerit retinere. Atque hoc etiam ad ipsa cum animorum curatione coniuncta beneficia procedit, species vero sic notantur. I. Si nuda, simpliciaque beneficia plura, quæ tamen presbyteri asiduitatem, præsentiamq; moribus, aut instituto aliquo desiderant, consequutus quis sit.

XCV.

XCVI.

(a) Gloss ver. vt promittitur. d. extrauag. execrabilis. Felin. in c. Caussam quę de rescript.

ſit. II. Item ſi cum nudo ſimpliceque beneficio beneficiũ aliud cum animorum curatione coniunctum, aut contra quis obtineat, nam in vtraq; ſpecie prius beneficium ipſo iure non amitti, ſed alterutrius optionem permitti benefi ciarijs recte reſpõſum atq; definitũ eſt. III. Ad Canoniam hoc producitur (a) vt ſi ea parœciali beneficiario collata ſit, etiã ius optionis illi ſuperſit. IV. In dignitatibus quoque, & parœcialibus Eccleſijs hãc optionẽ beneficiarijs Bonifacius. IIX. dedit, ſi prior dignitas vel parœcialis Eccleſia abſenti, & ignorãti (b) collata eſt. ca. Gratia. de reſcrip. li. 6. V. Placet etiã quod Panormitanus (c) & Hoſtienſis eis faciunt hanc optionem, quibus eodẽ tẽpore dignitates, vel parœciales Eccleſiæ plures collatæ ſunt. VI. Nam illis, qui ex Pontificis venia plures dignitates, vel parœcias adepti fuerant, delatam hanc optionem eſſe dubitare nemo poteſt. d. Ext. Execrabilis. §. ſtatuimus, & Concil. Triden. ſeſſ. XXIV. c. XVII. Quibus fit huius Innocentianæ conſtitutionis pœnam non ita fuſe lateq; patere, vt veterum canonũ optio prorſus ſublata antiquataq; ſit.

Abb in. c. Referente. n. 3. ſup. & in. c. fi. ad fi. de cleric. non reſidentib. ibi. Imola. Deciſio Rotæ antiqua. 37. de præbend Staphileus de modo, & forma beneficior. § huiuſmodi. n 6.

(a) Bernardus Diaz in practi. criminal. c. 42. opp. 1. Duennas reg. 71.

(b) Not. in. d. c. Gratia.

(c) In hoc. c.

XCVII. Rurſus quamquam hæc conſtitutio de beneficijs cum animorum curatione coniunctis perſtricte edita ſit, eam tamen ad alia beneficia pertinere dubium nõ eſt. I. Primum à Bonifacio IIX. hæc conſtitutio nominatim ad monachos, fratreſúe religioſos producta eſt, pluribus præfecturis (vulgo Prioratus vocãt) aut Eccleſijs cum animorum curatione cõiunctis ne vnus præficiatur. c. Cũ ſingula. de præbend. lib. 6. idq; quamquã parochi ille munus per ſuffectos, & nominatos vicarios obire ſoleat. II. Clemens etiam in Viennenſe Concilio Bonifacianam conſtitutionem ad Eccleſias ſine animorũ vlla curatione, quæ à Panormitano Prioratus manuarij vocantur, pertinere decreuit. Clem. vnica. de ſupplẽd. neglig. prælator. III. Iam illud declaratũ eſt, hoc capite eos preſbyteros comprehendi qui vicaria opera, ſed in perpetuum

Eccle-

Ecclesias parœciales regunt, quod iuri consentaneum satis fuit. Clem. vnica. de offic. vicar. I V. Ad extremum, etsi posterius beneficium is demum accepisse videatur, qui eius possesionem non litigiosam consequutus sit, tamen incidet in huius capitis pœnas si iniuria, aut vi se quis in posterius beneficium intulerit. c. Eum qui. de præbend. lib. 6. Denique aucta huius capitis pœna à Ioanne XXII. est, qui constituit posterius beneficium ipso iure vacare, si priori se beneficio quis non abdicaret, idque valere peræque in his, qui Pontificis venia, aut sine ea plura beneficia consequuti essent. d. Ext. Execrabilis. Rursus vtraque in specie emollita, extenuataque est à Sacra Tridentina Synodo: nam plurium beneficiorum possessoribus optionis primum restituitur beneficium, deinde tempus optionis ad semestre producitur, postremo cum antea ipso iure vtrũque beneficium amitteretur, in vtroque hodie beneficio iudicis auferentis sententiam ex eo capite necessariam esse recte Nauarrus (a) Doctor obseruat. Hactenus de primo capite huius constitutionis. Proximum est apud Innocentium. *Hoc idem & in personatibus esse decernimus obseruandum, addentes, vt in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum.* Admonet hic locus, vt dignitates varias, & beneficia, quorum multitudo sacris canonibus interdicta est, recenseamus, quæ pars huius tractatus non leuissima est, sed eam paucis nos quoad fieri possit. Principio igitur à Pontifice Romano ordiamur, quem in Ephesina Synodo Cyrillus Alexandrinus, Archiepiscopum, totius orbis terrarum Patrem, & Patriarcham appellat, huius præter omnes alios Patriarchas, & Archiepiscopos summa diuinaq; potestas est, quæ non à Synodicis, hominũue decretis repetita homines auctores habet, sed maximum, & immortalem Deum, à quo primum reperta

XCIIX.

XCIX.

(a) In Manuali. c. 25. n. 129.

& in

& in terris constituta fuit, eiusque rei testimonia sacris cō signata monumentis plurima exstant, vt. *Tu es Petrus, & su per hanc petram*, &c, *Tibi dabo claues regni cælorum*, &c, *Quodcunque ligaueris in terra*, &c, *Pasce oues meas*. Matthæi. XVI. & Ioānis. x. & vlt. capite. Nam vt frequentem hanc fidelis populi, atque conuentus celebritatem & multitudinē, quæ per omnes orbis partes, atque regiones lōgè & latè diffusa est, vna continet, & connectit Ecclesia. Ita etiam eius Ecclesiæ Rectorem atque Gubernatorem vnum à Christo Domino constitui oportuit, & quidem constitutus est is, qui Petri Apostolorum Principis successor Romanam cathedrā teneret, quod tam multis locis summa prædicant consensione Hieronymus, Irenæus, Cyprianus, Basilius, Ambrosius alijque Patres sanctissimi & vetustissimi, & verò quoniam huic maximo sacerdotio ab ipso Domino, vt, inquit, Marcellus PP. delecta, Romæ, (a) & quasi posita sedes est; atque ipsa Romana Ecclesia, vt reliquarum omniū caput, & regina principis cathedræ prærogatiua, & honore decorata, (b) hinc factum est, vt ab vrbe discedere ex iustis caussis ad tempus Pontifex Romanus recte possit: efficere tamen ille non potest, vt Romana Ecclesia, quæ dignitatis hoc gradu, & amplitudine iurisdictionis præesse alijs debet, alijs ipsa (c) subsit. Iam vero cum Romanus P. sacerdotium hoc gerere non possit, nisi rite, & sollemni more creatus sit. c. 1. c. Si quis papa. c. Si duo. c. Si quis pecunia. 79. distinct. c. Fundamentum. de elect. lib. 6. Clem. ne Romani. de elect. cum Romanus episcopus sit, & appelletur, etiam postquam Pontifex Max. consecratus est, cum etiam vt commisso gregi aduigilet, eius non modo asiduitas, sed labor diligens, sed anxia sollicitudo, & cura, quæ numquam consideat, pro tanto munere necessaria sit, reliquum est, maximum hoc sacerdotium beneficij significatione, quæ latissime patet, & canonibus aliquando comprehendi

c. In nouo. capi. Quamuis. 21. di. ca. Omnes. cap. Sacrosancta. 22. dist. c. Quodcūque cap. Loquitur. 24. q. 1. Concil. Trid. sess. 14. c. 15. & 6. & sess. 10. c. 25.

C.

(a) c. Rogamus. cap. Beatissimę. cap. Hæc est fides. 24. q. 1. capi. Per venerabilē. §. Sane qui filij sint legitim.

(b) d. c. In nouo. c. Quando. 21. dist. c. ad Romanam. 1. & 2. 2. q. 6. ca. Cuncta per mundum. ca. Per principale. 9. q. 3

(c) d. c. Rogamus. d. cap. Per venerabilem. Thesaurus Christianæ religio ca. 1. nu. 41. Borsa de irregularit. p. 6. c. de simonia. nu. 43. Cucus. inst li. 2. tit. 2. n. 16.

prehendi (*a*) c. 1. de reg. iur. lib. 6. atque adeò cum alijs dignitatibus, & beneficijs, quæ animorum curationē habent, coniungi retineriúe rectè non posse. Post Romanum Pōtificem proximum hodie dignitatis gradum in ecclesiastica Hierarchia Romani Cardinales obtinent. Maximum & præstantissimum hoc collegium est, post Innocentium IV. purpureis infulis insigne, eius suffragio, auctoritate, cōsulto, grauissimæ quæque res, quæ Christianæ rei disciplinam, & statum continent, geri, volui & quasi sustentari videntur, vt is iam ordo clientelis, opibus, splendore cum ipsis propè regibus certet. CII. Cardinalium dignitatem sacris legibus constitutam esse multi (*b*) libris editis defensitant. Sed rectius alij præcipiunt posteriores Pontifices eius dignitatis auctores fuisse. Cardinalis certe verbum ante Siluestrum in antiquis scriptis nusquam reperitur, sub Siluestro in Synodo Romana Diaconi Cardinalis, aut Cardinarij semel, atq; iterum mentio fit, canone. III. & VII. Gratianus descripsit in. c. A subdiacono. 93. dist. in. c. Pręsul. 2 q. 5. quo CIII. loco Archidiaconum significari dubium non est, cui præcipitur à subdiacono vsque ad lectorem vt omnes in Ecclesia nudi ministrent, simile honoris, atq; obseruantiæ genere in Synodo Rauēnæ habita apud Leonem P. Archipresbyterum presbyteri Cardinalis prosequantur. c. 1. 2. & 3. de offic. Archipresbyter. Quod verò in eadē Romana Synodo canō. VI. iubet, Diaconos per singulas parœcias binos CIV. creari, non plures, vrbis Romę septem esse diaconos, originem habet à Concilio Neocęsariense, cuius Concilij canō XIV. decernit, Diaconos septem esse debere secundum regulam, quamuis magna sit ciuitas, apud Gratianum in. ca. Diaconi septem. 93. dist. non est verbum Cardinales, quæ res non facile explicari potest, (vt interim, quoniam ita incidit, de eo capite nonnihil afferam.) Cum in nouella Iustiniani. III. cētum fuisse Diaconos in magna. C. Politana CV.

(*a*) DD. in illis locis. Rebufus in concordatis in forma Mandati vers cum cura. Thesaur. & Cuccus. vbi supra. Conradus in tēplo iudicum. li. 2. c. 1. Lælius Iordanus de maioribus episcopo. caus. c. 9.

(*b*) Turrecremata in summa ecclesiast. lib. 1. ca. 80. Barbat. de præstant. Cardinal. q. 3. & 5. Lācelotus Conradus. lib. 2. c. 2.

Ecclesia testatum sit. Quo fit, vt ex sexta Synodo in Trullo canone. XVI. (quem canonem cum Neocæsariensis Photius coniungit. tit. 1. c 30.) existimare quis possit. d. c. Diaconi septē, non ad hos Diaconos, qui sacrarum functionum, quæ in Ecclesia peraguntur, administri sunt, pertinere, sed ad eos potius, qui quondam ἀγαπῶν tantùm ministri erāt, id est, mensarum, quæ egenis, viduis, orphanis apponebantur, quæ conuiuia non in templo, quod prohibitum erat, sed intra priuatos parietes concelebrata sunt, & quidē splēdide, si Luciano credimus, qui ea δεῖπνα ποικίλα vocat. Canonis verba sunt, ἡμεῖς τῷ ἀποστολικῷ ῥητῷ τὸν νοῦν ἐφαρμόσαντες τῶν πατέρων εὕρομεν ὡς ὁ λόγος αὐτοῖς οὐ περὶ τῶν τοῖς μυστηρίοις διακονουμένων ἀνδρῶν ἦν, ἀλλὰ περὶ ταῖς χρείαις τῶν τραπεζῶν ὑπουργίας. Et paulò post extremo canone eadē interpretatio iteratur. Quæ explicationis ratio mihi non vsquequaq; probatur. Nam vt septem illis diaconis, qui primum ab Apostolis de populi sententia delecti sunt, apta sit, cuius interpretationis auctor B. Chrysostomus laudatur, tamen canonem illum Neocæsariēsem, qui

CVI. patere latius videtur, placet potius Synodo Nicæna nō ita multo post sublatum esse. Id quod ex Florentina Synodo cognoscimus, cuius in Act. 7. Hæc sunt episcopi Colossensis verba. *Postea vero Neocæsareæ, quos tamen conuentus omnes Synodus Nicæna comprobauit; nonnullis eiusdem Neocæsariensis cōuentus actis de septem Diaconis exceptis, quæ cum probanda non essent, refellit.* Et vero pars hæc Nicænæ Synodi, quæ in editione Græca deperierat, restituta nobis est, canonibus nuper editis, qui ex Arabico conuersi sunt, inter quos canon LXXII. sic legitur. *Vt non sint pauci presbyteri in Ecclesia, ne deficiat oratio, & ministerium Ecclesiæ, & ne sit magnus sacerdotum numerus, ne sumptus Ecclesiæ augeatur. Quamobrem qui Ecclesijs præsunt, ij quidem quid in hac parte opus sit, videbunt, atque ita oportet, vt tot in Ecclesia Diaconi sint, quot Ecclesia ferre possit, & vt illis Ar-*

lis Ar-

lis Archidiaconus præsit sicut sancti Apostoli canonibus suis statuerunt, & sancti Patres, qui apud nos fuerũt, & vt sint septẽ Ecclesiæ Diaconi, qui Ecclesiæ sumptu viuant, ac reliqui gratis administrent. Hactenus canon Nicænus, cui satis consentaneũ est, quod Iustinianus de augẽdo Diaconorũ numero in Nouella tertia cõstituit: hoc vero canone Neocęsariẽse caput illud correctũ esse nemo nõ videt, septẽnarius autẽ numerus ad minimũ, ideo fortè in Diaconis definitus est, quod totidẽ munera in Ecclesia Græca per Diaconos exerceri solita sunt. CVII. Nã ex his magnus œconomus deligebatur. Itẽ magnus σκευοφύλαξ cui curæ sacra vasa, & vestimẽta. Sacellarius etiã magnus, qui sacras domos, & ministeria curabat: ex Diaconis itẽ Sacellarius erat, nobis sacrista, qui sacrarũ domorũ, quæ in ciuitate sunt, & altaris ornamenti curã suscipit. Tũ Chartophylax magnus, qui scripta, & tabulas de iudicijs & caussis seruat. Deinde πρωτοέκδικος, qui custodiæ sacrarũ legũ præficitur, deq; homicidijs, atq; alijs criminib⁹ inquirit, qui his omnib⁹ præest, Archidiacon⁹ dicitur, & hoc certe nomine Cardinalis, Diaconus in Synodo Romana appellatur, translatum postea nomẽ ad omnes Diaconos regionarios est. Ita enim Diaconi appellati sunt, postquã eis Fabianus Anno Christi. CCXL. quatuordecim vrbis regiones diuisit, singulis binas, vt in sua quisq; quasi diocesi, viduis, atq; pauperibus subleuandis munus suũ exequeretur, neq; hic septẽ Diaconorũ numerus Romę ante annũ Christi mille actus est, quo tempore singulis regionibus singuli sunt præfecti Diaconi, qui certæ regionis appellatione dimissa à Diaconijs in quibus illi cõmorabãtur, nomina sortiti sunt Ecclesiæ, in quibus nulla sacramentorũ functio administratioq; fuit, Diaconiæ sunt appellatæ. CIIX. His Diaconis Palatini quatuor ante D. annos additi sunt, vnde Diaconi Cardinales XIIX. exstiterũt. Hęc de diaconis Cardinalibus, nec dissimilis origo, & ꝓgressio eorũ, qui Cardinalis pres-

byteri dicti sunt, quos eos esse, quibus parœciæ seu tituli, id est, Ecclesiæ, in quibus sacramentorũ dispensatio & curatio animorum suscipiebatur, committebātur, perspicuũ est, neque solum intra vrbem Rom. sed extra eã, & in quocunque loco, hinc Cardinalem constitui, incardinari, Car-
(a) Ca. Ex gestis de cleric non residentib. ca. 2. & 3. de offic. Archi presbyt. dinalis (a) presbyter, Cardinalis (b) clericus, apud Beatum Gregorium, apud Leonem Pontificē in Synodo Rauēnæ habita, alijs deniq; plurimis in locis, quę à me sæpius cōmemorata sunt, quod vero ad Romanos titulos attinet, cum
(b) Ca. In nomine Domini. 23. distinct. antea incerto exiguoq; numero essent, eos Cletus, vt ex Damasio auctor est Bibliothecarius, ad numerum XXV. redegit. Euaristus singulis presbyteris parœcias diuisit, de Higino vero sic Damasus *Hic clerum composuit, & distribuit gradus*, quæ verba Onuphrius Panuinus doctissimus rei antiquariæ scriptor, ita accipit; quasi in singulis titulis plures sint ab Higino creati institutiq; presbyteri, tum qui his pręerat, hunc ait dictum esse Cardinalem, forsitan verè: in eũ tamen sensum nunquam me illa Damasi verba coniecissent. Dionysio certe atque Marcello Romani titulo perspicue debent, quorum ille circiter annum Christi. CCLX. Euaristi sequutus exemplum titulos atq; parœcias presbyteris deintegro distribuit, vt suis quisque finibus contineretur, hic vero non longe post circa annum. CCCV. eosdem titulos numero certo atq; definito terminauit, de Dionysio sic Damasus. *Hic presbyteris diuisit Ecclesias, & cœmiteria, parœcias & dioceses cōstituit*, de Marcello idē. *Marcellus. P. XXV. titulos Romæ constituit quasi dioceses propter baptismum, & pœnitentiam eorũ, qui conuertebantur ex Paganis, & propter sepulturas Martyrũ.* Titulos deinceps Romani Pōtifices, alij alios adiecisse legũtur, vt Siluester, Marcus Iulius, Damasus, Innocētius, Liberius, Syricius, Anastasius, Zosimus atque alij vsque ad Leonem. I. post quem vix reperias titulum alium supra viginti & octo priores adiectũ, totidem etiam Cardi

nales

nales presbyteros, nō plures, neq; pauciores Romæ ad Honorium vsq; secundum creatos fuisse constat, quo tēpore hic ordo & numerus minui cœpit, forsitan propter schismata & seditiones quæ ex Cardinaliū, ad quos Pontificis Romani creatio iam delata erat, multitudine in Comitijs Pōtificalibus oriebātur. Itaq; Cardinaliū numerus, qui antea ex presbyteris XXIIX. Diaconis XIIX. Episcopi Cardinalibus VII. fixus & cōstans fuerat, dilabi sensum & ad miram quandā paucitatē redire adeo visus est, vt cum Nicolaus II. Pontifex renunciatus est, octo tantum Cardinales fuerint, quatuor presbyteri totidemque Diaconi. Rursus auctum hoc collegiū est vt sub Leone X. LXI. simul Cardinales in eo reperti sint. Iā vero, qui titulis seu parœcijs Romanis præfecti principio sunt, Cardinales presbyteri meliore(a) certe iure quā cæteri præfecti non sunt, tamē quoniā R. Pontifici in sacro ministerio frequētes aderāt, crescere paulatim primum cœpisse credibile est. Tum de maximis rebus in consilium adhibitos maiore quodā cultu, & honore dignatos esse, ad extremū auctos suffragij iure in Pōtifice deligendo ad summum dignitatis gradum peruenisse. Hinc deniq; hæc Ecclesiæ columina exstitisse maxima, & præstantissima, quibus Christiana res nunc adnititur. Ex his vero quæ tam multis disputata sunt, effectum est, hanc Romanorū Cardinalium dignitatem, quæ hodie priuata lege, & moribus reliquis omnibus episcopis lōgo interuallo antecedit, si priscis canonibus res exquiratur, episcopo superiorē non esse, quod à quibusdā traditū est, & Augustinus indicat. *Quamquam* (inquit) *secūdum honorum vocabula, quæ vsus obtinuit, episcopatus sit presbyterio maior, Augustinus tamen Hieronymo minor est. cap. Quamquam. 2. q. 7.* Nam Hieronymum Romanæ Ecclesiæ aut tituli alicuius presbyterum Cardinalē fuisse eius scripta indicant, alij aliter de illius loci explicatione existimant. Deinde si Car- CIX.

(a) c. Legimus. §. Neq; altera. 93. dist.

dinali presbytero titulus, aut parœcia certa aſsignata ſit, ad epiſcopalem dignitatem, aut beneficium cum animorũ curatione coniunctum promoueri eum gratia canonum non impetrata minime poſſe, cum in commiſſa parœcia Cardinales ſicut reliquos presbyteros aſsiduos eſſe oporteat. c. 2. de cleric. non reſidentib. conſectariũ eſt, duos Cardinalis presbyterij titulos committi vni minime poſſe, res etiam eo progreditur, vt ſi fortè alteruter aut vterque titulus ex priuilegio, vel iuſta conſuetudine Cardinalis presbyteri aſsiduitatem, præſentiamque non poſtulet, adhuc retinere vtrumq; nemo poſsit, quoniam eiuſdem generis, atq; formæ beneficia ſint, quæ plura obtinere nemini licet. c. 1. de conſuetud. lib. 6. Clem. vltim. de præbend. Poſtremo ſi impetrata canonis venia presbyter Cardinalis, aut etiam ſine venia, vt ſi nullus ei titulus vnquam aſsignatus eſt, epiſcopus creetur eum in commiſſa ſibi epiſcope aſsiduum præſentemque eſſe debere veteribus, nouiſque canonibus ſatis definitum Concil. Tridentin. ſeſsion. 23. cap. 1. & 2. & vero qui rationibus ſuis cumulatiſsime ſatis eſſe factum ita putant, ſi epiſcopium quod ſub fiducia in perpetuum contracta acceperunt, regendum alijs conductis mercenarijſque Paſtoribus committant, ſe quidem ipſi deludunt, non legem, quàm violari palã nemo inficias eat.

C X. Deinceps de epiſcopis dicendum eſt, qui ſingulis ciuitatibus, aut prouincijs præficiuntur, non ſolum vt reliquos Eccleſiæ miniſtros, ſed vt fidelem etiam populum regant & eorum ſalutem ſummo ſtudio, & vigilantia tueantur, epiſcoporum autem plures varijque gradus ſunt. Primum dignitatis gradum obtinent Patriarchę, id eſt, primi ſupremique Patres, quorum ampliſsima poteſtas eſt non ſolũ in epiſcopos, ſed etiam Archiepiſcopos. Nam præter ſummum Pontificem Romanum quatuor Patriarchas vniuerſa olim habuit Eccleſia: Conſtantinopolitanum, qui

poſt

post omnes alios hoc honore decoratus est, sed propter
imperij maiestatem omnibus alijs dignitate antecellit, tū
Alexandrinum, Antiochenum, Hierosolymitanum. c. Sa-
crosanctæ. c. Constantinopolitana. c. Renouantes. c. Diffi-
nimus. 22. dist. c. Antiqua de priuileg quibus quasi inferio-
ris ordinis adiecti sunt Aquileiensis, Cantuariensis, Bitu-
ricensis, & Grandensis. In altero gradu Archiepiscopi col- CXI.
locantur, qui non vni ciuitati, sed prouinciæ, quæ plu-
res ciuitates complectitur, præsunt, sic dicti quod pluri-
bus episcopis quasi iura dent, & Metropolitani, quod
illarum vrbium Antistites sint, quæ tamquam matres
habeantur illius prouinciæ: ex his autem alij Primates
erant, qui Exarchi dicuntur, alij non ita. Nam de Pri-
matibus separatim disputare arbitror nihil esse necesse,
quo honoris titulo Patriarchas interdum decoratos es- CXII.
se legimus, neque solum Patriarchas, sed Pontificem
ipsum Romanum: nam in Concilij Chalcedonensis ca-
none. IX. illa verba. *Si vero contra ipsius Prouinciæ Me-
tropolitanum episcopum, episcopus siue clericus habeat contro-
uersiam, pergat ad ipsius diocesis primatem, aut certe ad. C.
Politanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi negotium exqui-
ratur*. capit. Si clericus aduersus. 11. quæstion. 1. Ni-
colaus PP. in quadam epistula ita interpretatur, vt
Primatem diocesis Pontificem esse Romanum affir-
met, cum Nicolai sententia Romani libri lectio con-
sentit, quæ pro illis. *Ipsius diocesis Primatem, primam se-
dem habet*. Sed Græci interpretes ad eum canonem
Carthaginensem cum de eius sententia, tum de Pri-
matibus longè aliter censent. Aristenus, Primatem
eo loco, atque alias esse interpretatur Patriarcham sub
quo censentur earum Prouinciarum Metropolitani. Dein
de addit. C. Politano præter cæteros non solum in Me-
tropolitanos, sed etiam in Patriarchas imperium à Con-

A. Augustin. ad Modesti. l. 4. §. supra hunc numerum D. de excusat. tutor.

cilijs datum esse, sed male Patriarcham. C. Polit. nominat, ad quem sub ea tempora honorem hunc delatum non esse constat, sed quod de summa eius potestate affert, etiam incerta suspectaque fide. Nam Concilij. C. Polit. I. canonem. V. qui de ea re conscriptus est, Apostolica Romana sedes neque à principio, neque longo post tempore proba

CXII. uit, quod satis indicant epistulæ Leonis. PP. primi ad Anatolium. C. P. L I. Leonis. IX. aduersus Michaëlis, & Leonis præsumptiones. c. 38. Nicolai. I. ad Michaëlem Imp. B. quoq; Gregorij ad Eulogium, & Anastasium epist. XXXI. lib. VI. Sed vt ad Primates redeam, Theodorus Balsamon ait, fuisse olim quosdã Metropolitanos præcipuos, quorũ priuilegium abolitum iam sit, eiusdem Synodi Chalcedonensis canone. XVII. Zonaras vero ad hunc, & illum canonem Exarchos, seu Primates à quibusdã refert pro Patriarchis accipi ex. c. XXXIX. Carthaginensis Synodi, ab alijs vero pro Metropolitanis ex canone. VI. Sardicensis Concilij, quo diserte Primas Prouinciæ, Metropolitanus appellatur, addit, episcopum Cæsareæ Cappadociæ, Ephesi, Corinthi, & Thessalonicensis Primates, seu Exarchos dici, & vero quod de Patriarchis Aristenus, & Zonaras memorant, Anacleti, & Aniceti epistulis non leuiter confirmatur. c. Prouinciæ. c. Nulli. 99. distinct. sub qua etiam distinctione illum canonem. XXXIX. Concilij Carthaginensis Gratianus posuit in. ca. Primæ sedis. De Metropolitanis certè ne res in dubium vocari posit, Sardicensis canon facit his
, verbis. πρότερον χρὴ ἐκεῖνον τὸν εναπομείναντα ἐπίσκοπον
, ὑπομνήσκεσθαι διὰ γραμματων τοῦ ἐξάρχου τῆς ἐπαρ-
, χίας, λέγω δὴ τοῦ ἐπισκόπου τῆς μητροπόλεως. *Episco-*
, *pum*, inquit, *illum qui absens moratur, admoneri oportet literis*
, *Primatis Prouinciæ, nimirum episcopi Metropolitani*. Initium eius canonis exstat apud Gratianum. distin. 65. cap. vltim. Ex quibus cognoscimus non proprium hunc dignitatis

gradum,

gradum, atq; ordinem fuisse, sed Primatum exarchorumque titulo Patriarchas, Metropolitanos, episcopos non quidem omnes, sed aliquos auctos quondam ornatosque fuisse. Reliqui episcopi qui sunt, episcoporum nomine solum appellantur. Singulis ciuitatibus præsident, CXIII.
presbyteros in officio continent, atque adeò in populis Christo Domino initiandis operam ponunt, de eorum munere atque officio satis multa diuinis libris conscripta exstant. Nunc ad quæstionem nostram, Patriarchas Me- CXIV.
tropolitanos, episcopos cum ob amplissimam iurisdictionem, quam exercent, tum propter commissas dioceses, quas singuli singulas administrant, & regunt, in sua quemque Ecclesia quasi statione manere assiduos resídereque oportet. Idque cum priscis canonibus, de his quos paulò ante protulimus, non paucis cautum est, tum hoc ipsum de omni episcoporum ordine repetitum renouatumque Sacra Tridentina Synodo legitur. sesion. 6. capit. 1. & sesion. 23. cap. 1. Et præclare adeò præcipiunt, qui (a) omnibus Patriarchis, Metropolitanis, episcopis earum Ecclesiarum, quæ curationem animorum desiderant, multitudinem interdictam esse tradunt, & quidem illis potissimum, cum totius diocesis, & singularum parœciarum curatio penes eos potissimum resideat, neque crediti gregis commodis prospicere satis fida opera possint, qui alienos populos sibi adgregant, nisi forte prospicere eis possint, quos ne inspiciunt quidem, aut curare quos absentes deserunt, id quod cum definitum antea, & sæpe responsum sit, eadem etiam Tridentina Synodo cauetur sesion. 7. capit. 2. & sesion. 24. capit. 17.
Sed obseruandum est, eius qui ad episcopium proue- CXV.
ctus est, ita demum vacare beneficium, conferrique alij recte posse, si consecratus episcopus est, aut certè consecrationis tempus præterijt. capit. Cum in cunctis. de

(a) Lancelotus lib. 2. c. 3. Oxeda de incompatibilit 1. p. c. 3. Nauar. & Soto vbi supra.

electione. Id quod causis expositis Innocentius, & Panormitanus hic explicant, quamquam in Romana Curia moribus receptum esse, vt post confirmatum aliquem episcopum non expectata consecratione eius beneficia conferri possint, quidam (*a*) affirment. Iam vero illud perspicuum est, quod de episcopis dicimus, ad eos episcopos non pertinere, qui sine redditu, sine populo, sine iurisdictione illarum vrbium antistites creantur, quæ sub hostium potestate, ditioneque sunt. Quoniam hi neque possessionem vllam, quod necesse fuit, consequũtur, neque munus aliquod gerunt; aut si aliquod, in aliena certe diocesi, antiquis chorepiscopis non dissimiles, quorum mentio frequens: prius fuit in Ancyrano, Neocæsariense, & Antiocheno Concilio. Sed postea cum insolentius se efferrent, neque illorũ institutio necessaria adeo videretur, antiquata illorum, & deleta potestas est. cap. Chorepiscopi. 68. dist. Huic tamen præceptioni obijcitur cap. Relatio. cap. Illud. 21. quæst. 1. quo loco B. Gregorius Fundensi episcopo Ecclesiam Tarracinensem ita committit, vt vtrumque eum episcopium retinere permittat. (*b*) Gratianus, eiusque interpretes Archidiaconus, Turrecremata, & posteriores alij singulari hoc iure, & Pontificis Romani venia factum esse affirmant. Alij non præter canones, sed ex eorum præscripto, atque decretis, cum semper licuerit beneficiario ad tempus Ecclesiam vacantem cõmendare. c. Qui plures. 21. q. 1 ca. Dudũ. 2. de elect. idq; belli tempestate crebro factitatũ esse, indicat eiusdem Gregorij ad episcopum Veliternum epist. c. Postquã. 16. q. 1. atque (*c*) alia loca. Itaq; Agnello Ecclesiã Tarracinẽsem, cui vastitas ab hoste illata fuerat, fiduciario titulo cõmendatam fuisse affimant, hęc illi, quorum certe præceptio, & doctrina in vtraque præceptione, si per se exquiratur, à iure, & ęquitate nõ deflectit. Si vero ad illorum capitum

(*a*) Gigas de pensioni. q. 56.

CXV.

d. Clem. Gratiæ. de rescript.

CXVI.

(*b*) In c. Vnum. vers. potest. 21. q. 1.

(*c*) Franc Turrianus de commendatione perpetua administrat.

capitum explicationem; quod illi afferunt, Fundensi episcopo singulari præcipuoque iure, & ex Pontificis venia Tarracinensem Ecclesiam commissum esse, aut quidem communi iure, sed fiduciario titulo ad tempus cōmissam, haud dubie ariolantur. Nam communi quidem iure, non singulare, & vt proprio pastori in perpetuum, non ad tempus contracta fiducia Tarracinensem Ecclesiam Fundēsi episcopo commissam esse indicant illa Gregorij verba in d.c. Relatio. *Quippe vt sacerdos proprius.* Tum Agnellus in Tarracina sacerdos Cardinalis fuit constitutus, quod ciuitas Fundorum, in qua episcopus ille ordinatus fuerat, ab hoste capta vastataque fuerat, & vero Fundensem ciuitatem, non Tarracinensem ab hostibus oppugnatā fuisse, cum ab alijs antea animaduersum est, tum ex B. Gregorij epistula XIII. ad eundem Agnellū, vnde caput illud sumptum est, cognoscimus. *Quia igitur* (inquit) *ob cladem hostilitatis neque in ciuitate, neque in Ecclesia tua est cuiquam habitandi licentia, ideo te auctoritate nostra Tarracinensi Ecclesiæ Cardinalem constituimus sacerdotem.* In hac vero specie translationem, quæ dicta illis temporibus incardinatio est, iuri consentaneam fuisse à nobis ante expositum est, neque duas retinere Ecclesias Agnellus dicendus est, cui à propria sede per vim deiecto omnis ad eam aditus intercludebatur. Quod vero Fundensis episcopij ius ei non aufertur, vel titulus est populi, iurisdictionisque inanis, quique cum alia Ecclesia recte coniungi potest, vel hanc vtilitatem habet, si forte Fundensis ciuitas recepta aliquando fuerit. Episcopos Abbates sequuntur: pluribus monasterijs vnum Abbatem præfici à Iustiniano primum vetitum est Græca constitutione XXXIX. C. de episco. & cleric. nos attigimus, & tunc de Agathensi canone nonnulla. Ad omnes hoc cœnobiarchas, & sodaliū præfecturas postea productum est. cap. Cum singula. de CXVII.

præ-

præb.li.VI. Ad illas etiam Ecclesias, quarum clerici monachorum instar vitam colunt, definitionem eam pertinere (a) quidam opinantur, eoque capite sublatam esse optionem de qua in cap. Præterea.sup. Proximum est, est, vt de dignitatibus, personatibus, officijs agamus. Quæ interpretes ita explicant, vt dignitas jurisdictione prædita sit. Personatus sine iuris aliqua dictione cum prærogatiua honoratissimæ sedis, quæ stallus dicitur. Officium cum functione vel muneris administratione aliqua, quale Sacristæ, Thesaurarij, & id genus reliqua. In his itaque omnibus multitudo pari, eademque pœna (b) prohibita est, hoc capite, & cap.1. de consuetud. Ext. Execrabilis. de præb. Concil. Trident. ses. 24. c. 17. etiam si animorum non habeant curationem, modo intra eādem Ecclesiam sint, atque etiam si in diuersis Ecclesijs, de dignitatibus certe expressum est. cap. Ad hæc. sup. Sed quæri potest, si in varijs Ecclesijs plures aliquis dignitates consequutus sit, posteriorem ne ex Lateranensis prioris Concilij decretis amittat, an priorem ipso iure ex hac Innocentiana, & cum hæc species ab Innocentio prætermissa sit, non video cur eiusdem constitutionis pœnis contineatur. Quid præterea si canonibus solutus multas vnus dignitates obtineat, an Tridentini canonis conditionem cogatur accipere, sed de hoc mox videbimus. Denique qui plures dignitates obtinet, eum cum ad sacros ordines, tam ad quæcumq; alia beneficia incapacem esse Cassadorus, (c) Gomezius atque alij defensitāt. De beneficijs, quibus animorum curatio inest, satis disputatum est.

(a) Imola in d c. Præterea in fi. de præben.l. Velamera in c. Relario n. 9. 21. q. 1.

CXIIX.

(b) DD. relati per Duennas. reg. 7. Staphil de literis grat. titu. de qualit. & statu beneficio. §. 4. Selua de benefic. 2. p q. 2. n. 36. Rota noua deci. 9. & 7.

(c) Cassador. de constitutio. decis. 1. decis. 35. nu. 4 & decis. 36. nu. 1. Gomez in reg. de non iudi cau iuxta formā supplic q 5. Socinus cōsil. 41. volumi. 3. Ancarra. consil. 59. Naua. in cap. Accepta. opp. 8. nu. 29. de rest. spoliator.

CXIX.

Restant nuda & simplicia beneficia, quæ non eiusdem generis, atque formæ sunt, quædam honoratiora sunt, vt canonicorum, vt præbendę. Nā hæc (d) posteriores interpretes ita secernunt, vt canonicis suffragij ius in honestissimo collegio sit, his qui præbendas habent, non item sunt

(d) Innocent. in c. 2. de Institu.

ſunt alia inferioris ordinis, quæ tamē aſsiduam beneficia-
rij operam,& præſentiam vt illa poſtulant. cap. Conque-
rente.de cleric.non reſident.ſunt poſtremo beneficia ſim
plicia quædam ſine aſsiduitatis lege, quæque abſentes ca-
pere poſſunt,quod moribus,aut conſtitutione ſpeciali fie
ri poſſe ante docuimus. Nunc conſtituendū eſt,ſimpliciū
beneficiorum multitudinem diuina lege prohibitam nō
eſſe,quod nos antea oſtendimus. Deinde ſimplicium be-
neficiorū,quæ ſingula neque iuſtos beneficiario ſumptus
ſuppeditare queunt,neq; beneficiarij aſsiduitatem poſtu-
lant, multitudinem etiam Pontificia lege ſine vlla venia
(*a*)permitti,atque adeo Tridentinæ ſeſ 24. canon XVII.
de his beneficijs intelligi oportere,quæ aſsiduum benefi-
ciarium poſtulant, & ſingula ad victum ſuppetunt, quo-
rum aceruatio eo canone diſerte prohibita eſt. Cui pa-
rere omnes ſanctiore animi lege & ſine iudicio neceſ
ſe eſt. His autem conſentaneum eſt beneficium, quod
animorum curationem habet,cum præbenda retineri nō
poſſe.d.canone XVII. Nam caput Sanctorum.70. diſt ad CXX.
hanc ſententiam perperam,& quidem paſsim à Pōtificijs
in aciem euocatur. Ceterum huius noſtræ conſtitutionis
pœna in ea ſpecie non committitur, neq; prius beneficiū
ipſo iure vacat poſteriore accepto. Sed optioni locū eſſe
ex c. Referente. de aliorum(*b*)ſententia antea reſpondi.
Committeretur certe hæc Innocentij pœna,& prius be-
neficium ipſo iure vacaret,ſi vtrumque eiuſdē generis at-
que formæ eſſet, & in eadem Eccleſia, vt ſi duas quis
præbendas, aut canonias in eadem Eccleſia haberet. Id-
que vere præcipitur, tametſi altera ad dignitatem eſſet CXXI.
adiuncta.ca. Literas veſtras.de conceſ.præb (*c*) clem vlt
de præb. Poſtremo obſeruandum eſt Tridentino canone
nō prohiberi,quin ex rite impetrata venia plura quis ſim
plicia beneficia obtinere poſsit vel eius generis,quę abſen
tem

(*a*) Not. in c. Cū iam dudum. & c. Extirpandę de præb. Nauarr in Man. c. 25. n. 127 Soto de iuſti & iur. li. 3. q. 6. ar. 3

(*b*) Imol. in c ff. de cleric. non reſiden. n. 10 Panormitan in c. Extirpandæ. §. Qui vero à nu. 36 de præb. Dominicus in cap. Gratiæ de reſcri ptis. li. 6. n 8.

(*c*) Cardi Imol. Panor. in c Cum iam dudū. nu. 9. ſup eo. & in d. c. Literas Silueſt. verb. beneficiū.

Naua. In d.c.25. nu.127. tem beneficiariũ non agnoſcũt. Multi tentãt in his ſimpli cibus beneficijs, quæ infimi ordinis ſunt, quoniã moribus vſquequaq; & frequente cõſuetudine beneficiarij aſsidui tas in eis nulla requiritur, multitudinem omnino prohibi tam non eſſe, quibus tamen Tridentini canonis effugium vereor vt in promptu ſit. Hæc de beneficijs dicta ſint, quo rum multitudo canonibus prohibita eſt.

Reſtat locus, qui ad ſuperiores omnes tractatus pertinet. An vnius Eccleſiæ miniſtro alterius Eccleſiæ curatio, adminiſtratioq; commendari recte poſsit, eo ne nomi
CXXIII. ne beneficiorum multitudo permittatur. Quæ res olim explicatior fuit. Nam hæc commendatio, quæ viſitatio à Pelagio, & Gregorio dicitur fiebat ad tempus, & quidem exiguum, atque anni ſpatio præfinitum. Hiſque cuſtodibus præter cætera id muneris curæque fuit, vt proprius Antiſtes ex canonum præſcripto quam primum deligeretur, vnde & interceſſores Concilio Carthaginenſi dicuntur. c. Conſtitutum. 7. q 1. c. Obitum. c. Catinenſis. 61. diſt. neque par fuit, cui Eccleſiæ alienæ cuſtodia per id tempus committebatur, eo exacto ab vtraque illum cadere, itaque licuit vtramque diuerſis nominibus obtinere. cap Qui plures. 21. q 1 nam qui ex eo canone perpetuas commendationes introducunt, vt leuiſsime dicam, ſine canone loquũtur. Hæc itaque prius fuere, poſtea mutata longe res eſt, quamquam enim cõmendare apud iuris auctores deponere ſit, & idcirco, qui hac ratione Eccleſiæ præficitur, cuſtos & procurator tantum videretur. l. Commẽdare. D. de verb. ſignif. l. Lucius. D. depoſiti. quamquam enim depoſitum, mandatumque ſimplex reuocari poſsit. l. 1. §. Si depoſuero. D. depoſiti. Attamen præter naturam rei, notoſque fines commendari in perpetuum Eccleſiæ non tam earum, quam cuſtodi ipſorum gratia cœperunt, & formula diplomatis cõcepta

ple-

plenius est, vt non solum custodia, sed dispensatio & fructuum quærendorum ius integrum his custodibus, quasi veris (*a*) beneficiarijs permittatur. Idq; moribus adeo vsitatum est, vt si Ecclesia simpliciter alicui commendetur, nulla temporis mentione facta, in perpetuum commendatam esse non ad tempus centum vitali iudicio (*b*) definitum sit, & Cancellariæ canones, qui de veris administratoribus scripti sunt, plerosque ad hos fiduciarios pertinere receptum (*c*) est. Hinc etiam vulgo disceptatum est, an fiduciaria hæc commendatio pro iusto veroque titulo sit. Negant Decretalium scholia, Oldraldus, & (*d*) alij, quorum sententia iudicij centum vitalis decisionibus probata est. Aiunt verò magni nominis pragmatici, Molinæus, Gomezius, Rebufus, Mandosius, CXXIV. & (*e*) alij, quorum sententiam in fiduciario administratore ad tempus non in perpetuo (*f*) quidam recipiunt. Alij in vtroque fiduciæ genere subesse iustum titulum aiunt, (*g*) sed sine legitima institutione, vt inter fiduciarium, & verum propriumque administratorē plurimum semper distet, ac eius discriminis non pauca argumenta sunt. Tum quæstionem propositam interpretes ita tractant, vt plures Ecclesias vni commendari posse negent. Idque recte vel Gregorij testimonio in c. Nemo deinceps. de electio. Tridentina quidem Synodo nominatim hoc cautum est sess. 7. capit. 4. & 2. Sed an plurium Ecclesiarum fiduciarius custos in hanc Innocentianæ constitutionis pœnam incidat, hoc magis controuersum est, & in vtramque partem acriter disputatur, incidere CXXV. tamen eos, quibus in perpetuum Ecclesiæ commendantur, non temere (*h*) quidamque tradunt. Cum illi quorum vicaria opera in perpetuum Ecclesiæ administrātur, proprijs parochis exæquati sint. Clem. vnic. de offic. vicarij: neque alia sententia Synodus Tridentina meminit,

(*a*) Paulus Borsa de irregu. 3. p. c. 14. n 4 Cucus de incōpatibili. li. 3. ti. 6. n 35. Oxeda 1. p c. 14 n. 4. Mādosi⁹. reg 32. q. 7

(*b*) Gomez in regu Cācell de publi. resig. q. 4. Mādosi. in reg. Cancell. de verisiml. notit. q. 3. nu 4. Oxeda. 1. p. c. 14. nu 9.

(*c*) Cuccus li. 3. tit. 6. nu. 35.

(*d*) Glo. in d. ca. Qui plures. 21. q. 1. & in c. Si cōstiterit. de accusa. Oldraldus cōsil. 119 Rotæ decisio noua. 2. p. lib. 1. decis. 119. & decis. 333.

(*e*) Gomez in regu Cācell. de infirm. resig. q. 13. Moli. cōsil. 37. n. 1. Mādos. in reg. Cācel. 31. q. 3. n. 3. Rebu. in praxi c. de cōmēd. Naua. in c 25. n 126

(*f*) Oxeda li 1. ca. 14 n. 6. & 2 p. c. 4.

(*g*) Not in c. Nemo. de elect Molinæus vbi sup. Burlatus consil. 126 à n. 56. to. 2. Prosper Passetus consil. 37. à n. 8. Columna de reddi. c. 8. & 15. n. 21. & c. 26.

(*h*) Oxeda. 1. p. c. 14. n 30.

CXXVI. nit, Commendæ perpetuæ. seſſ. 7. c. 4. Ceterum duas Eccleſias vnius fidei commendari non poſſe ita præcipiendum eſt, vt tamen non inficiemur duabus Eccleſijs vnum recte præfici, ſi vnius cuſtos, alterius proprius presbyter ſit. Nam cap. Qui plures. 21. q. 1. & cap. Dudum. de electio correcta non eſſe recepta (*a*) ſententia eſt, etiam poſt Synodi Tridentinæ canonem. Azpilcueta tamen hanc definitionem ita (*b*) probat, ſi cuſtos alterius Eccleſiæ tẽporarius, non perpetuus ſit. Alij de perpetua quoque cuſtodia hoc vere præcipi affirmant. Idque moribus, & Romanæ Curiæ conſuetudine receptum eſſe, itaque Tridentino canone hoc non prohiberi, ſed illud tantum, ne iuſto veroque titulo, neu fiduciario duas vnus Eccleſias

(*a*) Soto li. 3. de iuſt & iu. q 6. ar. 3. Oxeda de incõpatibilit. 2. p. c. 4. n. 1. Capra in re. 19. not. in d. cap. Qui plures.
(*b*) Oxeda. d. ca. 25. n. 126.
Vbi ſup. nu. 14.

CXXVII. obtineat. Poſtremo epiſcopia, & monaſteria commendare vnus Romanus Pontifex poteſt, in alijs tamen fanis, atque miniſterijs per quaſque dioceſes epiſcopi eo iure vtuntur, exceptis curationibus animorum, quas vltra ſemeſtre ſpatium commendari niſi duobus caſibus ius non eſt. cap. Nemo. de elect. Vnus eſt, ſi verus Eccleſiæ rector, demens furioſuſue ſit, aut peregre nemini ſuffecto abſit, nam quoad ille redeat, aut ſanitatem recipiat, Eccleſiam commendari recte Mandoſius arbitratur. Alter caſus eſt, ſi vacante ſede epiſcopali eiuſdem Eccleſiæ collegium parœciam commẽdauerit, neque lectus epiſcopus intra ſex menſes ſit. Alias vero Eccleſias, quæ animorum curationem non habent, ſine temporis præfinitione ab epiſcopo cõmendari, Dñicus, & Frãcus (*c*) exiſtimãt, & eorum ſententia vera eſt. Pars huius conſtitutionis extrema ſic eſt. „ *Circa ſublimes tamen & litteratas perſonas, quæ maioribus be-* „ *neficijs ſunt honorandæ, cum ratio poſtulauerit, per ſedem Apo-* „ *ſtolicam poterit diſpenſari.* Hic à nobis locus cum ſuperiora tractabamus, prope omnis eſt expoſitus, vt ſi neque verbum adijceremus, tamen prætermiſſus non videretur.

Not. in c. Si conſtiterit. de accuſ.

Mandoſ. in reg. 30. de veriſimil. notit. q. 3. n. 8. §. Oxeda. vbi ſup. nu. 3.
Io Frãciſ de poteſt. c. Sede vacãt. 2. p. Cuccus. li. 3. tit 6. n. 44.
(*c*) In d. c. Nemo. de elect. Rebuf. de pacif. poſſeſ nu. 44. Oxeda. vbi ſu.

Pri-

Prima hic interpretum lis est, an Pontificis Romani dispēsationi huius veniæ potestas permissa sit, mouet hanc prohibitionem potissimum proficisci ex assiduitate beneficiariorum, quam aiunt diuina lege sanciri, cui derogari aut abrogari fas non est. Sed docuimus antea assiduitatem hanc diuina lege non vsquequaque sanciri, tum qui hoc defendunt, non negant huius assiduitatis vacationem recte concedi, cum euidens Ecclesiæ vtilitas, aut necessitas hoc postulat, forte si doctorum hominum tanta penuria sit, vt præstet vnum qui cæteris eruditione, & doctrina antecellit, mensibus aliquot interesse, & officia plura obire, quam singula singulos, præsertim imperitos, & rudes homines, quorumque assidua præsentia per totum annum non ita Ecclesiæ profutura sit, quæ ratio Panormitano, Adriano, atque (*a*) alijs probatur. Ait Innocent. *Circa sublimes, & literatas personas*. An nobilitas & literatura ad iustam canonis relaxationem necessaria simul est? Hostiensis quidem, atque alij ita opinantur. Contra vero alterutri per se legem hanc priuatam irrogari merito posse Innocentius, Panormitanus, & (*b*) Felinus censent, cui sententiæ consentit Concilium Coloniense titul. de impositione manuum. capit. 32. & canon cancellariæ 54. neque nouum est dictionem, &, aliasque similes coniunctionis notas pro disiunctis accipi. l. Sæpe. D. de verb. significat. Hoc tamen hactenus temperandum est, vt nobilitas non omnino expers literaturæ sit, vt etiam vtraque cum probitate morum, & virtutum comitatu coniungatur, quoniam in beneficijs conferendis vnius nobilitatis ratio non sine flagitio habetur. cap. Venerabilis. hoc titul. & si homini imperito beneficium conferatur, irritam esse collationem (*c*) Innocentius censuit. Sed quæsitum est in nobilium numerum, quo ad hanc canonis relaxationem quis reponendus sit, primæ tantum dignitatis, il-

T lustres.

CXXIIX.

(*a*) Panorm. In c. Extirpandæ. §. qui vero. n. 24. inf Adrian In 4. tit. de restitu. §. quid in præmissis. Rebuf. in praxi. tit. de dispen. nu. 42. Hic & in c. Venerabilis. vers. nos igitur. inf. hoc tit.

(*b*) Innocent. in c. Dudum. 2. de elect. ad fi. Panormita. hic notab. vlt. Felin. in c. Cū adeò. vers. nobilitas. de rescrip. Nauarr. in c. Statuimus. 14. q. 3. Soto li. 3. de iusti. & iu. q. 6. ar. 3. col. 5. Maior in 4. distinct. 24. col. 3. q 14. Tiraquel. de nobilit. c. 20. nu. 17.

CXXX.

(*c*) Innocent. in c. Cum nostris. de concess. præb. Rebuf. de pacif. poss. n. 213. Feli. In c. Per tuas n. 3. de simonia.

(a) Cardinal. hic Staphileus de prorogat. expectatiua §. vnde factio. n. 7.

lustresque viros hac constitutione significari (a) quidam arbitrantur: mouet, quo Innocentius vtitur, verbum ipsum, *Sublimes personas*. De nobilitate contra quacumque, quæ lectiorem ordinem ab infimo, & plebeio secernit, alij hanc constitutionem accipiunt, & hanc sententiam iudiciorum vsu, & moribus receptam esse testatur Rebuffus. Nec iniurium cuiquam videri debet, si nobilitas, quæ ad Ecclesias regendas, auctore B. Thoma nihil per se vtilitatis adfert, amplioribus beneficijs cohonestetur. Nã fuit certè tempus cum Ecclesiæ res nobilitatis bene moratæ tutela atque præsidio contra hæreticorum insolentem audaciam tectæ constitui melius, & constabiliri videbantur, & vero vt ratio temporum mutata sit, quæ non omnino mutata est, tamen è publica re esse semper creditum est, si id genus homines, modo eis mediocritas adsit, ad ecclesiastica tractanda alliciantur, vel propter populi studium, apud quem cum plurimum gratia valeant, exemplo etiam plurimum possunt, vel propter parentum virtutem, quorum memoriæ hoc honoris genus summa populi consensione defertur. *Aliquando*, inquit Seneca, *daturum me etiam indignis quædam non negauerim in honorem aliorum, sicut in petendis honoribus quosdam turpissimos nobilitas industrijs sed nouis prætulit, non sine ratione sacra est magnarum virtutum memoria, & esse plures bonos iuuat, si gratia bonorum non cum ipsis cadat*. Et paulò post. *Hæc debemus virtutibus, vt non præsentes solum illas, sed etiam ablatas è conspectu colamus. Quomodo illi ijdem egerunt, vt non in vnam ætatem prodessent, sed beneficia sua etiam post ipsos relinquerent, sic & nos non vna ætate grati simus*. Iam vero illa quæstio summa contentione in vtramque partem tractatur. An episcopo liceat in hac beneficiorum multitudine canonibus aliquem soluere, & in eam sententiam frequenter itum est, in his beneficijs, quæ animorum habent

Rebuf in praxi tit. de forma dispésatio. ad plur. benefic.

In. 2. 2. q 63. ar. 1

Rebuf. in tit. nominatio q. 12. in princip. Maior. in. 4. dist. 24 q. 34.

Soto. d ar. 3.

CXXXI.

habent curationem, aut titulo dignitatis prædita sunt, huius veniæ potestatem vni Romano Pontifici receptum esse. In nudis autem, & simplicibus beneficijs inter se, aut cũ animorum curatione coniungendis canonis gratiam episcopis permissam (a) esse, si tamen non eiusdem generis beneficia sint, vt dignitas, & præbenda, quas etiam consuetudinis (b) auctoritate retineri impunè responsum est. Ceterum si eiusdem generis beneficia, & intra eamdem Ecclesiam sint, vt duæ præbendæ, non item episcopo licet, ne Ecclesiæ hoc fraudi sit, ministrorum (c) numero minuto. Idem esset, si simplici beneficio assiduitatis lex à testatore esset imposita, nam defunctorum hominum voluntatem summutare interdum, si ex iusta caussa expediat, Pontificis hoc Romani non episcopi potestati permittitur. Clement. quia contingit. de religios. domib. Concil. Tridentin. sessión. 22. cap. 6. Postremò, quod sæpius dictum est, rectè hæc definiuntur, si beneficium vnicum ex Synodo Tridentina iustos sumptus non suppeditet. Suppeditare autem iustos sumptus quando videatur, recte Nauarrus (d) Azpilcueta explicat. Ad extremum videamus, an extrema hæc Innocentianæ constitutionis pars sublata per Concilium Tridentinum sit. sess. 24. c.17. Breuiter definiendum est, sublatam non esse. Nam Innocentius agit de potestate Pontificis Romani ad canonis gratiam faciendam, quam certè, cum sub iurisdictione diuinis ei decretis delata contineatur, nulla contraria lex, neque decretum minuere potest. Tridentinus vero canõ huius potestatis nihil meminit, tantum Pontificis omnes gratias, & priuilegia quæ dispensationes appellantur, ante eam Synodum irrogata tollit, etiam si ritè, & iusta ex caussa irrogata essent. Placet enim ex Pontificia venia etiam iuste & legitime ante Synodum Tridentinam impetrata, post eamdem Synodum beneficia plura obtinere iuste

(a) Panormit. in c. Cũ iam dudũ. n. 9. Inf. Felin. in c. Ex parte. 2. n. 3. de rescript. Selua de benefic. 4. p q. 7.

(b) Not. in. c. 1. de cõsuetud. li. 6.

(c) Panormit. in c. Extirpandę. §. qui vero n. 41. Inf. Probus. in d c. 1. de consuetudin.

(d) In. c. Quãdo. de consecrat. distinct. 1.

& legitimè non posse, id quod Romanæ Curiæ frequentibus definitionibus comprobatum est. Hactenus tamen vt eius canonis singulare ius extra curationes animorum non producatur. Itaque si venia rite ante Concil. Tridentin. impetrata plures aliquis personatus, aut cum parœciali Ecclesia dignitatem vel personatum obtineat, alteram dimittere cogendus non est.

Nauarr. in Manual. c. 25, num. 129.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM

selectarum & verborum quæ in hoc Ecclesiasticon opere continentur.

A.

Be-

C.

Ca-

Cle-

Con-

D.

Dis-

Dona-

E.

&

quam

Va-

FINIS.

SALMANTICÆ,

Apud Guillelmum Foquel.

M. D. XCII.

DE IVRISDICTIONE ET IMPERIO.

AD PHILIPPVM III.
HISPANIARVM REGEM
CATHOLICVM MAXIMVM
ET POTENTISSIMVM.

ANT. QVINTANADVEGNÆ
LIBRI DVO.

CVM PRIVILEGIO.

Madriti, *Apud Ludouicum Sanchez*:

Anno M. D. XCVIII.

VI. LIBRORVM DE IVrisdictione & Imperio.

ARGVMENTVM.

I. *DE iurisdictione & Imperio è Cōsultorum libris & veteri Romanorum iure.*

II. *Explicantur eadem atque alia capita ex interpretum placitis, moribus, & iure Pontificio.*

III. *De iurisdictione ecclesiastica.*

IV. *De iurisdictione seculari & regia.*

V. *Noticia Orientis seu Paleologorū Imperij.*

VI. *Notitia Hispaniensis Monarchiæ.*

Posteriores jv. nunc non exeunt.

TASSA.

YO Migvel de Ondarça çauala, escriuano de Camara del Rey nuestro señor, de los que en el su Consejo residen, doy fè que auiẽdose visto por los Señores del dicho Consejo, vn libro intitulado de Iuriditione & imperio, cõpuesto por el doctor Antonio de Quintanadueñas, impresso cõ licẽcia de su Magestad, y preuilegio Real, de pedimiento del dicho doctor Antonio de Quintanasdueñas, tassaron el dicho libro à tres marauedis el pliego del en papel, y a este precio y no mas mandaron que se venda el dicho libro: y antes que se venda se imprima al principio de cada libro este testimonio de la dicha tassa, para que se entienda so las penas cõtenidas en las leyes y pregmaticas que sobre la impression de los libros disponen, y para que dello cõste de pedimiento del dicho doctor Antonio de Quintanadueñas, di la presente en Madrid à 12. de Nouiembre de 1598. años, y en fê dello lo firme.

Miguel de Ondarça çauala.

ERRATAS.

PAg. I. lin. 14. cuiusque, di ciusque. 2.16. inconsulto, ei, di inconsulto eo. 5.28. indicat, di indicant. 6.15. herede, di heredem. 28.1. variam, di variarum. 38.13. impunis, di impurus. 52. 10. creditore, di debitore. 54.13. aboluere, di obsoleuere. 58.21. aduersarij, di aduersario. 126. 23. iudicio, di indicio. 149.10. habe, di habet. 173.1. enodabitur, di enudabitur. 174.3. sunt non, di sunt. Nam. 188.13. data, di dato. 210.4. delectum, di delectu. y lin. 24. præsce, di præses. 211.15. care, di scere. 212. anm in, di an in. 213, 8. pars, di pares. 214. vlti. indicantis, di indicantis. 224.29. exide, di exi. de. 246.13. præstatur, di præstaturos. 251. 16. tunc. di tum. 254.26. nunque, di nunquàm. 263.3. qua, di quę. 276.21. censetur, di censentur. 283, 16. istuam, di iustam. 283. antep. instituan, di instituerem. 288. antep. pręscriptio, di præscriptione. 292.5. nunquam, di vnquam. 306.1. leuiorẽ, di leuiore. 315. antep. erant, di errant. y lin. pen. det, de. 320. 4. capta, cæpta. 323.4. si non eodem, di si in eodem. 328. 22. nullam, di nullam. 330.7. produi, di produci. 331.17. inferuntur, di inferunt. 332. 24. considere, di conside. 333. 29. liberarij, di librarij. 336. 25. quia, di qui. 348.14. delegare, di legare. 354.10. mandetoros, di mandatarios. y 11. ne fungi, di fungi. 356.19. proh, di princ. y 26. resellitur, di fellit. 358.1. setentiã, di senteutia. y 24. D. deie. di D. de re. 359.1. reiecto, di reiectio. y 37. actorem, di auctorè. 30. 25. andis, diannis.

Iuan Vazquez del Marmol.

SVMMA PRIVILEGII.

PHilippi II. Hispaniarum Regis priuilegio Antonio Quintanaduegnæ cautum est in decennium, ne quis hunc De iurisdictione & Imperio librũ imprimat, ne ve in Hispaniã importet alibi impressum iniussu ipsius Antonij Quintanaduegnæ: constituta pœna in eos, qui contra fecerint, quinquaginta millium numorum aureorũ.

EX MANDATO CONSILII supremi D. Gabriel Henriquez Primariæ Cathedræ legum apud Salmanticenses Professor.

PRiores duos libros commentariorum Antonij Quintanaduegnæ, de Iurisdictione, & Imperio qua potui diligentia per legi. In primo, quæ ad antiquæ Reipublicæ Romanæ Iudicia pertinent, ex veterum Iurisconsultorum scriptis, & iuris historia (quod fuit in hac iuris parte, magnopere expetendum, & antiquæ iuris prudentiæ studiosis pernecessarium) multa eruditione, & singulari artificio explicantur. In altero antiquorum iuris interpretũ de eadem re sententiæ, & opiniones (accomodatis Hispaniæ legibus, quod iudicibus, & causarum patronis gratum, & vtile sit futurum) compendio, & ordine præclaro, continentur, & illustrãtur. In vtroque autoris eruditio singularis, sermonis puritas, & elegantia, antiquam illam, & perpolitam referens splendet. Dignum opus, quod in communem vtilitatem in lucem edatur censeo. Salmant. idibus Septemb. Ann. M. D. XCVI,

Doctor Gabriel
Henriquez.

A D

AD PHILIPPVM III. HISPANIARVM REGEM CATHOLICVM.

DELATVM Est nuper, Philippe Rex maxime, lege tibi regnum: delata etiam non lege modò, sed consentiẽti populorum iudicio hereditas auitæ, paternæq; gloriæ. Regnum varijs est constitutum è populis, qui non solũ linguis ac habitu inter se, tuiq; dissimiles sunt, sed etiã locorum interuallo disiunctissimi: & , quod ille ait, extra anni, Solisq; vias. Hereditas verò quantorũ heroum! Carolum V. aio, & Philippum II. lectissimũ Regum par. Quorum ille verè fulmen imperij. Nam quot sunt terrarũ oræ, tam multis habitis triumphis, nomen inuictissimi Imperatoris in omni belli genere celerrimè consequtus est. Ita tamen, vt abũdarit etiam pacifici, togatiq; principis laude omni, atq; ornamentis. Huius verò religionem erga summũ Deũ, iustitiam, in temperandis populis incredibilem, ac prope diuinam sapientiam cum omnes admirantur: tum etiã constantiam animi, & solertiam intestinis externisq; bellis diutissimè perspectam. Idque ipsum declarãt publicæ, recentesque lacrumæ, quæ, te nobis nisi patriæ virtutis exemplum effigiemque consilij reliquisset, futurũ erat, vt nullo tempore exarescerent. Ampla quidem, & opulenta hereditas, regnum etiam florentissimum. Quã tamen tu hereditatem possis cernere iure tuo, id est, maximarum virtutũ, quas tibi in casta, seneraq; disciplina

iam

iam pridem eductus peperisti. Iam verò quoniam post aditam hereditatem, quæ prius testatoris fuere, posteà fiunt heredis, eliquum est deinceps, vt tute regnũ sanctè integrèqu modereris: non extrinsecus inducta, aut ab aliena ratione impressa, sed tua propriaq; virtute: domesticis copijs, atq; consilijs. Imperandi quidem munus ab omnibus expetitur, qui tamẽ illud rectè obeant, sunt paucissimi, & non sine causa. Difficilis præter ceteras ars rectè imperandi. Sapientum sanè sic sententia est. Qui natus homo sit, eum animantibus reliquis facilè imperare: hominibus autem ægrè, & difficiliter. Qui alũt equos, qui boum curant armenta, aut ceteri pecoris greges, si paullo consuerint, his paßim facilioribus vtũtur: quacunq; pastor agit, sequuntur greges: quocunq; cõpellit, ijs in locis pascuntur: vnde arcet, eô nunquam irruunt: permißis vescũtur frugibus, intraque præscriptũ modum. Postremò nunquam auditione accepimus gregẽ aliquem in pastorem cõspirasse: sed potius si feri ex se, immanesq; sunt, cicures tamen, atque mãsuetos se se erga magistrum præbent. Hominum longè aliter ingeniũ, atque natura. Saluberrimis sæpè iußis præfractè repugnant. Si cui perẽdum est, eum aut iniqui semper obseruant, aut difficiles procul auersantur. Neque in eadem consilij ratione cõstant. Non id odio, aut recusatione imperij. Imperiũ homines, vel hic doceret mundus, maria, ac terræ, quæ iußis supremæ legis semper obtemperant. Neq; quisquã ferus adeò, & barbarus est, qui nesciat vniuersam hanc hominũ vitam constare minimè posse, nisi cui ceteri pareant. His verò ad hominũ conditionẽ, atque

atque naturam quã sit aptum, ipso ex vsu compertũ est. Nam regibus ijs, qui prudentia præstitere, non solũ patria propriaq; regna paruerunt: sed etiam vltro se illorũ legibus, ac imperio subiecere liberi sæpè populi, quique illos nunquam antea conspexerant: atq; neque vllo post tẽpore erant conspecturi. Rursus id etiam frequenter accidit, vt tenui in domo exiguam dominus familiã in officio nequeat, aut nesciat cõtinere, sed cum illa sub inde conflictatur: neque vnquam eidem imperata probat. Itaque nen imperium recusatur, sed peruersa ratio imperandi. Nam animal hoc prouidum, sagax, acutum, plenum rationis, atque consilij, quẽ appellamus hominẽ, tractari summa quadam ratione, excellentiq; virtute necesse est. Et quemadmodum ex ceteris animantiũ generibus, atque naturis, nunquã animal eiusdem generis, sed homo reliquis præficitur: ita etiã, qui hominibus præsit, hunc virtutis omnis, ac dignitatis præstãtia reliquis ita antecellere oportet, vt instar Dei obtineat. Neque immeritò Plato, qui Regibus aduersatur, eum statuit è Titanum genere, quasi cœlestibus aduersetur. Huius itaque artis, & rectè imperãdi institutio omnis ducitur ex pietatis, ex iuris atque iustitiæ fontibus. Ius aut publicum, aut priuatum est. Quod publicum ius est, consistit in sacerdotibus, in magistratibus. Vterque locus iurisdictionis, & imperij leges cõplectitur. Leges cum appello, Romani populi leges intelligi volo. Quibus tãtum est auctoritatis tributũ, vt omnes gentes, ac nationes veluti communi aëre, atque aqua, sic etiam Romanorum quasi cõmuni iure vtantur. Igitur in ijs legibus explicandis

[illegible], deinde in placitis interpretũ, regni tui moribus, & Pontificio iure oratio nostra versatur. Tũ propositæ ei sunt Pontificia iurisdictio, & Regalis. Postremò, cum in Græciam paullulum enauigarit, in tuos iterum latissimæ Monarchiæ fines redibit. Posteriora affecta quidem, non perfecta sunt. Priora in lucem nunc sub nominis tui maiestate dantur. Dignum sanè argumentum amplitudine regia. Quod verò nostrum est, hoc est tractatio argumẽti, exiguum ac tenue nimis, itaque non dignum, quod sub tanta luce, atque splendore appareret. Et tamen vt hoc facere auderem, adductus idcirco sum, quoniam instituta de imperio disputatio ei imprimis debebatur, qui summum inter mortales gerit imperium. Et tibi quidem eô magis, quod primis auspicijs Regni summo Deo consecratis, intra breuissimum temporis gyrum tantum animi consilijque lumen ostẽderis, vt dici vix possit, quæ à te dicta, gestaque sunt, quanto applausu omnes omnium hominum ordines exceperint. Accedit etiam, quod in hac gratulantium turba etiam tenuioribus, ac infimis iam diu licuit quocunque munere etiam rustico, & leuidensi animi sui fidem, ac sensum declarare. Quamobrem, Rex humanissime, id nostri aut muneris, aut audaciæ æqui, bonique consule.

Et, quod commune bonorum omnium votum est, fortunatissimos annos regna, & vale.

(.?.)

ANTO-

AD LECTOREM.

PROVINCIAM Me sentio suscepisse difficilem, dura iniquaque conditione. Cui in ea obeunda, non solum nauitatis aut ignauiæ iudicium subeundum sit, sed etiam rationis, atq; consilij, quod ad incipiendum cœpi. Eóque magis, quodad hanc rem quamquã casu primum delatus sum, volens tamen in ea post perstiti, & pudens nũc patior, id nostri laboris in manus hominum exire. Itaque integra mihi planè non est excusatio necessitatis; neque consiliũ possum in fortunam conuertere. Nihil dũ de re statueram, cum illorum, qui aliena subtilius æstimant, vocibus aures nostræ circum vbique sonuere. Congruere omnes de dignitate de grauitate argumenti. At illi, quibus iam pridem stultè nos, ac misere religiosi videmur de perquirendis veris Iurecõsultorum germanisquè sententijs, ita disputant. Si quid in iurisdictionis iudiciorumquè tractatu vtile est ac fructuosum, de eo copiosè satis, & accuratè inueniri apud Bartholos, Baldos, Salycetos, Iasones, ac alios eius notæ auctores. Ampliùs nihil esse, qđ tribunalia desiderent. Aut si quid prætereà est, obscurum, ac inuolutum Romani moris antiquitate, de eo inuestigando frustrà operã sumi: vbi sumseris, & quid explicueris, operæ impensi quæ olei non ita magnum cuiuis constare fructũ. Alijs isti contrà parui pretij, & propè nihil sunt, quasi meliùs, peius, falsum verũ, nihil videant, nisi ex quęstu libidinequè sua. Ipsi potius habent studio laudiquè puram, & selectam iuris disciplinam: neque putant leges intelligi, nisi earum cognitio ex scribentis sententia teneatur. Rogabunt tamen, quæ sit mea vis potestasquè doctrinæ, vt sperem ad Alciatos, Eguinarios, Goueanos, Duarenos, Cuiacios, atque alios, quibus hæc res diligenter explicata est, accessurũ aliquid ex industria operaquè mea. Postremò cuncti inter se conuenient rursus, negabuntquè mirari se satis rationem meam, qui posteriorum priorumquè interpretum decreta simul tuear, opinionis varietate disiuntissima, maximèque diuersa. Ego verò dabo paucis, quod valeat ad explicandam iudicij consilijquè mei rationem, Deinde liberè quisque vtatur suo. Meũ ne probem, non valde moror. Non meæ, sed veræ iuris explicandi rationi faueo. Qui rectiùs senserit, dissentiendi mecum me quoque is sibi auctorem

¶ ascribat

ascribat. Itaque dicam quid de hoc toto iurisdictionis argumēto
sentiā. Mitto præstantiam ipsius iurisdictionis, magistratuum, iu-
dicum, qui vniuersę reipublicę decus sustinent, & dignitatē. Non
ego nunc imperium, ac iurisdictionem ex se contēplor. Alius hîc
à nostro locus est. In iuris aiò disciplinam partē eam, quæ in ex-
plicanda iurisdictione versatur, nobilem præter ceteras esse fre
quentia, & vtilitate. Satis hoc intelligitur ex titulis ijs, qui tā mul
ti in Pandectis, & Codice Iustiniani inscripti, conceptiquè de ea
nominatim sunt, refertissimi responsis Prudentum, & cōstitutio-
nibus imperatorum. Quin etiam præter eos actionum, exceptio-
num, interdictorum, in quibus exponendis ius ferè totum est, cō
ditiones, attributa, naturæ intelligi nunquam poterunt, nisi insti-
tutis ac more iudiciorum bene notis prius, atque perspectis. Idē
statuo de rebus quarum multiplex natura, & varia. Rerum contra
ctarum fides, defunctorum testata voluntas eò à nostris excutiū-
tur, vt suum cuique constet. Qua re iustitia in primis cernitur. In
ter iustitiam autem, & rempublicam interiecta, & tanquam media
lex est, quæ alteram alteri copulat, & mutuo constrictas nodo in-
ter se arctius deuincit. Seu ipsum potius instrumentum lex est,
quo in hominē ciuitatemq; iustitia deriuatur. Legis nomine ma-
gistratum etiam intelligo, quem Plato primam veramq; legē ap-
pellat. Vt si plenus ac perfectus magistratus esset, qui numeros vt
Stoici aiunt, haberet omnes, scriptis legibus non egeremus. Ma-
nat itaq; locus hic latissimè cū propter amplam sententiarū sup-
pellectilem, qua ipse instructus est, & per se explicatur: tum quia
per ceteras iuris partes, ac membra quasi sanguis pertinet, atque
funditur, vt eo non intellecto reliqua impedita erroribus teneā-
tur. Quod verò ad vsum attinet, ita statuendum est: Responsa &
constitutiones, quæ ad hāc quæstionē spectant, stare nunc, aut an
tiquatas esse. Quæ stant, atque vigēt, ea multo plurima sunt si do
ctè, & callidè nostri seculi tribunalia, iudicia, magistratus cū Ro
manis compares. Hæc verò iudici non solū intelligenda sunt, sed
etiam ediscenda. Ne si aduersus ea ius dixerit, caussa ei dicenda
sit reo violati, nō solum iuris, sed etiam iuris iurandi; quo astri-
ctus pollicetur se se daturum, ex legibus lites omnes. Similis ac
prorsus eadem ratio est de antiquatis, & obsoletis. Etenim intelli-
gi non potest quid cuique obseruandum sit, nisi ea prius separet,
atque secernat, quę iam obsoleuere. Nam qui ex deleto antiqua-
toq; iure ius reddit, tam est vitio, quā si florentes nouasq; leges
in

in iudicando contemnat. Accedit etiam, quòd constitutiones responsáue ea contraria nulla lex nominatim infirmat, aut si quas infirmat, paucissimæ illę sunt. At mutatio morum, conuersa iudiciorum ratio, & dissimilitudo magistratuum ea est, quæ obrogantis Tribuni vice iudicarias leges verso stilo confixit. Idque hactenus qua nostri magistratus dissimiles sunt Romanis ijs, quos prius R.P. habuit, aut deinceps Imperatores Romani, vel Græci. Explicanda res est vno, vel altero exemplo. Sæpè definitum est maiores magistratus, quamdiu imperio funguntur, vocari in ius non posse, minores autem posse. Huic definitioni nusquam obrogatum legitur. Si quis tamen apud nostrates ea vteretur, planè videretur iustitium indicere. Magistratus enim maiores, vt Præsides, Consilarij, Auditores perpetui sunt. Vt vel omnino ius aduersus eos dicendum non sit, vel certè eo ipso tempore, quo magistratum gerunt. Romanorum magistratus annales omnes fuere. Item frequens illud, vocari in ius neminem è domo sua posse. Nam sua cuique domus tutissimum perfugium est. Neque vlla contra lex est. Si apud nos tamen vocantem quis ea exceptione summoueret, non impune hoc ferret. Nam hodie nemo vocatur in ius nisi iudicis præcepto. Olim verò suo quisque iure, & auctoritate alium vocabat in ius; & ni sequi vellet, trahebat obtorto collo. Quod domi apud quemquam ne fieret, multis id nominibus vetitum fuit. Sunt sexcenta de eodem genere. Itaque intelligi omninò non potest, vtræ leges hodie valeãt, abrogatęue sint, nisi Romani moris, iudiciorum, & magistratuũ cognitio plenè habeatur. Nec temere est, quòd eo ipso tempore, cum magistratuũ officia, & iudiciorum ritus in promtu erãt, ad illa explicanda summo studio iuris nostri auctores incubuere. Vlpianus certè scripsit libros singulares, De officio Cõsulis, Præfecti vrbi Curatoris R.P. Prætoris tutelaris, Quæstoris, De consularibus, & decem totos libros omnium tribunalium. Ad omnes præterea edicti titulos Iulius Paulus, De officio Proconsulis, Præfecti vrbi, Prætoris tutelaris, Adsessorum. Venuleius Saturninus, De officio Proconsulis. Aemilius Macer, De officio Præsidis. Aurel. Arcadius, De officio Præfecti Prætor. Callistratus quator libros cognitionũ. Paulus vnũ De criminalibus iudicijs. Aeli. Marcianus, ac ijdẽ Paulus, Vlpianus, Macer plures de appellationibus. In criminũ explicatione vnus Volusi. Martianus reliquit libros. xiv. Paulus. iij. Venuleius. iij. Vlpianus. v. Idem Paulus vnum iterum, Publicorũ.

Alium De extraordinarijs criminibus. Alium De pœnis omniũ legum. Alium De pœnis militum. Alium De pœnis paganorum. Ceruidius Sceuola De quæst ione familiæ. Macer, & Martianus De pœnis. Aemilius Papinianus De adulterijs. Alia denique alij in eam sententiam scriptis suis diligenter mandarunt. Quibus amissis hodie, & pene obliterata rei totius memoria, quam difficiles explicatus hæc scriptio habeat, quilibet existimare potest. Iam verò illæ ipsæ leges, quæ hodie quasi obrutę vetustate iacēt, non continuò nullum vsum habent. Præbēt potius mirabilis vtilitatis fructum ad explanationem aliorum capitum, quæ adhuc vigent, & ex illorum explicatione illustrantur. Vt interim ommit tam nullas esse Romanorum leges, quæ vtiles non sint etiã his, qui proprijs moribus reguntur. Continent enim artem boni, & æqui, hoc est, interpretandi leges, & constitutiones ex æquo bonoque. Tum præcepta, quibus omnis constitutio emẽdatur. Qui vsus capitur certè ex illorum responsis, tam abolitis, quàm vigentibus; non autem ex constitutionibus Principum singulorũ, quæ de ea re præscribi nunquam solent. Habent de argumento. Accipiant nunc ad reliqua. Si quis est, qui veteres iuris doctores ob egregiam sedulitatem, doctrinam, vsum cultu quodam, & honore dignetur, qui illorum rationem, quoad fieri possit, amplectatur, in his ego nomen profiteor meum. Atque vt hæc nostra oratio fidem habeat, ac auctoritatem, verum est saltem eo nomine, quòd vbi ab omnibus refelluntur, illorum placita vnus censeam pene auctoritate iuris non sine inuidia. In hac tamen scriptura dicam quod res est. Omninò illorum neminem de Romana iurisdictione, quam nullius coloris norunt, quidquam cogitasse commodè; & quod necesse fuit, in explicandis Iureconsultorum responsis cuncta erroribus infersisse. Rei iurisdicialis explicatio tota pendet è cognitione rerum Romanarum, de quibus illi ne suspicari quidem potuerunt, non suo, sed temporum vitio. Itaque qui cum illis stant, facilè rem rognoscent, si eius totius speciem hac cogitatione percipiant. Primum sibi ob oculos proponant, non Romana, sed nostra iudiciorum instituta, & magistratuum politiam contemplentur paulò attentius. Intra curiam sanctiora, quæ vocantur Consilia, De Summa rerum ac statu Sacri cubiculi quod in creandis magistratibus, & Regum beneficijs versatur, De administrando bello Amplissimũ quod iuridicũdo præ est. Clarissimorum ordinum, Rei fiscalis ac Dominicæ, Rationum regiarum

rum. Octouirum qui aulæ, & comitatui regio præfecti partim forenses, partæm capitales causas agitant, Auri lustralis quod Cruzate nomine infertur. Prouincialia verò in eadem curia Tarraconense, Italicum, Indicum, Lusitanum, Belgicum. Quod si è curia egrediantur, occurrent auditoria Pincianum, Granatense, Hispalense, Pampilonense, Clunense, Valentinum. In singulis rerum capitalium Treuiros, Nobilitatis disceptatores, Procuratores fisci; age comites seu iudices appellationum per singula territoria, & regiones eas, quas aliorum dominatui, ac ditioni Rex permisit, Correctores vrbium, Vicarios, Rectores, iudices ordinarios, qui municipiorum suffragio creantur, Maiores, Pedarios infimique ordinis. Quid? iudices eos, quos prima Consilia, aut speciales in singulis caussis Quæsitores dant, aut statis temporibus emittunt, rei pecuariæ, saltuariæ, montium, publicorum, inuectionum, atq; euectionũ, salis, tabellionũ, bellicorũ instrumentorũ, præbendorũ, nauiũ, denique de rebus innumeris innumeros, ac propè infinitos. Quid ipsorum Consiliorum ac magistratuum cohortes, scholas, militias? atque hæc ferè intra Castellanæ Reipublicę fines. Nam si ad Cantabrica, Lusitana, Tarraconensia progrediaris totidem reperies tribunalia, & genera iudicum prope incredibili varietate. Mitto vlteriora, & citeriora regna, quę ad eandem monarchiam pertinent, Neapolitanum, Mediolanense, Siculum, Balearicum, Belgicum, Indicum, tam Orientis, quám obeuntis solis. Singula hæc Tribunalia, rectè norunt, fundata sunt suis quæque legibus, institutis, ac præcipuo quodam more, intraque certos iurisdicundi cancellos, quos migrare temere ius non est. Iam verò ex his permistè, sine dilectu, nulla rerum, aut magistratuũ distinctione explicata excerpant illi mihi nuda quædam iudicandi præcepta, & regulas, easque vt nobis Tribonianus reliquit, accissas, mutilas, mancas. Deinde conuersio rerum, & mutatio magistratuum sequatur. Obliteretur, ac depereat rerum priorum historia. Mille aut eo plures anni cedant. Tum in Germania, aut natione alia remotiore proponant sintagma illud iudici, aut Doctori iuris, vt ille in rebus iudicandis, hic auditoribus instituendis, sequatur, ac explicet. Putandum ne est allaturos esse quidquam, quod cum re ipsa conueniat? Quod si ad nostras hodie manus perueniret, nõ rideremus? Frequentes consisterent, hererent, cum actionis instituendæ, instruendæ causæ, ferendarum sententiarum, appellationum, exactionum, aliarum rerũ tam multiplex, & impedita ratio

¶ 3 occurreret.

occurreret. Nec in illud collatum quidquam videretur nisi dissidium, & discrepantia definitionum. Quæ certè ita si sunt, sublata historiæ cognitione cur aliter cēsendum est de Romana R.P. quæ tamdiu rerum domina penè vniuerso orbi iura dedit tam multa magistratuum, & morum varietate distincta? Sed veteris, & antiquæ Romę meminisse quid attinet? De ea loquor, quę nunc est, Romana curia, quo passim minima de re quacūque perducimur. Neque iudiciorum constitutio adeò à nostris dissidet. Legum certè communione cōiungimur. Et tamen vix apud nostros vnū, aut alterum caussidicum reperias qui de iure cauere ad illam audeat. Inde afferuntur notæ, & rerum formulæ, à quibus transuerso vngue si discedas, caussa tibi cadēdū est. Sed facilia & explicata ea. Multa fortasse nos, verè tamen. Difficilliores nobiscū erūt, qui politioris litteraturę interpretes in hoc opere laudant. Quibus ego ingenuè, libenterque concedo illorum industria excellētiq; doctrina perfectum esse, vt hic locus, qui antea inclusus fuit, replicata Romanorum annalium historia, in lucem veritatis facilè euocetur. Qui aliter censet, nempè id nobis suadeat mero meridie tenebras esse. De meo instituto tamen hoc sibi responsum habeant. In hac ego re meam omnem operam, ac laborem posui sedulus auditorum meorū caussa. Primùm, quoniam nō licuit eos allegari ad vnum, aut alterum iuris auctorem. Accidit enim fato nescio quo, vt hic locus qui à præstantissimis nostri seculi, & forsitam superioris Iureconsultis summa cura vigilijsque elaboratus est, obscurus inde pręter ceteros, & longè impeditior redieret. Adeò de primis rei capitibus omnes dissident, & pugnantibus contrarijsque sententijs inter se confligantur. Quid dicam inter se? secum ipse doctissimus quisque pugnat. Andreas Alciatus de iurisdictione non paucis commentatus est ad librum secundum Pandectarum. Ea tamen in Paradoxis longè meliore mente cūcta correxit. Eguinarius Baro sua item rescidit omnia pene decreta libro Quæstionum. Ant. Goueani exierunt primum ad Vlpianū de iurisdictione diligentes apprime, & eruditæ elucubrationes. In posteribus autem libris ille totus alius est. Idem ferè accidit F. Duareno qui non pauca de suis mutauit in posterioribus commentarijs ad Pandectas. Iac. Cuiacij sententiam in hoc auctorum discidio è prioribus scriptis vix aucupari potuimus. Extremis denique obseruationum libris nouam, neque tentatam prius docendi viam instituit. Vt si in hæc dissidia iuris auditorem conijcerem,

verendum

verendum foret, omnino ne retraherem ab ſtudio, & cognitione huius nobiliſsimę partis. Aut ſi in eo implicaretur, fruſtra multorum annorum operam ne luderet. Altera cõſilij noſtri ratio fuit, quoniam illi dum de difficilioribus locis certant, prætermiſſere multa, expedita quidem, ſed quæ longè vtiliora ſunt ad intelligẽtiam iuris. Quas ob cauſſas cenſui facturum me eſſe operæpretiũ, ſi certa ab incertis ſepararem, prætermiſſa perſequerer, diſsipata cogerem, atque digererem, in lubricis autem, atque incertis ſingulorum ſententias ita exponerem, vt meo qualicunque iudicio interpoſito ſuum ſingulis maneret integrum, & iudicandi ratio expeditior. Decrêram iam pridem Pontificale ius, cui explicando tam multos annos vacco, pro me ipſe quoad poſſem exornare. Eius rei docui duplicem eſſe rationem. Vna poſita eſt in eruendis veterum Patrum, & Conciliorum priſcis, archetypiſque canonibus, vt collatis excuſsiſque, veritas rerũ fœlicius enuclearetur. Hoc ego quotidianis meis diſputationibus aſsiduè feci. Attigi etiam quædam in eccleſiaſticis quaſi digito ad fontes intento. Reſtabat vt è vera iuris cęſarei diſciplina explicarem ea, quæ in eodem iure deprauata non raro ſunt. Vnde altera ratio manat. Neque de eo genere locus alius vberior, & frequentior eſt. Vix enim titulus, aut decretalis epiſtola eſt, vbi iuris Pontificij cõſulti reſponſis Prudentum perperam acceptis non vtantur. Singula notare, ac reprehendere odioſum fuit, & minuti cuiuſdam inuenuſtique laboris. Placuit potius rem totam per ſumma capita deſcribere, vt inde quiſque ſibi ſumeret ad id faciendum. De placitis antiquorum interpretum, quæ ego perſequtus ſum, dicam alio libro. Tantum eſt de conſilio noſtro.

TITVL.

TITVL. LIBI.

ANTO-

ANTONII QVINTANADVEGNÆ

De iurisdictione, & Imperio

LIBER PRIMVS.

E CONSVLTORVM LIBRIS & veteri Romanorum iure.

SVMMÆ RERVM AC SENTENTIARUM ex titul. 1.

I. *Respublica quibus rebus cōstat.*
II. *Hominum quot genera in Respublica sint.*
III. *Reipublicæ bona, & quibus artibus parentur.*
IV. *Lex cuiusque præstantia, vtilitates, & vis.*
V. *Imperium quid? distinctum gradibus, iurisdictio, an Principis iurisdictio sit.*
VI. *Iurisdictio quæ sit, an ad Principem pertineat.*

VII. *An Princeps habeat iurisdictionem, an cognitionem extra ordinem, qua ratione cognoscere, & pronuntiare solitus sit, qui tituli Codicis huc pertineant.*

VIII. *Princeps extra ordinem dedit quoque iudices, qui iudices, non delegati sunt.*

IX. *Princeps creat Magistratus, sed non omnes explicatur l. quidam. D. de re iudicata.*

X. *Prouinciæ aliæ Cæsarum, aliæ Senatus, & quæ mens Agusti Cæsaris in hac diuisione.*
Qui Proconsules.
Qui Præsides, seu Legati Cæsaris, explicatur l. xv. §. vlt. D. de officio. ad sessor. l. milites. §. penult. D. de custodia reorum.

XI. *Magistratus non potest se abdicare magistratu inconsulto, ei qui dedit.*
Explicatur l. penult. D. de offic. præsidis.

XII. *Princeps potest abdicare se principatu, itẽ Pontifex. Bartoli errores duo.*
Constantini in Ecclesia donatio, non cessio fuit, aliud cedere, aliud donare.

XIII. *Magistratus omnes & soli iurisdictionem habent, imperium verò soli, sed non omnes.*
Duum viri, ædiles, curatores viarũ, seu patres ciuitatum, differunt tribunal, & iurisdictio. explicatur. l. I. D. de iudicijs.

XIV. *Maiorũ magistratuũ insignia, maiestas, gradus.*

XV. *Iuris-*

Tit. I. De Iurisdictione.

OMnis Respublica, quæcunque bene informata ad Imperij stabilitatē est, duabus debet constare rebus. Mœnibus, domicilijs, atque agro, vt corpore: hominibus quasi animo, mœnibus primum homines idcircò se sepserunt, vt à multitudine, quæ ex syluis in vrbium domicilia compulsa fuit, saxeæ molis oppositus externos hostium impetus arceret; domus in ciuitate repertæ sunt, non solùm frigoris, æstusque vitandi causa, sed vt secretæ, distinctæque familiæ propaganda, educandaque sobole rectam disciplinę rationem tenerent; ager agrique cultio omnis pertinet ad victum, & commoditates eas, sine quibus hominum vita transigi non potest. Hominum totidem genera sunt: vnum eorū, qui parent: alterum, qui imperant. Tertium quasi vtrisque II.
interiectum ex his est, qui partim parent, partim imperant. Enimverò ex hac hominum, atque rerum conuenientia, si temperato concentu, & rationis modo inter se congruant, hoc efficitur, vt ciuitas sit præsidijs ad III.

I. (beside "informata ad Imperij stabilitatē est")

libertatem firma: opibus ad vitam locuples: moribus denique ad omnem virtutem honesta. Quę res cũ omni Reipublicæ moderatori imprimis optandæ sint, suis quęque artibus, singulę singulis cõparantur, vt Oeco-
IV. nomica, Georgica, militari. Cuncta tamen hominum genera, res omnes, atque artes vnius legis vinculo, & quasi fœdere continentur. Virtus & præstantia legis, vel ex eo intelligitur, quòd Dei Optimi Maximi donum, quod populorum sponsio, quod publicæ libertatis pignus. Legem nunc accipio, eam, quæ in hominum animis penitus innata, communisque rationis anticipatione insculpta est, quæ deinceps incisa tabulis populo palam fertur, aut moribus serendis in eum occultè, & placidè influit: quę etiam in ipsis spirat, vigetque magistratibus. Magistratus populo lex est, & quidem si castè, integrèque obeatur, sanctissima. Legis autem tã loquẽtis, quam mutæ omnis vis posita in Imperio est.
V. Imperium appello, certum ordinem in imperando, atque parendo: sine quo non domum vllam, non ciuitatem, non gentem, non hominum vniuersum genus stare, neque rerum naturam omnem, neque ipsum posse mundum præclarè sapientes pręcipiunt. Nam huic nostræ infimæ exiguæque Reipublicæ, cum Principe illa atque diuina, quę Deo primum, mundo, atque homine constabat, multa necessitas, & cognatio est: eãque, qua fas est, cum in vniuersum, tum effigie singulis partibus expressa, imitatur, atque refert. Imperium itaque spiritus vitalis est, quem hæc tot millia trahunt. *Nihil*, vt inquit Seneca, *ipsa per se futura, nisi onus & præda, si mens Imperij subtrahatur.* Nec moror, Principis, optimatum, an populi status sit, si auctorem, si vim, si finem spectes, vnum est, atque idem Imperium, multiplex

verò

verô formis, atque gradibus propter ſubiectos populos, & magiſtratus alios alia poteſtate præditos. Neque enim par omniũ, aut in omnes poteſtas, maioribus magiſtratibus minores parent. Iidem priuatis hominibus rite imperant, neque tamen eodem imperij modo. Sũt itaque quaſi legis leges & inſtituta quædam imperij: Imperium reliqui, noſtri nunc imperium, nunc iuriſdi
ctionem appellant. Latius manat vtrumque verbum, VI.
vt & Principis poteſtatem complectatur. Romani tamẽ iuris auctores de principe ſub libris ijs, quos de iuriſdictione conſcripſere, nihil afferunt. Poſteriores illorum interpretes pene omnia: de his altero libro, nũc iure conſultorum definitiones, & decreta explicanda ſunt.

Iuriſdictionis itaque verbo iuris Romani Conſulti poteſtatem omnem, atque imperium magiſtratuum, quodcunque varijs formis atque generibus deſcriptũ eſt, complectuntur. Magiſtratuum inquàm, non principis. Princeps omni quidem eſt magiſtratu celſior, vt ſcribit de Senatore Tacitus, magiſtratus tamen non eſt. Straboni princeps dicitur, qui totius tuendæ Reipublicæ ſtationẽ ſuſcepit. Alij primum & ſingularem
reipubl. adminiſtratorem eſſe definiunt. Quoniam ita VII.
que princeps neque magiſtratus eſt, nec vnquam dicitur, iuriſdictionem hoc eſt poteſtatem eam, quæ iure magiſtratus competit, non habet; habet certe cognitionem extraordinem, vel ex cauſſa appellationis, vel inter perſonas certas: indicat ex Codice Iuſtiniani tituli. *Quando imperator inter pupillos, vel viduas, vel aliàs miſerabiles perſonas cognoſcit De precibus imperatori offerẽdis, Vt lite pendente vel poſt prouocationem aut difinitiuam ſentẽtiã nulli liceat imperatori ſupplicare.* Cognitio verò extra

 ordi-

ordinem, quidem non tamẽ eodem modo atque ratione ab imperatoribus suscepta est. Extat apud Marcellũ Iure Consultum nobile huius disceptationis exemplum: quòd referam, vt de eo reliqua existimare liceat. *Sententia Imperatoris Antonini Augusti Pudente, & Pollione Coß. Cum Valerius Nepos mutata voluntate inciderit testamentum suum, & nomina heredum induxerit, hereditas eius secundum diui patris mei constitutionem ad eos, qui scripti fuerint, pertinere non videtur, & aduocatus fisci dixit. Rogo Domine audias me patienter de legatis quid statues? Antoninus Cæsar dixit: Videtur tibi testamentum valere voluisse, qui nomina heredum induxerit? Cornelius Priscianus aduocatus Leonius dixit: Nomina heredum tantum induxit. Calphurnius Longinus aduocatus dixit: Non potest vllum testamentum valere, quod herede nõ habet. Priscianus dixit: Manumisit, quosdã, & legata dedit. Antoninus Cæsar remotis omnibus cũ deliberasset, & admitti eosdẽ rursus iussisset, dixit: Caussa præsẽs admittit benigniorẽ interpretationẽ, vt ea duntaxat existimemus, Nepotẽ irrita esse voluisse quæ induxit.* Hactenùs Marcellus. Aliquádo etiam princeps non ipse per se cognitionem exercuit, sed per iudices, quos more magistratuum dare solitus est. Idque non ratione simplici, interdum enim

VIII. ab ipso principe dati litigatoribus iudices sunt, qui ex præscripta totius futuri iudicij formula rem disceptarent. l. à iudice. C. de iudicijs. l. 1. C. qui pro sua iurisdictione iudices dare. d. v. p. aliquando non ipse princeps, sed ex principis, qui iudicũ nomina declarabat, auctoritate populi Romani magistratus, aut Præsides iudices dedere. l. 1. §. si quis in appellatione. D. de appellationib. l. vlt. D. quis, & à quo. illi à iudiciali culmine dari dicuntur, hi vero ab Agusta fortuna. l. cum spetiali. C. de iudicijs. neutris ius exsequendi est. nõ ius exhiben-

hibendi præhendendique rei, neque opinor, coercitionem habent, aut multam possunt dicere. Quare neque mandata eos principum iurisdictione vti magis est: mihi certe videtur. Hnc denique, quæ freques occurrit, referenda est tractatio precum, cum supplicantiū libellos imperator cognoscit. Vnde adnotationes, epistolæ, rescripta, mandata in titulis. *De precibus imperatori offerendis, De diuersis rescriptis & pragmaticis sanctionibus: De mandatis principium. Quando libellus principi datus litis contestationem faciat.* Quæ certe cū princeps exsequitur, dicitur etiam ius dicere. Sed extra ordinem, & nó qua magistratus id suo iure facit. Placet itaque tractatu eo, qui in Pādectis de iurisdictione inscribitur, quique eum antecedunt alij, atque Vlpiani, Pauli, & aliorum libris ad edictum, vel de omnibus tribunalibus, nihil tractari, propriè quod ad principis potestatem spectet. Iurisdictio itaque eorum magistratuum est, qui populi suffragijs, ac principis beneficio creantur. Hodie principis beneficio ferè omnes. l. quidam. D. de re iudic. non omnes precissè, sed ferè omnes. Itaque lex Iulia de ambitu, quoniam ad curam principis creatio magistratuum pertinet, hodie in vrbe cessat. l. vnica. D. ad. l. Iuliam de ambitu. in municipijs nó cessat. Nó etiam in proconsulibus, quos Senatus in prouintias suas mittit, qui proconsules appellantur etiam si ex prætorijs, non ex Consularibus sint. Aliæ Principis seu Cæsaris prouintię sunt, aliæ Senatus, vt Strabon. lib. xvij. & iij. vt Theophilus etiam docuit in tit. de rerum diuis. §. per tradditionem. Ferociores quidem agrestioresque prouintias, quæ sine manu militum annuis magistratibus administrari, sine fraude atque periculo non poterant, Cæsar in sua potestate retinuit. Pacatio-

IX.

X.

catiores verò quæ citra arma regi solis legibus poterant, reliquit Senatui Populoque Romano. Verbo, vt publicæ reimunera, quę grauiora essent, ipse subiret, re verò, arma vt solus haberet. Senatus itaque in suas prouintias proconsules mittit, Cęsar præsides, qui & legati dicuntur. Sic legatus Lugdunensis prouintiæ. l. xv. §. vlt. D. de offic. ad sess. Legatus Aquitaniæ. l. mili
XI. tes. §. penul. de custodia reorum, & quemadmodũ Præsides si se magistratu abdicent, contra prohibẽte, aut nolente principe, nihil omninò agunt auctore Papiniano. l. penult. D. de offic. Præsid. item etiam nec procõsules, nisi populus consentiat, qui eis prouintias decreuit. Iussu Principis, aut populi rectè abdicatio fit. l. ij. §. & cum placuisse. D. de origin. iur. magistratus publicum munus est, quòd vt inuiti suscipimus, ita etiam & perfungimur. Quod tamen de proconsule, de præside, & in magistratu vrbano, atq; municipali recte dicitur; perperam Bartholus ad principem producit. Exem-
XII. plo sunt Diocletianus, atque Maximianus, qui se vltrò imperio abdicauere. Id quod & Romano Pontifici. Cælestini constitutio permisit, nec leue ab eodem auctore peccatum est, quod ex Papiniani loco astruere tentat, Constantinum imperatorem, Siluestro Pontifici cedere occiduo imperio nõ potuisse. Aliud enim abdicare est, aliud cedere. Tutor legitimus, si Vlpiano quid credimus, cedere tutela in iure recte potest, abdicare se non potest. Testamentarius contrà abdicationem habet, non cessionem. Papinianus denique de magistratu respondet, non de principe, qui vt princeps est, non est magistratus, & quanquam ius dicere dicatur, tamen iurisdictionem, vera, & propria quæ sit, nõ habet. Sed quicquid cognoscit, aut iudices dat, aut de

cernit,

cernit, extraordinè est recteque separatur ab his, quæ iurisdictionis, & iuris ordinarij sunt. Iudicum itaque nomine magistratus intelliguntur. magistratuum varia genera sunt vrbani, municipales, minores. Omnes quidem, & soli iurisdictionem habent, imperium vero soli magistratus, non tamen omnes, aut potius omnes habent imperium, atque iurisdictionem, non tamen æque amplum imperium, atque iurisdictionem. sunt qui non possunt iubere cauere, iubere possidere, non possunt in possessionem mittere, nõ possunt restituere in integrum, vt Duũviri municipales. l. ea quæ. D. ad Municipales, Aediles etiã plebis exigua potestate, ac prope nullo Imperio, id est vt Cicero loquitur, paullò amplius, quam priuati fuere. Idem est de curatoribus viarum, & operum publicorum, quos posterior ætas patres ciuitatum vocauit, itaque omnes magistratus iurisditionem habent, nõ tamen omnes tribunal l. 1. D. de iudicijs, maiorum magistratuum tribunal est, fasces, lictores, manus militaris, purpura, aut prætexta, carcer, vt de Cõsulibus proditum est. l. ij. §. exactis D. de orig. iur. quorum Imperium si contemtum sit, contemta maiestas Vlpiano dicitur. l. si familia. D. de iurisdict. imminutæ maiestatis reum Asconius eum appellat, qui imminuti magistratus reus est. Magistratuum itaque ordines, atque gradus vt varij sunt, ita etiã iurisdictionis, atque Imperij. Omnes autem ij gradus, atq; ordines iurisdictionis verbo; cõtinentur neq; solũ quę Imperij, atq; iurisdictionis sunt, sed etiã quę neq; Imperij, neq; iurisdictionis, hoc est, quę iuris sunt. l. i. hoc tit. l. muto. §. tutoris. D. de tutelis, itaq; in iurisdictione, verbũ illud *ius* latissimè patet, atque etiã *ius* appellatur, quod iniquum, & sine exemplo est. l. i.

XIII.

XIV.

D. quòd quisque iuris, non ἁπλῶς, sed vt *ius* etiam vocatur, quod pro iure redditur. l. penul. §. Prætor. D. de iustic. & iure. *Dictionis*, quoque appellatio, & potestas (vt in notationis explicatione architetos verborum imitemur) latissima est; nam siue dicat magistratus, siue addicat, siue det, siue contraria his agat, dictio quidem est. dictio quasi oraculum dicitur, vt Gręcis λόγος, *Non falsa autumare dictio Delphica solet.* Et, *Ita septuose dictio ab eo datur.* Pacuuius, & Liuius Andronicus apud Nonium, & illud Liuij: *Data dictio erat, vt caueret Acheru-*
XVI. *sium aquam.* Imperium quoque generaliter in libris iuris accipitur; proinde quoties magistratus ius dicit, Imperio rem expedire dicitur. l. cum Prætor. D. de iudic. l. & si prætor. D. de officio eius. l. ij. D. de adoption. Potestatis etiam verbum in persona magistratus idem cum Imperio esse Paulus scribit. l. potestatis. D. de verbor. significat. idem Vlpianus censet de Notione. l. notionem. D. de verb. sign. Quòd autē potestas, cum ma-
XVII. gistratu coniunctè non semel legitur, vt in. l. 1. D. quod quisq; iuris, id verbi ita accipi oportet, vt Magistratus pro vrbano, potestas pro prouinciali Magistratu sit. Suetonius, *Iurisdictionem*, inquit, *de fideicōmissis in vrbe tantū magistratibus delegari solitā per prouincias potestatibus delegauit.* Et apud Lampridiū illud Alexandri, *Nō patiar mercatores potestatum*, de Prouincialiū iurisdictione interpretandum est, & hac sententia Vlpianus, qui in potestate aliqua sit, vt puta proconsul, vel prætor, vel alij qui prouincias regunt. l. eum qui. §. magistratus. D. de iurisdictione.

SVMMÆ RERVM ATQVE SENtentiarum.

. *Prima diuisio iurisdictionum.*

I. *Altera ex disciplina Cuiacij, cum ratione totius argumenti.*

II. *Diuisio tertia quæ comodior videatur.*

IV. *Iurisdictio summum genus definitur.*

enumerantur species, atque formæ quæ sub ea sunt ex allatis consultorũ, & varijs aliorum auctorum locis.

V. *Iurisdictio qua genus supremum varijs nominibus appellatur, officium ius dicentis, officiũ iurisdictionis, officium iurisdicendi.*

VI. *Iurisdictio quæ iure magistratus cõpetit definitur.*

VII. *Notionis verbum.*

VIII. *Quam vim habeãt hæc verba. Iure magistratus, iure suo, propter vim Imperij, secundum ius potestatis suæ, & eiusdem significationis esse.*

IX. *Appellatur hæc iurisdictio quæ iure magistratus competit, potestas.*

Explicatur. l. 1. D. de si ventris nomine in poss. & .l. 3. D. ne vis fiat ei qui in possessionem missus est.

Explicatur. l. potestatis. D. de verbor. signific.

X. *Explicantur. l. nec magistratibus. D. de iniurijs & .l. 1. D. de in ius vocando.*

Græcorum error, & Acursij.

Græcorum interpretum error alter in. l. 4. D. de iurisdictione.

 XI. *Expli-*

XI. *Explicatur Pōpo. in. l. 2 §. exactis. 2. D. de ori. iur.*
XII. *Specialis iurisdictio definitur.*
XIII. *Mistū Imperiū quomodo appellatur, & definitur.*
XIV. *Iurisdictio quæ iure magistratus non competit, habet duas species, & de mero Imperio.*
Merum Imperium definitur.
XV. *Species altera, notiones legis, vel ciuiles quæstiones, aut ea quæ iuris sunt.*

Tit. II. De multiplici iurisdictionis natura, ac formis.

DE iurisdictione hactenus, cōfusè quidem, atq; permistè, quod quasi prœmij loco sit. Etenim quoniam eius natura multiplex, & varia est, reliquum est, vt eius nunc regiones, limites, cōfinia determinem, si quidem in re tam dubia finiri certum aliquid potest, species certe eas in quas iurisdictio deducitur plerique omnes interpretes summa dissensione explicant. Quidā de Martiani disciplina iurisdi-
I. ctionem aliam esse contentiosam aiunt, aliàm voluntariam; quæ contentiosa est, ea si incriminum exsequtione versatur, à legibus accipitur, & merum imperiū continet; si in pecuniarijs, atque ciuilibus, iure magistratus competit, & misto imperio, atque iurisdictione constat, ad voluntariam verò pertinent actiones legis, & reliqua, quæ iuris sunt, hoc est, quæ nō iure magistratus, & potestatis, sed lege nominatim deferuntur l. omnes. l. neq; adoptare D. de offic. Procōsul. l. magistratum D. de adoptionibus, aliorū aliæ rationes sunt. Nec si de singulis disputem, vllum operæ nostræ pretium

tium erit. Iacobus certè Cuiatius, doctissimus nostri temporis Iureconsultus, in extremis obseruationibus de Vlpiani sententia, in. l. imperium D. de iurisdict. sic censet. Imperium omne in duo genera, siue species di- II.
uidi, merum & mistum, duo item ab Vlpiano proponi nihil prætereà, esse duo, quæ in illo capite agitantur, merum & mistum Imperium, nó tria, vt vulgo putant merum, & mistum Imperiũ, & simplicem iurisdictionem, mistum quidem Imperium, & iurisditionem vnũ & idem esse; neque quidquam tribui Imperio, quòd non posit, & debeat tribui iurisdictioni, & contra nihil tribui iurisdictioni, quod non debeat etiam vindicari misto Imperio; permista quidem esse, simul com meare semper, neque alterum ab altero secerni, merũ autem Imperium, quod in criminum causis ponitur, non iurisdictionis, aut magistratus iure cõpetere, sed speciali datione, atque permissu legis, quæ id Imperij vel magistratui, vel priuato dedit; priuatum etiam me rum Imprium à lege accipere, & obtinere posse. merũ appellari adeò, quia mistum iurisdictioni non est, mi stum verò, quia ex iurisdictionis mistione constat. hactenus ille, neque ita multum ab Antonio Goueano discrepat: Eguinarius certè Baro, & Franc. Duarenus III.
lóge aliã viam insistunt; Difficile quidem, nec nostrũ de re tanta iudicium interponere, extra quam in nullius tamen sententiam prçiudicium fiat, propositis, & per numeratis singulis formis, iurisdictionis totius quasi figuram & lineamenta adumbrare hac ratione placet. Principio itaque iurisdictio, qua genus est, de- IV.
finiri recte potest, potestas magistratus faciẽdi ea, quæ priuatus facere non potest, vel potestas publica statuẽdi de re ciuili, vel criminali, latè enim omnia complectitur,

ctitur, quęcũque magistratus exsequitur, obit, edicit, interdicit, decernit muneris sui iure, vel etiam extra Imperij solemnisque iurisdictionis fines ex legis dela ta potestate, testimonia passim è nostris libris, & bonis auctoribus occurrunt. Quæ iure magistratus cõpetant, ea iurisdictionis finibus contineri, id satis explicatum est. de iudicis dandi licentia nominatim Vlpionus scribit. l. imperium D. de iurisdictione, actionis quoque, & iudicij dationem idem auctor iurisdictionem appellat. l. si cuius. §. sed si D. de vsufructu, & in l. sed & si. §. per magistratus D. ex quib. caus. maiores in misto Imperio in esse iurisdictioné eodé Vlpiani loco testatũ est. dict. l. Imperium, idque sæpe in singulis, misti Imperij partibus repetitum, vt in cautione, datione bonorum possessionis, tam edictali, quàm decretali. l. 1. l. dies. §. si intra. §. si forte D. de damno infecto. Decreta etiam siuè de plano interponãtur, siue caussa cognita, quæ magna ex parte mistum Imperium cõtinent, ad iurisdictionem frequenter referunt Paulus prætoré, cũ decernit, ius dicere ait, in. l. 1. D. de iust. & iure, & extremũ iurisdictionis decreti executio dicitur. l. 1. D. siquis ius dicenti non obt. *In tam varia*, inquit Cicero, *Iurisdictione tam multa decreta*. Idem pro Quintio Dollabella ait decreuisse, *vt iudicaretur iudicatum solui*, & libr. 3. in Verrem, cum de bonorum possesione, quæ datur ex edicto, loquatur, identidem decretum profert. & apud Consultos, quidquid prætor vel præses statuat de re pecuniaria, siue iubeat cauere, siue mittat in possessionem, siue interdictum reddat, siue iudicet ipse, & ferat sententiam, decreti vocabulo appellatur. l. vij. D. de damno infecto. l. 1. D. de tabul. exhibend. l. iij. D. ne vis fiat ei. q. 1. p. m. e. l. 1. D.

quod

quod quisque iuris.l. Aemilius. D. de minoribus. l. Prętor. D. de iudic. Quæ vero iure magistratus non competunt, vt capitalium rerum, & criminum quęstiones iurisdictioni sæpè idem Cicero tribuit, qui de Verris criminibus, *Quid ego*, inquit, *istius in iure dicendo libidinem cōmostrē? quis vestrū ex vrbana iurisdictione nō cognouit?* Et sic sępè libro quarto in Verrē quo libro Ascōius de iurisdictionis criminib⁹ dixisse Ciceronē auctor est, Suetoni⁹ Trāquillus de Iulio, *ius*, inquit, *laboriosissimè, & seuerissime dixit, repentundarū cōuictos etiā ordine Senatorio mouit*, de Augusto. *Dixit autē ius non diligētia modo summa sed & lenitate: si quidem manifesti parricidij reū, ne in culleo insueretur, quod nisi confessi hac pœna afficiebantur, ita fertur interrogasse, certè patrem tuum non occidisti?* Ex nostris vero Pōponius, prætores eos, qui quæstiones capitales exercent, ius dicere vno, atq; altero loco ait. l. ij. D. de orig. iuris. Papinianus generali iurisdictione merum Imperium planè comprehendit. l. 1. D. de offic. eius. Vlpianus sub iurisdictionis tractatu de mero Imperio edisserit. l. Imperium. D. de iurisdict. & multo id magis in Theodosiano Codice inculcatū est. De ciuilibus quęstionibus seu notionibus, quæ à lege specialiter conferuntur, pari ratione statuendum est: manumissiones, adoptiones, emancipationes, quæ legis actione continentur, voluntaria iurisdictione Martianus censuit. l. ij. D. de offic. Proconsul. Animianus etiā lib. xxij. *Mamertino Consule*, inquit, *ludos edente manumittendis de more introductis, ipse lege agi dixerat, vt solebat; statimque admonitus iurisdictionem eo die ad se non pertinere*, & reliqua. Tutores quoque à ius dicentibus præfecto vrbis, & prætore secundum iurisdictionem suam dare solitos Iustinianus scribit. §. sed hoc inst. de Attiliano tutore. Vt com

pertum

pertum sit in omni potestate, quam vel muneris officijque ratio, vel lex magistratibus defert, iurisdictio-
V. nis quasi immersam, & interminatam regionem esse; quæ eadem & Imperium dicitur, & potestas, & notio, vt paullò ante demonstraui. Vlpiano etiam officium ius dicẽtis eodẽmodo vsurpatur. l. v. D. de iurisdictione. officiũ iurisdictionis, idem alio loco. l. i. §. de qua autẽ. D. de postulando officium iurisdicendi. l. 1. D. de suspectis tutori. aliàs officiũ magistratus à iurisdictione eo modo differt, quo genus ab specie, indicãt in Codice Iustiniano separati tituli. *De officio omniũ iudicũ, de iurisdictione omnium iudicum*. Vniuersũ itaq; iurisdictionis genus in duas species partitur, vna, quæ iure magistratus cõpetit; altera, quæ nõ iure magistratus, sed ex legis permissu, atque concessione. Ducta hęc partitio est ex Papiniano in. l. 1. D. de officio eius. Quæ iure magistratus competit, ea & *iurisdictio* dicitur, & vera quidem ac propria iurisdictio est; appellatur etiam *Imperium, atque iurisdictio*. l. muto. §. tutoris datio. D. de tutelis. definiri sic potest. Potestas, quę iure magistratus cõpetit, etiam si lege nominatim definita, aut descripta non sit. vel notio, & statuendi, atque pronuntiandi potestas, quæ iure magistratus competit. explicui *notionis* appellatione, quæ generalis est, contineri tam iurisdictionem hanc, quam habẽt magistratus, quàm nudam litium cognitionem seu iurisdictionem iudicum datorum. notus locus est ex. l. notionis. D. de verbor. sign. &. l. ait Prætor. D. de re iudicata, quod vero dicitur: *Iure magistratus*, hanc vim habet, quasi delato magistratu muneris potestate ac lege iurisdictio concessa intelligatur, non singulis eius partibus pernumeratis, sed magistratus ipso per se nomine solo vt præturæ, vt Consul-

Consulatus, vt Censuræ, per consequentia omnia quæ sunt iurisdictionis propria, trahente secum, & conferente in eum qui Magistratus creatur. Eiusdem autem potestatis sunt iure magistratus, iure suo, & propter vim Imperij. l. cum Prætor. D. de iudicijs, & secundũ ius potestatis suæ. l. i. D. siquis ius dicenti non obtemperau. appellatur hæc iurisdictio *potestas*. l. i. D. si ventris nomine mul. in po. m. s. l. 3. D. ne vis fiat ei, qui in IX.
p. m. e. Atque ita quod in. l. potestatis. D. de verb. sign. dicitur, potestatis verbo in persona magistratuũ significari imperiũ, quoniã magistratus dixit, iurisdictioné hanc, quæ iure magistratus cõpetit, & potestate, & Imperio significari opinor. Ergo appellatur hæc iurisdictio Imperiũ, appellatur potestas. Tullius, & Seneca sũmũ Imperiũ, atq; potestaté vocát. pessime Græci inter X.
pretes in. l. nec magistratibus. D. de iniurijs illa, *Qui sine Imperio ac potestate sunt*, magistratus, de mero Imperio accipiunt. Qui error cõmunis illis cũ Accursio fuit. Qui in. l. ij. D. de in ius vocãdo illa: *Et ceteros magistratus, qui Imperiũ habent*, de mero Imperio falso accipit; qui Vlpianũ illis verbis, *Imperij magis quã iurisdictionis*, in. l. IV. D. de iurisdictione, de mero ité Imperio explicat. Iurisdictionem etiã, quæ iure magistratus competit, Pomponius intelligit in. l. ij. §. exactis. ij. D. de orig. iur. cũ ait: *Summum ius penes Consules fuisse*, nam de mero nõ hoc XI.
Pomponius docet, neque illud Consulibus in iussu populi, hoc est sine lege speciali in ciues Romanos permissum erat. d. §. exactis, &c. §. & quia, vt diximus. Iurisdictio itaque, quæ iure magistratus cõpetit, in duas item species scinditur, mistum Imperium; & specialem iurisdictionem, si vlla quidé specialis iurisdictio per se constat. Nam aut sola cogitatione separatur, aut XII.

plane nõ ſeparatur, Cuiacio auctore. Dixi de ea nullũ nunc me neque iudicium, neque præiudicium facere. Supremi itaque, & interiecti generis appellationem ſpecialis iuriſdictio fecit ſuam, vt de adoptione legimus. l. i. D. de adoptionibus. Ea vero ſiue infima, ſiue ſpetialis ſit, ſi modo retinẽda eſt, breui circunſcriptione ſic explicatur, eſt notio iure magiſtratus competẽs, qua ius, & iuditium poſtulanti in alium redditur; vel poteſtas, licentia aut ius dandi iudicem, atque iudiciũ vel notio, quæ iure magiſtratus ſine Imperio competit; vel poteſtas præſcribendi iuris, quo res apud iudi-

XIII. cem datum per actionis formulam expediatur. Species altera *miſtum Imperium* dicitur. l. Imperium. D. de iuriſdict. & *Imperium non merum*. l. vlt. D. de officio eius & *Imperium*, abciſſe, & opinor, *Imperium magis quam iuriſ dictio*. l. iubere cauere. D. de iuriſdictione. l. ea quæ. D. ad municipales, miſtum certe Imperium, ſi ſeparandum eſt, definitur, dictio iuris, quæ iure magiſtratus competit de ciuili priuatoque negocio ſine præſcriptione iudicij; vel notio iure magiſtratus competens cum Imperio, aut qua citra actionis formulam ius poſtulantibus redditur; vel ius decreti de plano vel cauſa cognita iure magiſtratus inter-

XIV. ponendi. Pars altera, quæ ſummum iuriſdictionis genus diuiſit, non iure magiſtratus competit, ſed à lege nominatim conceditur. cuius item ſpecies duæ, merum Imperium, & legis notio, merum Imperium dicitur, & ſummum Imperium, poteſtas, grauior, animaduerſio, ius gladij. l. Imperium. D. de iuriſdictione. l. vltim. D. de offic. præfect. vrb. l. ſolent. D. de offic. Proconſul. l. i. D. de offi. eius definitur ius gladij vel cuius vis animaduerſionis grauioris, qua in facinoroſos ani-

maduer-

maduertitur. Vel potestas criminum coercẽdorum lege data, vel notio rerum capitalium, quam lex defert, vel iurisdictio, qua magistratus vel priuatus criminũ exsecutionem habet ab ipsa lege. Species altera ad ea XV.
pertinet, quæ iuris sunt: non malè ciuiles quæstiones appelles. notionem eam, quæ de prædijs minorum vendendis Prætori datur, quæstionem Vlpianus appellat. l. mandata. D. de officio eius, & si domini à familia occisi quæstio à mero Imperio secernenda est, cognitionem eam Papinianus vocat. l. i. §. & si à familia. D. de officio eius, est autem notio legis, ius de quæstionibus certis in ciuili recognoscendi ab ipsa lege datum, vel potestas iurisdicendi in specie certa à lege nominatim tributa, aut, dictio iuris in specie certa, quæ mandari non potest, hæc pinguius, & rudius vt rei natura aperiatur pluribus eiusdem rei descriptionibus, quia in artium disciplina auctore Galeno valde hoc frutuosum est.

SVMMÆ RERVM, AC SENTENTIARVM.

I. *Iurisdictio magistratibus vrbanis, & Prouincialibus quo iure competat.*

II. *Magistratus quis? tribunal maius quã iurisdictio.*
Censores magistratus fuere.
Decemuiri legum ferendarum item.

III. *Prætores summã iurisdictionis habuere, & cur?*
Prætores duo.
Vrbanus maior.

IV. *Prætorum in iuridicundo repressa potestas.*
Edicta perpetua. Quid continerent.
V. *Actiones legis, ordinariæ directæ.*
Iurisdictio perpetua.
VI. *Album quid?*
VII. *Edictum de albo corrupto.*
VIII. *Delendum in edicto. Prout res incidit.*
Item in charta vel alia materia.
IX. *Edicta alijs ex caussis à Prætore proponebantur.*
Restituitur .l. vlt. D. vbi pupillus.
X. *Tabullarum nomine quid comprehendatur.*
XI. *Pœna. L. aureorum qua ratione æstimetur.*
Modus redigendi pœnam nummariam.
XII. *Pœna nũmaria non cadit in seruos & filios familias, & qua ratione luant.*
Hodie omnes puniuntur extra ordinem.
XIII. *Prætorum libido in iuredicundo coercita edicto, quod quisq; iuris in aliũ statuerit, & explicatur.*
Æquitas edicti.
Emendatur edictum deletis verbis.
Nouum ius iniquum.
XIV. *Statuendi verbum cum effectu intelligitur.*
Nuda cogitatio, & conatus quando puniantur.
Explicatur .l. cognitionis. D. de pœnis.
XV. *Non tenetur edicto qui pronunciauit inter nõ subditos.*
Nec vlla sententia, id est, nulla.
Edicti

XVI. *Edicti pœna pertinet ad præsides, & non ad iudices datos & cur?*

XVII. *Qua pœna teneantur iudices qui male iudicāt. l. vlt. D. de var. & extraordinar. cognitio. in quibus casibus locum habeat.*

Quo casu non teneatur qui male iudicauit.

XVIII. *Cur iudices teneantur de iniqua sententia, non præsides ob imperitiam.*

An teneantur adsessores, & qua pœna, & cur?

Maiores magistratus plerumque imperiti, sed peritos optabat Alexander.

XIX. *Imperitia vt medico nocet etiam adsessori, cur? & quatenus ei noceat. Accursij error.*

XX. *Cur adsessores ob iniquam sententiam non teneantur ad æstimationem litis.*

XXI. *In hoc edicto requiritur imperatio nō vsus, cur?*

XXII. *Hoc edictum nō ipso iure committitur, sed opposita exceptione.*

XXIII. *Naturalis obligatio inhibet repetitionem.*

Explicatur. l. vlt. D. ad. S. C. Macedonianū.

XXIV. *Hoc edictum pertinet ad fideiußores, & cur?*

Electo fideiussore non licuit ad debitorem redire, ante. l. vlt. C. de fideiussorib.

Explicatur. l. 3. §. si is pro quo. D. quod quisq. iuris.

XXV. *Pœna huius edicti pertinet ad heredes, & cur.*

XXVI. *Reliqua edicta pœnalia cur ad heredes non trā seant.*

Tit. III.

Tit. III. De Prætoris auctoritate ac edictis.

IVris dicundi poteſtas permiſſa eſt vniuerſis cum magiſtratibus vrbanis, tum etiam ijs, qui poteſtate aliqua ſunt, id eſt qui prouincias regunt, vt Vlpianus explicat. Vrbanis magiſtratibus more maiorum,
I. atque adeo ſuo iure. Nam quod more maiorum & propter vim Imperij magiſtratui competit, id ſuo ei iure competit; etiam ſi nõ ſit nominatim datum à lege, modo ademtum non ſit. l. magiſtratus. D. ad municipal. Prouincialibus autem non iure magiſtratus, ſed mandatis principum, aut lege ea, qua vrbanorum magiſtratuum ius in prouiuciales translatũ eſt. l. cum Prætor, ver. conſtitutione. D. de iudicijs, magiſtratus eos eſſe intelligo, qui iuriſdictioni, aut tribunali præſunt. l.
II. qui iuriſdictioni. D. de iuriſdictione. l. i. D. de iudicijs maioris dignitatis tribunal, quàm iuriſdictio eſt. neq; enim omnis magiſtratus tribunal habet cum tamen omnibus iuriſdictio ſit, vt conſulibus, vt prætoribus, vt cenſoribus, vt alijs. non aſſentior ijs, qui ſcribunt cenſores, non fuiſſe magiſtratus, magiſtratus quidem vocat Tit. Liuius, & Cicero etiam nam iubet eos habere magiſtratum quinquennium, quod quinto quoque anno populus Romanus cenſeretur, ceteros magiſtratus annuos eſſe. Idé aio de Decemuiris legũ ferédarum, quos quia magiſtratum vltra annum prorogarent, plebis ſeceſsioni dediſſe cauſſam proditũ eſt. Ceterum ex magiſtratibus vrbanis, cum quidam bellis ciuilibus auocati, alij de alijs cauſsis ius in ciuitate reddere non poſſent, factum eſt vt Romanæ iuriſdictionis

ſumma ad duos Prętores redierit. Vrbanum, & Peregrinum. l. ij. §. cumque Conſules. D. de orig. iuris, vtriuſque prætoris officiũ libris ſingularibus Labeo deſcripſit. Vrbani amplior maiorq; auctoritas fuit, atque ideo maior prætor appellatus eſt. Prætorum in redden do iure ſumma poteſtas fuit, vaga etiam, atque libera, III.
& nullis primum ad ſtricta edictorum legibus, quæ ſi forte propoſuiſſent, pro libidine ſubinde mutabant tamen. C. Cornelius lata primus lege, vt Aſconius, atque etiam Dio ſcribunt, vt ambitionis gratiã prætoribus, qui varie ius dicere aſſueuerant, tolleret, ſanxit, quę ſemel publice propoſuiſſent, ne ab ijs recedere poſſent, IV.
ſed vim illa potius edicti perpetui in iure obtinerent. Pomponius, *Vt ſcirent*, inquit, *ciues, quod ius de quaque re quiſque dicturus eßet, ſeque præmunirent, cum primum creatus eſt prætor, generaliter edicit, quibus de rebus, aut quomodo in omnibus cauſsis omnibus perſonis ius per annum dicturus eſſet.* Edictum capitibus diſtinctum erat, cõtinuit fere actiones omnes à Cn. Flauio & Sex. Aelio compoſitas, quæ olim dictæ ſunt actiones legis. l. ij. §. deinde ex his legi V.
bus. D. de origin. iuris, poſtea vero ordinariæ, atque directæ. l. in factum. D. de reg. iur. l. xiv. §. i. D. de ſeruo corrupto, & ipſum edictum appellatur iuriſdictio. l. quamuis. D. de in ius vocãdo, & iuriſdictio perpetua. *Abſentibus*, inquit. I. C. *reipublicæ cauſsa ſi quid per abſentiã amiſerunt, in integrum reſtitutionem perpetua iuriſdictione promittit.* F. Hothomanus ductam hanc appellationem arbitratur ab actionibus ijs, quas prætor ex propria iuriſdictione ſine conſtitutione prodit. §. ſed iſtæ quidẽ, inſt. de actionibus, ſed non valde ad rem. Edicta perpetuà albo, id eſt de albata tabula (Græci λευκώμα appellãt) VI.
in ſcripta populo proponebantur. Auctor Heſychius

eſt

est moris hoc fuisse, vt prædia, & mancipia venalia tabulis de albatis inscripta publicè proponerentur. Propositum edictum, quoniam ad prætoris Imperium, at-
VII. que auctoritatem imprimis pertinuit, si quis corrūperet, quasi contemtæ maiestatis reus caussam dixit. l. si quis id quod. l. si familia. D. de iurisdictione. Edicti verba sunt. *Siquis id quod iurisdictionis perpetuæ caussa in albo propositū erit, dolo malo corruperit, in publicū LCIↃ. sextertiū dare damnas esto, pecuniæ, qui volet petitio hoc edicto sto*, Nā quod apud Vlpianum legitur : *Non quod prout res incidit*, & alio loco, *vel in charta vel in alia materia*, ex glossema-
VIII. te fluxisse simile vero est. Rectè tamē quod ad doctri-
Cuiacius in obseruationib. lib. 21. cap. 4. nam attinet, vtrunq; dicitur. Nā si quis edicta ea, quæ pro re nata prętor proponit, corruperit, hac actione nō tenetur. vt si citatio edicto proposita sit; aut quod-
IX. libet aliud programma prætoris iussu : forte actoris vel rei, vel aliarū personarum euocandarū gratia. Euocatis adfinibus & amicis tutores edicto proposito prætor caussa cognita decernit, sic legendum est in. l. vlt. D. vbi pupillus, eiusdem vero illius rei testimonium est in. l. contumacia. §. contumax. D. de re iudicata.
X. Quod vero de charta aut alia materia induxi, tractum est ex tractatu bonorum possessionis secundum tabulas quo præcipitur tabulas testamenti dici omnē materię figurā, siue tabulę sint ligneæ, quę proprie significātur, siue cuiuscunq; alterius materiæ, siue chartæ, siue mēbranæ. l. i. D. de bonor. poss. secundū tabulas, & verū est nihil itē referre, qua in materia edictū prætoris
XI. proponatur. Vlpian⁹. L. aureis pœnā huius edicti definiuit, sextertiaria ratione ad aurealē ita redacta, vt pro
A. Aug. lib. 2. emendat. c. 9. mille sextertijs vnus aureus putetur, ad eum modum legum atque edictorum pœnæ omnes, & pœnalia iudi-

tia

tia rediguntur. Etenim hęc pœna in liberos duntaxat XII.
homines cadit. l. hos accusare. §. omnibus. D. de accusationib. non in seruos, nec in filios familias. Nam illorum, nisi à domino defendãtur, corpus torquetur. Hi verò non ita passim, sed nisi iudicatum fecerint, emãcipantur carceri, nec liberantur prius, quam bonis cesserint; quod eis per legem licet. l. vlt. C. qui bonis ced. poss. quo factũ est, vt hodie ex hac caussa, vel extraordinem puniri vel publico iudicio accusari omnes possint. l. hodie. D. ad. l. Corneliá de falsis, & Paulus libr. j. sententiarum, *Is qui album raserit, substulerit, corruperit, mutauerit, quid ve aliud edicendi caussa propositum turbauerit, extraordinem punietur*, & libro v. *Qui album propositum sciens dolo malo deleuerit, falsi pœna cœrcetur.* Igitur Cornelia lex, cum prætores ex edicto perpetuo ius reddere sanxit, quasi redegit in ordinem. Neque tamen compressa prorsus illorum libertas, atque ambitio est. Nam tanta eos fuisse auctoritate constat, vt in
ijs quæ certo iure comprehensa non sunt, ius ipsi con XIII.
derent, & per se statuerent. Idquè sæpius contra morẽ maiorum, contraque bonũ, & æquum: siue edictis ijs, quæ perpetuæ iurisdictionis caussa proponebant, siue iure in singulas caussas ac personas dicẽdo. Quare Prætoriæ ambitionis vindicandæ caussa, cautũ altero edicto est, qđ quisq; iuris in aliũ statuerit, eo vt ipse prætor aduersario postulãte vtatur. Idque posteriore capite ad eũ producitur, qui ius iniquũ postulauit: & quidem, si Pythagorei iustum ἀντιπεπονθὸς id est mutuã esse perpessionẽ definiebant; & ius par esse debet, sũma id æquitate. *Quis enim*, inquit Vlpianus, *aspernabitur idẽ ius sibi dici, quod ipse alijs dixit, vel dici effecit.* Ex quib⁹ verbis natũ illud glossema, *Scilicet, vt quod ipse in alterius persona*

Cuiac. obser. lib. 21. *æquum crediderit, id in ipsius quoque persona valere patiatur,* in edictum perperã irrepsisse mihi etiam probatur. l. i. D. quod quisque iuris, & hoc exemplo plures sua lege damnati sunt, & supplicio eo, quod in alios excogitarunt. nouum autem ius vocari illud docui, quod est iniquum: quia plerunque, cuius nulla exempla extant illud iniuriose decernitur, ita Cicero lib. iij. in Ver-

XIV. rem: *Noua iura, noua decreta; noua iudicia postulabantur.* Ait Vlpianus verbum, *Statuerit*, cum effectu accipi oportere: atque ideò cum velet statuere, si vi aut maiore casu prohibitus est, ne faceret; eius voluntatem, atque nudam cogitationem hoc edicto non puniri. Nuda cogitatio si detegitur, conatus, & nudum cõsilium in grauioribus criminibus frequentius puniuntur. l. iij. D. de his qui notant. in fam. l. quisquis. C. ad. l. Iuliã maiestat. Apuleius. j. Floridorum. *Maleficij*, inquit, *etiã cogitata scelera, non perfecta adhuc vindicari. Cruenta mente, pura manu ad pœnam sufficere*: Hoc tamẽ edicto nuda cogitatio, & sola voluntas nõ punitur, ad hũc locum pertinere. l. cogitationis. D. de pœnis, quæ ex eodem est Vlpiani libro, elegãter Cuiacius docuit. Itaque statuisse

XV. se non dicitur, si decretũ ad exitũ nõ perduxit, aut perducere nõ potuit. vt si inter eos ius dixit, inter quos iurisdictionẽ nõ habuit; quæ sentẽtia ipso iure nulla est. *Neque est*, inquit Vlpianus, *vlla sententia*. Ita Virgilius loquitur, neque est vlla oleis cultura. Hoc est nulla est sententia ipso iure. l. vj. §. quod si quis. l. ij. D. de iniusto rupt. l. vlt. C. si à non cõpetenti iudice. Prętereà quod prætor ait, priore capite: *Si quid in aliquẽ noui iuris statue-*

XVI. *rit*, posteriore vero, *aliquid noui iuris obtinuerit*, ex eo efficitur; huius edicti pœnã ad præsides quidẽ pertinere, ad datos iudices nõ pertinere. Dati iudices nõ ius dicunt, sed

ſed iudicant; non ſtatuunt, ſed cognoſcunt. Apud iudices datos non ius obtinetur, ſed id quod obtentum eſt, diſceptatur. Itaque ſi dati iudices male iudicauerint, huius edicti pœna non tenētur, ſed actione tantum in XVII. factum ex. l. vlt. D. de varijs & extraordinar. cognitionib. idque ad hanc formulam, ſi dolo malo male iudicant, veram litis æſtimationem præſtabunt. l. filius familias. D. de iudicijs, ſin autē non dolo, ſed per imprudentiam, non in veram litis æſtimationem, ſed in id dū taxat, quod ob eam rem iudici æquum eſſe videbitur, actione in factum tenentur. d. l. vlt. D. de varijs, & extraordin. Nec tamen ſtatim damnantur, ſed ita demū, ſi damnatus remedio appellationis ſententiam corrigere per inopiam non potuit. l. viij. §. penult. l. denunciaſſe, in fin. D. ad. l. Iuliam de adulter. Iudices pręſtare debent ſcientia, atque peritia iuris, non item pręſides. Quo fit vt actione in factum ex d. l. penult. non præſides, ſed iudices teneātur. Ruſ⁹ hoc edictū ad pręſides nō ad iudices pertinet. Ad pręſides inquam & eorū adſeſſores, ſed diſpari iure. Pręſides ſi dolo malo quid per XVIII. ſe ſtatuerint; Adſeſſores ſi dolo malo, aut etiam imprudentia noui alicuius iuris ſtatuendi auctores, & ſuaſores fuerint. Itaque præſides non tenentur, ſi conſilio, XIX. & ſuggeſtu adſeſſorum decreuerint. Non ſi imprudentia etiam per ſe. Imprudentiam, iuris imperitiam vocat. l. vlt. D. de extraordinar. cognitio. l. ſi per imprudentiam. D. de euictionib. Cicero in Verrem. *Qui perperam iudicaſſent, quod ſæpe per imprudentiam fit.* Adſeſſores, tametſi non ipſi ius iniquum dixerint, non obtinuerint, tenentur tamen pœna huius edicti, quia pars ius dicentis ſunt. l. omnis. C. de ijs qui adminiſtr. vel offic. publ. aut in partem iudicij, vel ius dicentis

Ita F. Duaren. titu. de iudicijs. c. De varijs præceptis iudicandi. Budæus pugnare has leges ſcripſit.

 habentur.

habentur. Vt inquit Casiodorus, libro xj. variam. Et ipsi ius dixisse videntur, quod illorum consilio, atque suasu præsides dicunt. Præsides, & maiores magistratus viri militares plerumque sunt, qui scientia iuris, & legum præstare non debent. Cicero pro Plancio. *In magistratibus si qua ab est ars, Populus Romanus facile patitur. Summis virtute, & innocentia contentus est. Quotus enim quisque iurisperitus est?* Casiodorus in formula quæsturæ; *Aliæ dignitates scientiam adsessorum quærunt, quod qui eas gerunt, scientia iuris præditi non sunt.* Apud Lampridium Alexander quidem Imperator optare solitus est, eos ad magistratus promoueri, qui per se possent rem publicam gerere, non per adsessores. Ita fere Theodorus Græcus interpres Paulum explicat in. l. hoc edicto. D. quod quisque iuris. Ab adsessore autem iuris, atque legum peritia exigitur, qui se iurisperitum profitetur. Alioquim in cõsilio magistratibus non adsiderent. l. j. D. de officio adsessorum. l. j. C. de adsessorib. quo fit, vt iuris imperitia adsessorum culpæ ad numeretur, vt imperitia medici. l.
XX. vj. §. sicuti. D. de offic. Præsidum, hactenus tamen adsessori imperitia nocet, vt huius edicti pœna teneatur, nõ actione in factum, qua dati iudices litem suam faciunt. Nec enim caussa est, cur adsessores, quod falso Accursius tentat, litis periculum suscipiant; hoc est se obstringant periculo æstimationis, vel quanti reuera est ea res, de qua agitur, vel quanti iudex arbitratus fuerit. l. ij. & xvj. Quorum appellat, non recepiant in C. Theodosi. Non tenẽtur magistratus, quia ius dicũt, non iudicant. Igitur neq; adsessores, qui iuridicundo non iudicando eam operam suam nauant. Hoc etiam addo nec eos quidẽ teneri, quibus mandata iurisdictio
est;

eſt; quoniam vice magiſtratuum ſunt. Alia pœna iudicantis eſt, alia ius dicẽtis. Dixi poſteriore capite aequitatem huius edicti in ijs valere, qui ius iniquum poſtularint, atque impetrauerint. Non ſatis eſt poſtulare, niſi impetres. Si tamen impetres, nihil opus eſt, vt vſus eo ſis, aut dolo malo impetraris. Effectus poſtulatoris in impetratione eſt. Itaque in vtraque parte effectus punitur, non nuda voluntas. Hoc eſt ſola iudicatio, aut ſola poſtulatio idque ſolum appello quod ſine effectu eſt. Punitur autem ſi is, aduerſus quem ius impetratum eſt, vel alius qui cum lis ſit, vti hac edicti parte velit. l. ratas. D. de reſcind. vendit. nam ſi is, qui vti huius edicti exceptione potuit, nec tamen vſus fuerit, vltro ſoluat, etiam ſi per errorem facti, non habebit condictionem. Naturalis obligatio, quæ ſuper eſt, inhibet condictionem. l. iij. §. vltim. D. quod quiſque iuris, neque apud me obſtat. l. vltim. D. ad S. C. Macedonianum, Pomponius enim loquitur de promittente id, quod natura debuit, non de eo qui ſoluit. Facilius promittenti datur exceptio, ac retentio; quam ei qui ſoluit, quod natura debuit, actio & repetitio. Nec ſolum is, qui ius iniquum impetrauit, tenetur hoc edicto. Sed etiam eius fide iuſſor, atque heres. Fideiuſſor, ne impune debitori ſit, qui impetrauit. Cui certe impune eſſet, ſi fideiuſſori contra edictum exceptio permitteretur. Nam electo à creditore fideiuſſore, id quod creditoribus licet. l. vij. C. de fideiuſſ. electo in quã fideiuſſore, & beneficio exceptionis abſoluto, debitor liberatur. Id eſt nõ licet ad debitoré tranſire, vt hoc iure obtinuit. Id eſt ante. l. vlt. C. de fideiuſſ. Itaq; ex veteri iure Vlpiani definitio exiſtimãda eſt in. d. l. iij. §. ſi is pro quo.

XXI. XXII. XXIII. XXIV.

D. quod

D. quod quisque iuris. Idem Vlpianus ad heredẽ eius, qui ius iniquum impetrauit, pœnam huius edicti trãsmitti vult, & verum est. Nec enim, quod defunctus sua culpa amisit, heredi relinquere potest. Quam itaque actionem non habuit, aut quam habuit inutilem, quia eam ipse alteri in magistratu denegauit, sane quidem eius heres non habebit, aut similiter habebit inu-
XXVI. tilẽ. Ex reliquis pœnalibus edictis pœna ad heredem idcirco non trasmittitur, quia sunt de pœna, quam nõ dum luit defunctus, aut persoluit. l. penult. de operis noui nuntia. l. constitutionibus. D. de actionib. & obligatio. cum autem defunctus hîc pœnam iam sustinuerit, re vel actione amissa, æquum nõ est, vt id heres ex eiusdem recuperet persona defuncti, neque tam hoc pœna est, quam æquabilitas quædam iuris. Vt recte Eguinarius Baro scribit.

SVMMÆ RERVM AC SENTENTIARUM.

I. *Agendi facultas à solo prætore pendet. L. si pupillus. vj. §. videamus. D. negot. gestor.*

II. *Actionis impetratæ exẽpla. Actionis non impetratæ exceptio, antiquata post Theodosij cõstitutionem.*

III. *Prætor & ciuiles, & honorarias actiones dedit.*

IV. *Actiones ipso iure competere, quo sensu.*

Actionem suo iure petere quid?

V. *Prætor dabat actionem caussa cognita, idque pluribus exemplis demonstratum.*

VI. *Omnes*

VI. *Omnes actiones postulatæ, & impetratæ. Titulus de postulando.*

VII. *Vocatio in ius ex lege. xij. tabular.*

Quid sit in ius? Ex quibus caussis homines vocentur in ius? ius, tribunal, & sedes prætoris.

Explicatur inscriptio tituli ne quis eum qui in ius vocatur vi eximat.

Quis dicatur postulare in iure.

VIII. *Vocatio in ius caussa experiundi, quid experiri?*

Præses & Magistratus vocari in ius ex alijs caussis possunt. Non tamen litigandi caussa.

IX. *Vocatio in ius fiebat sine præcepto magistratus.*

Quid sit in ius trahi, sequi, antistari.

X. *Iniuriarum tenetur qui in ius magistratū rapit. Item qui de domo sua quenquā in ius rapit. Aut offerentem satisdationem.*

XI. *Plauti locus in Pœnulo.*

XII. *Qui ex magistratus iussu alium vocat in ius non tenetur iniuriarum.*

Explicatur. l. iniuriarum. §. siquis. 1. D. de iniurijs.

XIII. *Magistratus in ius vocari qui possunt. Et ne lis pereat, vel noui operis nuntiatio, quid faciendū?*

XIV. *Pontifex vel Sacerdos in ius non vocantur.*

Explicatur. l. 2. D. de in ius vocando ἄναφος *qui?*

XV. *Explicatur. l. 4. & seqq. D. de in ius vocando.*

Parentes vel maiores propriè qui?

Item liberi vel minores.

XVI. *Ad parentes etiam naturales edictum pertinet.*

Filio cum patre, quæ lis esse potest.

Ad adoptiuos pertinet.

XVII. *Differentia quoad hoc edictum inter parentes adoptiuos, & naturales.*

XVIII. *Patris adoptiui parentes cur filio adoptiuo agnati, aut cognati non sunt?*

Explicatur. l. patris adoptiui. D. de in ius vocando.

Qui in patris potestate non est, neque patri agnatus est.

Adoptione agnatio quæritur, non cognatio.

XIX. *Quinq; casus in quibus pro patrono habetur, qui patronus non est.*

Explicatur. l. viij. §. patronum. D. de in ius voc.

Pro patrono habetur, qui collusionem detexit.

XX. *Item qui præiudicio pronuntiatur libertus etiam si non sit, & quatenus.*

Præiudicium quid.

XXI. *Qui iurauit aliquem libertum suum esse.*

XXII. *Explicatur. l. ij. D. de iure iurando.*

Iuramentum in quibus sit fortius sententia.

XXIII. *Explicatur. l. nam postea. §. si damnatur. D. de iure iur.*

Confessionem partis iudicis sententia sequi debet. Item iuramentum.

Iarn-

Tit. IV. De iuris ac iuditij datione prætoria. I.

TAm multis edictorum cautionibus prætoriæ iurisdictionis seueritas ideo constituta est, quoniam singulorum res omnes ex prætoris arbitratu pendebant. Actionibus certe experiri nemo potuit, nisi prius à prætore eas postularet in iure, atque etiam impetraret. Agendi potestatem vnus facit prætor, & quidē pollicetur sæpe, l. prætor ait. D. de sepul. I.

violato. de negata verò per prætorem actione omnes agendi aditus intercluduntur. Itaque si quis in ea causa fuit, vt alium conuenire deberet, & cùm à prætore postulasset, actionem non impetrauit, atque ideo non conuenit, hoc ei non imputabitur. l. si pupilli. 6. §. videamus. D. de negot. gest. Prætoris id officio continetur, vt actionem det, aut deneget. l. veluti. D. de verbor. obligato. l. qui vetante. §. eius est. D. de reg. iur. a-
II. ctionis impetratæ exempla passim occurrunt. l. Posthumi. D. de inofficios. testam. l. si quis iniquum. D. quod quisque iuris. Sanè actione semel denegata, reũ actor ampliùs vocare in ius non potuit. Et si quidẽ pergat vocare, exceptione actionis non impetratæ, vt rei iudicatæ submouetur. At verò hæc actionis impetrandæ formula frigere cœpit post Diocletiani cõstitutionem eam, quæ de abolendo iudicum dandorũ more edita est. l. ij. C. de pedaneis iudicib. quin etiã actionis nõ impetratæ exceptio à Theodosio & Valẽtiano sublata denique est. l. ij. C. de forma & impetratione actionis sublata. Scio actionis non impetratę exemplum à Lud. Charonda in eo poni, cui datus est iudex, nõ iuditium, non actionis formula. Sed mihi non probari alio loco
III. docui. Illud verò perspicuum est, actiones omnes tam honorarias quàm ciuiles à prętore litigatoribus dari. In deposito, commodato atque alijs iuris partibus, vnde actiones non prætoriæ, sed ciuiles sunt, iudicium se daturum passim pollicetur prætor. De ciuili pariter & honorario iure prætoris proposita edicta sunt. *In vniuersum, vt ciues scirent*, inquit Pomponius, *qua de re quisq; ius dicturus esset, seque præmunirent.* Malè prisci interpretes actiones datiuas esse alias præcipiũt, alias verò natiuas, quos rectè Duarenus, & Hotomanus notant.
Quod

Quòd verò, actionem ipso iure competere sæpe legitur, hanc sententiam habet, prætorio, aut ciuili iure proditam esse nominatim. Ita Pomponius. l. quæsitum. §. 1. D. de distract. pignorum. Vlpianus in. l. 1. D. de curatore furiosi. Id autem vbi euenit, finitè, ac precissè dicas actorem suo iure actionem petere. Ita Neratius loquitur in. l. iv. D. de lege comissoria. Omnino autẽ cõstituẽdum est prætorem dedisse quidẽ actiones omnes, nõ tamen temerè, sed caussa cognita, excussaq; priùs, l. quia autem. §. non simpliciter. D. si quis omissa cau. testa. huius autem cognitionis prætoriæ exempla per omnes actionum speties frequenter occurrunt. Vt in actione de dolo. l. si quis. ix. §. vlt. D. de dolo malo. in actione iniuriarum. l. itẽ apud. §. ait prætor, & §. quod ait. D. de iniurijs, in actione damni infecti. l. iv. §. i. D. de damn. infecto. Item si quid in fraudem patroni factum esse dicetur. l. i. D. si quid in fraudem. In lite contestata mortuo procuratore in dominum transferenda. l. post litem. D. de dolo. in actione danda contra Legatum, si dies actioni exitura sit. l. sed et si dies. D. de iudicijs. Actionem itaque impetrare nullus potest, qui priùs à prætore non postulet. huc pertinet titulus. D. de postulando. & illa, quæ in Edictis frequentia sunt. *CVIVS nomine quis actionem sibi dari postulauerit, is eum boni viri arbitratu defendat*. Postulationem autem vocatio in ius antegreditur. *Omnium actionum instituendarum* (inquit Iustinianus) *principium ab ea parte Edicti proficiscitur, qua prætor edicit de in ius vocando*. Vtique enim aduersarius vocandus est ad eum, qui ius dicturus sit. §. omniũ. inst. de pœna temerè litigant. Nobilis in primis tractatus apud Iureconsultos de in ius vocando. nos cursim eius rei capita. Vocatio in ius ex Lege xij. Tabularum

IV.

V.

VI.

VII.

est illo loco. *SI IN IVS VOCAT ATQVE EAT.* hic verò, *ius*, non ita explico quasi iuris experiũdi causſa ex. l. i. D. de in ius vocãdo. Ex alijs siquidem causſis homines vocantur in ius, vt testimonij dicẽdi, tutelæ, vel publici suſcipiendi muneris. Nec placet illud Triboniani, *quasi ad eum qui ius dicturus est*. rectiùs multò Donatus in ius ire, id est ad tribunal, & sellam prætoris. ius locus est in quo Magistratus ius reddit. Itaque si quis ad pedaneum Iudicem vocatum vi eximat, nõ tenetur pœna edicti, ne quis eum, qui in ius vocatus est, vi eximat. l. iij. D. ne quis eum, qui in ius vocatus est. neque in iure postulare is dicitur, qui apud pedaneum Iudicem postulat. l. i. D. de postulando. Sciendum autẽ

Aliter Charondai non rectè.

VIII. est, titulum de in ius vocando, de ea vocatione intelligi, quæ litigandi, id est iuris experiundi causſa fit. Experiri commune verbum est actoris, & rei. Ex alijs quidẽ causſis homines vocantur in ius nõ solùm priuati, sed etiam Magistratus minores: vt præses prouintiæ à viatore præfecti prætorio. Iuris autem experiundi causſa homines priuati tantùm vocantur à priuato, id est ad-

IX. uersario, qui litẽ facere vult. à priuato aio, fit enim hæc vocatio, quod valde obseruandum est, sine apparitore, sine vllo præcepto Magistratus. Vocatus verò vocantem è vestigio in ius sequitur. huc pertinet titul' quintus & sextus è libro secundo Digestorum. Nisi sequutus sit, priuatus qui vocauit antistatus, id est habita de ea re testatione etiam inuitum, & renitentem, nisi satisdederit iudicio Sisti in diem certã, trahit, & obtortocollo rapit in ius veteri populi Romani more. quo ex more explicari oportet titulos omnes Digestorum, quot quot sunt de vocatione in ius, non ex more posterioris ætatis, quo cœperunt in ius vocari iuris experiundi causſ-

di caussa etiam à viatore libello conuentionis dato, & iuris die producta. §. tripli. inst. de actioni. qua re ignorata Accursius, & interpretes prisci omnes passim labuntur. neque leue discrimen est. nam rapi in ius vi, atque rapismatis, nunquam sine iniuria, aut certè specie iniuriæ fit. Quo fit, vt si Magistratũ quis rapiat in ius, rapientem Magistratus iniuriarum actione conuenire possit deposito Magistratu. Nam quemadmodum Magistratus in ius vocari non potest, ita neque ipse quenquam, etiam tutoriò, aut curatorio nomine. l. pars. D. de iudicijs. l. qui accusare. D. de accusationib. l. si maritus. D. ad. l. Iuliam de adulterijs. Eadem iniuriarũ actione tenetur, qui aliquem de domo sua in ius rapuerit. l. xxiij. D. de iniurijs. Item qui offerentem satisdationẽ iudicio Sisti. l. vlt. §. vlt. D. qui satisdare cogãtur. Quin etiam Acro, & Porphirius scribũt, eum, qui antestatus non erat, si manus aduersario iniecisset, reum iniuriarũ constitui. Eum antestari dixi, qui testato palã facit nolle vocatum sequi, atque ideo sese eum inuitum rapere. XII.

Sic apud Plautum Pœnulus Agorastocli dissuadet, ne lenonem in ius præter ius rapiat, quia *iniuriarum multam indici*, id est, non dici ei, *satius est*, nimirum eam, quam sustinet is, qui, non iure alium rapit in ius. Sic certè illo loco legendũ est. *Ex iure multam indici*, antea eandẽ lectionem agnouit Ianus Dousa. prope eandẽ Iustus Lipsius qui legit, *satiùs est iniuriarum multam dici*. Lambinus, atque alij antiquam lectionem retinent, & explicant, satiùs est multò iniuriarum induci, scilicet actionẽ. vel induci iniuriarum, vt Græci, εἰσάγεσθαι ὑβριζομένων. In eandem sententiam Dousæ, & Lipsij ratio recidit. Nam Dousa indici multam, quasi infligi, vt indici bellum explicat. At verò cùm adolescentem illi ad iniuriarum actionẽ, XIII.

quæ

quæ caussam doloris agit, reijciunt, non facilè doctissimorum hominum cautioni assétior. neque video ex quo capite isti actioni locus sit. Nam si seruus absconDendi caussa, vel obtentu togæ occultatus est, prodita est actio: De seruo fugitiuo, De corrupto. si verò lucrifaciendi, furti. Sed fac iniuriarum agi, nam & lex Aquilia iniuriam persequitur, siue furti, siue iniuriarũ actio sit, certè in ius vocari aut trahi reum necesse est, vt ea de re disputetur; neque vllum est inter eas actiones discrimen; atque adeo nihil caussæ cur Agorastocli in ius Lenonem rapienti Pænulus ea ratione obstet. Sed ad ré redeam, non tamen prius quàm ex eodem Plauto doceam, si impunis & infamis homo in ius vocaretur, nihil antistatione opus fuisse. Nam Saturio vocãti in ius sic Leno. *Nonne antistaris*. tum ille, *tua ne caussa carnufex cuiquam mortali libero aures atteram. Qui hîc commercaris ciues homines liberos?* nunc ad rem. Ceterum si ex iussu Ma-

XII. gistratus in ius etiam non iure quis vocatus sit, non in ea caussa est, vt iniuriarum agi posit propter Magistratus præceptum. Ita Vlpianus scripsit de eo, qui quod prætoris decreto non obtemperauit, ductus est l. iniuriarum. §. si quis. i. D. de iniurijs. *ductus est*, id est in carceré ductus est, vt ex alio Pauli loco cognoscimus.

Quod cùm ita sit mirum non est, si priuato passim omnes personas in ius vocare, atque adeo trahere sine præcepto Magistratus nó liceat. Magistratum certè in

XIII. ius vocare nemo sine fraude, id est impunè potest. atq; ita more maiorum comparatum est. l. sed etsi per prætorem. §. ait prætor. D. ex quibus cauf. maior. l. si reus. D. iudicatum solui. Sed si lis cum Magistratu sit, iudicium in id temporis differtur, quo Magistratum deponet exacta interim cautione iudicio sisti. l. xxxviij. §. vlt.

vlt. D. ad l. Iuliam de adulterijs. Quinimo neque nouũ opus Magistratui nuntiatur. Sed is, cuius interest, ne res pereat, testatur se ob eam caussam interim nuntiare non posse. l. de pupillo. §. si quis ipsi. D. de noui oper. nunt. Magistratus autem maiores intelligo, vt prætores, consules, in prouincia præsides, qui carcerem, virgas, tribunal, infulas, omniaque maiorum dignitatum ornamenta, & plerique merum imperium habẽt: nam minores Magistratus, qui maius imperium non habẽt, vt ædiles, vt duumuiros in ius vocare sine fraude ius est. l. eumque. D. de periculo & commodo rei ven. l. quemadmodum si. §. Magistratus. D. ad l. Aquiliã. Sunt etiam alij quos in ius vocari ad tempus posse Vlpianus negat. l. ij. D. de in ius vocando. Vt Pontifex dum sacra peragit. vt sacerdos, qui se mouere, id est descedere sine religione ab ea æde, cui deuotus, & dedicatus est, non potest. l. prętor eos. D. de excusatione & vacatio. munerum. Seneca. *Ita quosdam exilia, quosdam sacerdotia vno loco tenent*: quod est in Basilic. ἀνάφορος. nam quod alij semoueri legunt, & referũt ad ius asyli, minùs placet. XIV.

Addit Vlpianus eum, *qui equo publico in Capitolium transuehitur*, ita eleganter Iac. Cuiacius restituit, cui accinit illud Suetonij, Augustum non esse passum: in transuehẽdo quenquam equitem Romanum ab accusatore detrahi, id est rapi in ius. Item eum, qui vxorem ducit, dum pompa nuptiarum agatur, pedaneum iudicẽ donec de re cognouerit, aut eum qui apud prętorẽ caussam agit, aut qui ducit familiare funus, vel iusta mortuo persoluit, vocari in ius non posse idem iuris auctor tradit. Ceterum peractis sacris, transuectione, nuptiarum pompa, cognitione, perorata caussa, persolutis iustis vocatio in ius permissa est. XV.

Alio capite Pr. ait, *PARENTEM*, XVI.

patronum,

patronum, patronam, liberos parentes, patroni patronæ in ius sine permißu meo, ne quis vocet, prohibitorium hoc edictum est, atque ideo permissu prætoris venia, atque decreto opus est. Siquis venia non impetrata in ius parentes vocet, tenetur actione infactum in aureos x. parentes vtriusque sexus in hoc edicto intelligi oportet. l. vlt. C. de in ius voc. parẽtum item appellatio, quod ad hoc edictum attinet, in infinitum extenditur. Propie paré tes vsque ad tritauũ dicuntur, qui præterea sunt, maio res appellantur. Rursus liberi vsque ad trinepotes. Qui infra eum sunt, posteriores. l. vlt. §. parentes. D. de gradib. & adfinib. posteriores vel minores. Seruius, *minores*, inquit, *dicuntur quoties gradus deficit nomen*. Deficiunt autem graduum nomina in trinepote. Itaque reueren tia, quæ parentibus debetur, neque sexu finitur, neque gradu. Neque solum hoc ad legitimos parentes pertinet, quorum iustis ex nuptijs filij suscepti sunt, sed etiá naturales hoc est ad eos qui ex concubinatu, vel cótu bernio in seruitute filios susceperunt. Ita Paulus expli candus est. l. vj. D. de in ius vocando. Quinimo edictũ pertinet ad parentes adoptiuos. Filio cũ patre, in cuius

XVII. potestate est, lis nulla esse potest, nisi caussa castrensis, vel quasi castrensis peculij. l. lis nulla. D. de iudicijs. l. viij. D. de in ius vocando, in caussa ea liberi, tametsi in patris sint potestate, pro patribus familias habentur. l. ij. D. ad Macedonianum. l. xv. §. si seruus. D. de castren si peculio. l. vj. §. vlt. D. in iusto rupt. Itaque si filio cum adoptiuo patre ex caussa castrensis peculij lis sit, vocare eũ in ius sine venia non potest. l. adoptiuum. D. de in ius vocando. Hoc autem inter naturalem, & adoptiuũ patrem interest, quod patris naturalis parentes, quoniã mei quoq; parentes sunt, vocare in ius non possum.

Patris

patris vero adoptiui parentes, quoniam mei non sunt rectè possum l. patris adoptiui. D. de in ius vocando. Posterior positionis pars ita explicanda est. Nam in patris potestate non est, qui alium adoptat. Si quidem per adoptioné patria potestas quæritur. l. j. D. de adoptionib. qui autem in patris potestate est, filium habere in potestate non potest. l. xxj. D. ad. l. Iuliam de adulter. Seneca. j. declam. *Nec filio, qui est in patris potestate, adoptare licet. Nec enim quisquam potest alium in manum suā recipere, quia ipse in aliena manu est.* Iam verò si is qui XVIII.
me adoptauit, in patris potestate nō est, nec patri quoque agnatus erit. l. scripto. D. vnde liberi. l. de bonis. §. j. D. de Carboniano edicto. Tum illa consectaria sunt, eum, qui adoptatur, ijs tantum cognatum fieri, quibus, & agnatus fit. Hoc est, ijs, quibus pater adoptiuus agnatus est. Nam patris adoptiui cognatis neque adgnatus, neque cognatus est. Adoptio enim non ius sanguinis id est cognationis, sed agnationis affert. eleganter Paulus edisserit in. l. qui in adoptionem. D. de adoptionib. & necesse est Paulum ex Paulo sic interpretari in. l. patris adoptiui. D. de in ius vocando. Denique prætor hoc edicto cum parētibus patronos coniungit. Patronus is est, qui ex seruitute manumisit. Sed, quod ad hoc edictum attinet, paulò latius id verbi accipitur. Vt etiam cōtineat eos, qui non manumissere. Quinque casus Vlpianus enumerat. Vnus est XIX.
siquis collusionem detexerit. l. adoptiuum. D. de in ius vocan. hoc est si docuerit libertinū, qui ingenuus non erat, per collusionem, & conniuentiam patroni, ingenuum esse pronuntiatum. Qui certè pro patrono est, quantum ad hoc edictum spectat. Non item quantum ad bonorum successionem, nominatim ita cautū

F est

est Græca constitutione, cuius in institutionibus sæpe mentio fit; &. l. iv. C. de bonis libertorum. Alter ca-
XXI. sus, siquis præiudicio pronũtietur esse libertus, cum non fuerit. Et quidem is pro patrono habetur, etiam quantum ad successionem. l. si iura vero. D. de iure patronatus. Nã sententiæ statur, & iudicata res pro vera habetur. Vlpianus præiudicium appellat actioné eá, in qua de statu quęritur. Tertio loco Vlpianus ait. *Aut si iuraui eum libertum meum esse*; nimirum deferente eo, qui libertus meus dicebatur. Nam tametsi reuera nõ sim, habebor tamẽ pro patrono in caussa quidẽ huius edicti, non in successione. Plus iudicis, quàm litigatoris religioni defertur hoc est rei iudicatæ, quàm iuriiurãdo. d. l. si iurauero. At Paulus aliter definit in. l. ij. D. de iur. iur. iurisiurandi maiorem esse auctoritatem,
XXII. quàm rei iudicatæ. Sed Pauli sententia ita explicanda est, ius iurandum sententia superius esse non in omnibus; sed illa ratione, quod sententia per appellationẽ retractatur, ius iurandum non retractatur, sicut neq; transactio. l. admonendi, in fin. D. de iur. iur. si occurras ex. l. nã posteà. §. si dãnatur. D. de iur. iur. quo loco
XXIII. ius iurandũ retractari videtur. Cum post illud datũ dãnetur is qui iurauit. Res ita explicatur. Iusiurandum nõ rescindi, si is qui iurauit, eo vti velit, vel eius exceptione. Alioqui & post ius iurãdũ pręstitũ dãnari à iudice potest, sicut post trãsactionẽ, si nõ opposuerit exceptionẽ trãsactionis aut doli mali. l. elegãter. §. siquis post. D. de cõdict. indebiti. Nã sicut cõfessionẽ sentẽtia iudicis sequi debet. l. j. D. de cõfessis. l. v. D. de custodia reorũ. Ita & ius iurãdũ, quod quis deferente aduersario præstitit. l. cum iudex. D. de senten. & interloqutio. l. pen. C. de reb. credit. iureiurando etiam natura-

De Accursij sententia. v. si dũnitur.

naturalis obligatio tollitur, nõ ſententia. l. Stychum. §. naturalis. D. de ſolutionib. l. ſiquis iurauit. xliij. D. de condict. indeb. Vlpianus in. l. ſed ſi hac lege. D. de in ius voc. quartum caſum proponit, ſi ſeruum meis nummis emi, ea lege vt intra certũ tempus manumittam, neque manumittam. Nam ſeruus ipſo iure fit liber, ego tamen patronus per omnia habebor: licet libertatem lex non ego dederim. l. vij. §. j. D. de ſuis & legit hæredib. l. vij. §. j. D. de legiti. tutela. l. ix. D. qui ſine manum, ad liber. per. exceptis actionibus in grati atque operarũ, quas aduerſus eum nõ habeo. l. ſiquis hac. D. qui, & aquibus manumiſsi. Non idem erit ſi ſeruũ nũmis ipſius ſerui, vel amici eius emerim. Quo caſu ſeruus ipſo iure non fit liber. l. iv. & xix. D. de manumiſ. l. qui ſe. D. de iudicijs. l. viij. C. de liberali cauſa, & merito hæc Vlpianus ſeparat. Nam in primo caſu cum mihi pretium ſerui abſit, æquum nõ eſt, vt mora, & ceſſatio mea mihi ius patronatus adimat. Altero vero, cum fidem ipſe fregerim, neque quidquã mihi abſit, cauſſa non eſt, cur mihi perfidia mea hoc ius non adimat. Poſtremò Vlpianus ait in ius vocari eum non poſſe, qui ancillam ea lege vẽdit, ne proſtituatur ab emptore, aut ſi proſtituatur vt ſit libera. Ná ſi proſtituatur ex. D. Veſpaſiani conſtitutione ipſo iure fit libera, & venditor, quanquam non manumiſſerit, quoniam eius legis dicendæ auctor fuerit, in omnibus pro patrono habetur. l. Diuus Veſpaſiauus. D. de iure patronatus. Nec diſsimile eſt, quod Paulus ſcribit in. l. is quoque. D. de in ius vocãdo. Eum, qui ex cauſſa fideicommiſsi manumiſsit, in ius vocari non poſſe. Quamuis non gratuitam, ſed debitam libertatem præſtiterit. L. xxiv. D. de excuſatio. tutorum. Nam quantum

XXIV. XXV. XXVI.

ad succeſsionem, ad legitimam tutelam, ad originem & patriam pro patrono habetur. l. qui ex cauſſa. D. de bonis liber. l. vij. in princip. D. de legiti. tutela. l. xvij. §. ex cauſſa. D. ad municipal. non tamen in alijs patronatus iuribus. Ad extremum ſciendum eſt, libertum, qui patronum in ius vocauit ſine venia, ſi damnatus non habeat, vnde ſoluat. L. aureos, remitti ad præfectũ vrbi, vt fuſtibus, quaſi inofficioſus litigator coerceatur. Vulgare eſt, & tritum ſermone verbũ, extraordinariam coertionem indicendam eſſe ei, cuius egeſtas pecuniariam pœnam eludit. l. j. §. vlt. D. de pœnis. *Vt reddat debitum pœnis, quod nõ poteſt compenſare pecunia.* Inquit Caſsiodorus libro variar. ix. & lib. x. *Vt corporali ſupplicio pœnam luat, qui non poteſt pecuniariæ ſatisfactioni ſufficere*. Ambroſius, *Vt qui redibitione ſubſtantiæ ſatisfacere non poteſt, corpore ſatisſaciat*. Denique generaliter Modeſtinus ait perſonas eas, quibus reuerentia præſtãda eſt, vt ſocerum, ſocrum, nouercam, in ius vocari non poſſe. Qui autẽ in ius vocari non poſſunt, neque ſequuntur, neque rapiuntur. Denique hoc etiã

XXVII. obſeruandum eſt, eos qui in ius vocantur, dimitti iubere; neque inuitos duci, ſiquis eorum perſonam defendat; aut de iure tranſactum ſit. l. neque. D. de in ius vocando. Si intra domum ſuam ſe receperint. l. plerique. D. eod. l. nemo. D. de regul. iur. ſi iuditio ſiſtendi cauſſa ſatisdederint, aut cauerint vocanti. l. qui neque aliàs. l. ſolutum. D. de verbor. ſignifi. nam cautionum ratio diſsimilis certè fuit, eaque petenda ex tit. qui ſatisdare cogantur, repromittunt quidem rerum immobilium poſſeſſores, vel reſpub. l. vj. vt legator nomi. caue. iurato promittunt clariſsimi viri. Neceſſariæ perſonæ edicto comprehenſæ qualencunque fideiuſſorẽ dant.

dãt. Ceteri postremo locupleté. Si locupletes ipsi sint Quid verò si inopes, atque egentes, hoc ipsum, se se fideiussorem dare non posse astricti iureiurando adfirmantes cautiorem exponent. Iusiurãdum hoc tactis sanctis Euangelijs concipitur. Authent. generaliter. C. de episcopis & cleric. Nouella de Litigiosis, cap. ij. excipiuntur clerici, à quibus cautio, cui nullum sacramentum insit, exigitur. l. cum clericis. C. de episcopis, & clericis. Ita Theodorus Balsamon contra Photium Marciani constitutionem interpretatur. Et illa Martiani verba, *Quia Ecclesiasticis regulis, & canone à beatissimis episcopis antiquitus instituto clerici iurare prohibentur*. Non de quocunque sacramento, sed de corporali hoc, quod tactis sacrosanctis Euangelijs dabatur. Notus est Constantini Harmenopuli locus de discrimine iuramenti simplicis, & corporalis. Illo violato nulla est lege constituta pœna. l. ij. C. de iure iurãdo. Hoc vero siquis neglexerit, abcissa lingua nunquã suam perfidiam expediet. iam vero corporale iuramétum clericis fuisse interdictum ex Remensi concilio primum didiscimus. Inde Gratianus sumsit. c. penul. xxij. q. v. tũ ex posterioribus alijs. Et vero quod à lectoribus id est antiquis Ecclesiæ Anagnostis iuramẽtũ hoc exigatur, asperè in sui temporis iudices Theodorus inuehitur ex hac vero Martiani constitutione, & Remensi canone Henrici cõstitutionem, & Decretalem Honorij in. c. j. de iuramento calumn. produci extra illam corporalis iuramenti speciem non oportere satis intelligimus. Explicui rem pleniore tractatu. Itaque siquis oblata cautione vel satisdatione in ius nihilominus ducatur, pœnalem actionem habet eam, quæ ex titulo *De in ius vocando*, vocatis sine permissu

Præto-

prætoris promittitur. Igitur qui iudicio sisti cauerat, die ea, quæ cognitioni dicta est, in foro, atque tribunali per præconé euocatur, vt appareat præsens sit necne. quod etiam iteratũ est, si contestata lite post impetratũ peremtoriũ edictum reus non respódisset. hæc auté euocatio in iuris nostri libris citatio appella
XXVIII tur. l. xxxvij. D. de iudicijs. l. x. D. de publicis iudic. vt pessimè antiquis citatio pro vocatione in iure vsurpa
Disp. anni. li. I, c. vni. ta sit, quos recte. F. Duarenus notat. Citatus itaque si nõ occurrit, desertor vadimonij dicitur, atque eo nomine pœnam luit; pœna certé, quæ stipulatione comprehensa est cómittitur, nisi deserenté iuris exceptiones excusent, de quibus scriptus titulus est, *Siquis cautionibus in iudicio sistẽdi causa factis nõ obtẽperauerit.* At enim qui in ius vocatus erat, si alicuius aut vi exemtus fuerit, aut dolo malo impeditus, quominus iudicio sisteret, qui ita exemit, impediuit, actione tenetur in factũ ad id quod interest, quæ pro pœnali habetur. huc pertinent, titulus, *Nequis eum, qui in ius vocatur, vi eximat,* & ille. *De eo per quem factum erit quominus quis in iudicio sistat.* Sed ad vadimonia. Generaliter sciendum est, qui magistratui quoquomodo non paruerit, eum his fere modis coerceri damno litis, aut denegata iurisdictione, aut multa irrogata aut captis pignoribus, aut vinculis. l. contumacia. D. de reiudicata. l. xxvj. §. sed etsi dum decreto prætoris. D. ex quibus causis maiores. l. ij. D. siquis in ius vocatus non ierit. proprie tamen in eum, qui vadimonium deseruit, illa prætoris verba conueniunt. *In bona eius, qui iudicio sistendi causa fideiussorem dedit, si neque potestatem sui faciet, neque defenderetur, iri iubebo.* l. Prætor ait. D. quibus ex causis, in poss. eatur, & species hæc est prætorij pignoris,
de

de quo nos librum singularem scripsimus.

Atque etiam hoc obseruandum est, siquis cautione iuratoria pręstita fidem fregerit, neque in ius venerit eum non citari, sed requiri. l. sancimus. C. de iudicijs nõ iurare, sed satisdare deinceps quãuis ex eorũ numero sint, qui nõ satisdant, sed iurato promittunt. Nou. l. iij. Ceterũ, qui ex hac caussa ex priori decreto in bonorũ, possessionem misi sunt, custodiam nõ possessionẽ veram adipiscuntur, aut cert è possessionẽ verã ex cussa finitaque lite, si contractum eremodiciũ sit, hoc est si iudicium acceptum, & litẽ rei contestatã deseruerint: huc ego pertinere docui. l. consentaneũ. C. quomodo & quando iudex. vel eo argumento, quod reus per edicta citatur. Edicta, si reus lite cõtestata deserta aufugisset, proponebãtur. l. properandum. C. de iudicijs, nõ si lite non contestata. Nouella. liij. & lxix. quãquam id postea correctum est Nouella. cxij. ad eamdem eremodicij speciẽ pertinet. l. ij. C. vbi in rẽ actio. Quin etiã eremodicio nõ cõtracto vera tamen possessio quæritur, cum prætor æquum esse ducat, & alterũ de ea re decretũ interponat. In hoc tamen tractatu obseruandum est, si quis in ius vocatus non ierit, siue iudiciũ nõ acceperit, si cautiones iudicio sistẽdi caussa nõ dederit, aut datis nõ obtemperauerit, eũ tamẽ, modo duci vel auferri à se rem extremo patiatur, hoc est prætorij decreti executionẽ non recuset, ius dicẽti obtẽperasse videri; quæ verba suppleri apud Vlpianũ oportet. vt ex Bulgaro eleganter F. Duarenus docuit libro disputationum. i. cap. L. simili præcisionis figura Triphoninus, *in bello*, inquit, *post liminium est, in pace autem, his qui in bello capti erant de quibus nihil in pactis erat comprehensum.* l. in bello. D. de captiuis & XXIX.

post-

postlimi. reuers. nam supplendum esse, *In pace autem, postliminium non est*, euincunt plane illa, quæ mox idem Triphoninus. *Quod ideo placuisse Seruius scribit, quia spem reuertendi in virtute bellica magis quàm in pace Romani esse voluerunt*. Hactenus tamen ius dicenti obtemperasse dicimus, vt effugiat pœnam edicti, *Si quis ius dicenti non obtemperauerit*. Rursus qui principio lite contestata, & cautionibus datis iusdicenti paruit, si extremo passus non sit rem à se abduci auferriue, aut possessionem rei immobilis transferri in aduersarium, qui forte vicit; sed restitit manui Magistratus militari per quam transferri possessio solet ad eũ, qui obtinuit, quod in iurisdictione extremum est, is tenetur grauissima eius edicti pœna. Hoc est, quanti res ea sit pro modo contumaciæ etiam si nihil intersit agẽtis, nihil ei absit. Nam edictum ad meram pœnam cõcluditur, non ad id quod interest; aut certe hoc spectatur, quanti Reip. intersit pœna pecuniaria vindicari contumatiam non obtemparantis ius dicenti. Nec solum reus, sed etiam actor edicti pœna tenetur si Vlpianum audias. Finge, si actor condemnatus sit, non reus, quod posse euenire iam pridem, Iac. Cuiacius docuit ex. l. vlt. C. de sentent. & interloqutionib. Itaque si actor cõdẽnatus sit, nec patiatur abduci à se rem, quã restituere vel dare damnatus est; si decreti executionem quacunque ratione recuset, incidet in edicti pœnam F. Duarenus sic explicat, si edictis euocatus actor non adfuerit, & sic quod extremum est in iurisdictione, non fecerit. Sed minus commodè, neque sibi satis constat. Edictis enim nihil est cum manu militari, aut extrema decreti exsequutione commune.

SVMMÆ RERVM ATQVE SENTENTIARUM.

I. *Datio actionis disceptata apud prætorem qui & iudex dicitur.*

II. *Interrogationes factæ in iudicio ante concessionem actionis:*
Quæ, obsoletæ, titulus De interrogatorijs actionibus.

III. *Editum nomen actionis reo. titulus de Edendo.*

IV. *Reo cõsentiente aut tacente adiudicatio fiebat?*

V. *Si reus contradicat, omnis contentio de actione & exceptione.*
Exceptiones in iure postulantur:
Inhibent ortum actionis, aut faciunt illam conditionalem.
Titulus. Quarum rerum actiones non dentur.

VI. *Triplex Prætoris decretum in cõtrouersia actionis dandæ.*
Quando, & cur actionem deneget. explicatur. l. sed etsi per. D. ex quibus cauſ. maiores & l. VII. § sed si dicatur. D. de iniurijs quid si male deneget.

VII. *Quando prætor cognitionem extraordinem suscipit. historia rei.*
Opponuntur quasi contraria cognitio Prætoria, cum actionibus & cum interdictis.

VIII. *Formula Decernendi in cognitione. Animad-*

uertendam quid?

IX. *Prætor non passim neque liberè extraordinem cognoscit.*

Explicatur titulus. De varijs & extraordinarijs cognitionibus.

Explicatur. l. 1. §. vltim. D. de varijs & extraordin. cog.

Suetonij locus in Claudio.

X. *Prætor dabat actionem, atque iudicem, quid sit ius dicere.*

XI. *Formula dandarum actionum purè in vindicatione in conditione.*

Formula iudicij condicionalis.

XII. *Post actionem datam sponsiones solemnes, quæ formula.*

Sponsionis quantitas, quæ pars legitima. an pignora.

XIII. *Sacramentum quid? cuius quantitatis? cur ita dictum?*

Explicatur Probus illis Notis. Q.N.T.S.Q.P.

XIV. *De iudicum datione & specie.*

XV. *Centumuiri, qui de quibus caussis cognoscerent.*

Centumviralis hasta iudicium.

Iudicium centumuirale, cur duplex, & quadruplex dicatur.

XVI. *Decemuiri an magistratus, vel iudices essent?*

Decemuiri centumuiros cogunt, an ijdem stilitibus

Committi iudicium quid?

XXX. *Apud iudicem datum quid fiebat.*

Iudicium quid proprie sit. Explicatur definitio actionis.

Differunt in iure, & in iudicio.

Iudicum datorum propriè sententia est.

XXXI. *A iudice dato quis appellatur, quis exsequatur sententiam eius.*

XXXII. *Apud Romanos crudelissima ratio exsequendi, vincto & dissecto creditore.*

XXXIII. *Verba.l.xij.Tabularum.*

Debitorem addici, necti, in neruum ire, abduci quid?

XXXIV. *Nouæ tabulæ apud Romanos. Si sachthia Solonis abrogata per Cõstantinũ. Seditiones inde.*

XXXV. *Sublata exsequendi atrocitate introductæ pignorationes rerum.*

XXXVI. *Indultum tempus faciendi iudicati, interim exsecutione suspensa. Solutio in prædijs permissa à Iustiniano.*

XXXVII. *Libri, arma, boues aratorij in exsecutione non capiuntur?*

XXXVIII. *Neque annonæ aut stipendia militum.*

Explicatur. l. commodis. D. de re iudicata, & conciliatur, cum. l. 5. C. Quæ res pignori oblig. poss.

XXXIX. *Hodie ad priorem duritiem, & crudelitatẽ exse-*

exsequẽdi factus redditus. Iterum corpora vinciri, & emancipari carceri.

xl. *Hodie exsequendi vis data publicis instrumentis contra veterem iurisprudentiam.*

xli. *Olim duplex exsequendi ratio ordinaria, & extraordinaria.*

xlii. *Imperatores separatim dedisse executores. Explicatur. l. apertissimi. C. de iud.*

xliii. *Ratio exsequẽdi per elogia vulgo requisitorias. Iubere non est verbum imperandi. Explicatur. l. cum quædam. D. de iurisdict.*

xliv. *Arbitri exsecutoris munus.*

Tit. V. De iuris ac iudicij datione prætoria. II.

PErsequamur reliqua, quæ ad prætoriæ cognitionis seu iurisdictionis, & rei iudicialis totius cognitionẽ spectant. Idque sedulò, & fusè. Nã aut ego vehementer fallor, aut operæ ei, quæ in hac re omni explicanda sumitur, maximũ ego pretiũ merito statuo non solũ ad huius argumẽti, sed ad iuris totius illustrationẽ. Sed reuocemus iam fugientẽ reũ. Ergo si reus vocãtem in ius sequutus sit, & preconis voce citatus in iudicio adest, tum petitor caussam dicit, cur I. sibi actio danda sit. Seneca. lib. j. de benefi. c. viij. *Ad iudicẽ* (inquit) *Missus sum, vt impetrarem. caussam dixi*. Iudicem prætorem, vel præsidem appellat. Quin etiam si futuri iudicij constitutio id postularet, reũ actor ante institutam actionem in iure, id est apud magistratus

populi

populi Romani, vel præsides prouinciarum interro-
II. gabat an esset hæres? an bonorum possessor? & quota ex parte? an ex testamento? aut ab intestato. An quadrupes, quæ damnum fecerat, sua esset? an esset ædis dominus ex qua damnum timeretur. Qui autẽ interrogatus respondit, sic tenetur quasi ex contractu obligatus: actioneque ea, quæ ex responso nascitur, cõueniri potest. l. de ętate. §. qui interrogatus. l. vlt. D. de interrogator. actionibus, & hæc est actio, quæ interrogatoria dicitur, non qua interrogationi cogitur respondere aduersarius, vt F. Duarenus scripsit lib. j. disput. cap. xliij. sed interrogationes eæ, quæ iudicij constitutionem antecedebant, prope iam aboluere, vt Vlpianus in illo titulo ait, cuius explicatio hinc petẽda est. Vbi actor actionis postulatæ nomen libello cõcepto, exprimit; eius actionis nomen, & conuentionis libellus editur reo; vt contra ipse dicat, decernatque litigare ne velit, an omnino actori cõcedere. Huc per
III. tinet titulus de edendo. Nam editio non solum disceptationem actionis iam concessæ, quæ apud datum iudicem agitur, sed etiam ipsam prætoris concessionem antegreditur. Vt in eius tituli explicatione sum-
IV. mæ Doctoris cautione sit opus. Si reus intẽtione actoris cognita tacuit tamen, vel in iure cessit, neque de re transactũ est actori prætor rem addicit sine Consilio, sine decreto, nã sola prætoris cognitione addictionẽ factam esse indicat Iuliani locus in. l. minor. D. de euictionib. Sin autem editione facta contra reus vti ex-
V. ceptione velet, sequuta est omnis de iudicij cõstitutione contentio. Cum vel omnino denegãdam esse actionem contendebat, vel aliter id est cum exceptionis adiectione dari oportere, Cicero in partitionibus. *Atque*

que etiam ante iudicium, inquit, de constituendo ipso iudicio solet esse contentio. Cum sit ne actio illi, qui agit, quæritur. Exceptiones autem in iure apud prætorem item vt ipsæ actiones postulatas esse indicat eiusdem Ciceronis locus lib. Rhetoric. ij. *Translationes*, inquit, *in iure plerunque versantur. Ibi enim exceptiones postulantur, & certo quodam modo agendi potestas datur, & omnis cōceptio priuatorum iudiciorum constituitur. Quæ autem in ipsis iudicijs rarius incidunt, eiusmodi sunt, vt per se minus firmitudinis habeant.* Exceptionis autem, quæ postulatur, duplex quasi vis est. Vna, cum præcipit, & velut inhibet dationem ipsius actionis. Vt exceptio delati iurisiurandi. Item illa. Quod onerandæ libertatis caussa impositum est. Et, si in alea res vendita sit. Vnde titulus est. Quarum rerum actiones non dentur. lib. xliv. idque adeo est, vt scriptum sæpe sit, actiones eas non competere, quæ per huiusmodi exceptiones eliduntur. In hac enim specie actionem prætor denegauit. Altera exceptionis vis est, vt non purum, sed sub conditione iudiciū reddatur. Controuersiam itaq;, quæ de cōstituendo iuditio ante iudiciū orta est, triplici decreti ratione prætor dirimit. Interdum iurisdictionem petenti prorsus negat. Aliquando ipse extra ordinem cognoscit. Postremo actionem iudicium, & iudices dat. Denegat primum actionem si forte perperam postuletur; aut postuletur earum rerum, quarum rerum actio propter oppositas legis exceptiones non datur. Vel si petitor ob contumatiam in ea re plectendus sit, vel si publico iudico præiudicium fiat. Verbi caussa si per iniuriam seruus occissus sit, competit actio iniuriarum, quæ ciuilis est, & criminalis ex lege Cornelia de Sicarijs, cui certe ne præ- VI.

iudicium

iudicium fiat; petenti actionem iniuriarum denegabit prætor. l. prætor edixit. §. si dicatur. D. de iniurijs. Nam licet verum sit, ex quibus caussis publica sunt iudicia, ex his nõ esse nos prohibendos quominus, & priuatis agamus, intelligẽdum hoc est de priuatis quæ sunt de re familiari, id est damno pecuniario. l. iv. D. de public. iudic. l. vj. D. de sepulc. violato. quibus verbis excluditur actio iniuriarum, & quæcunque alia, quæ non damni non pecuniæ sed vindictæ etiam priuatæ persecutionem habet. Denegat autẽ caussa cognita. Neque amplius aditus non impetranti ad agendum, aut ad restitutionem patent. Vlpianus, *Alioquin,* inquit, *Si caussa cognita denegauit actionem restitutio cessat, & ita Seruio videtur.* Et paulò post. *Sed & si dum decreto prætoris non obtemperat, iurisdictionem ei denegauerit, non esse restituẽdum Labeo scribit. Idemque si ex alia iusta caussa non fuerit ab eo auditus.* l. sed etsi per prætorem. D. ex quibus caussis maiores. Dixi paulò ante siquis actione non impetrata iterũ aduersarium pulsare pergeret, actionis nõ impetratæ, similiter ac rei iudicatæ exceptione repelli. Quod pertinet ad hunc locum. Attamẽ si prętor dolo malo, neque caussa cognita actionem denegasset, aut exemisset; vel appellati tribuni rẽ corrigunt, vel restitutio fit ex illo capite, *Siue cui per magistratus sine dolo malo ipsius actio exemta esse dicetur.* d. l. si per prætorem. Alterum decretum est cum prætor
VII. vel præses aditus rei cognitionẽ ipse suscipit extraordinẽ. Hoc est quod Iulianus, & Calistratus aiũt, cũ Imperator rescribit, cũ hac adiectione, *IS AESTIMABIT, QVID SIT SVARVM PARTIVM.* Præsidẽ æstimare debere vt rẽ ipse cognoscat, an iudicẽ dare debeat. l. sæpe. l. generaliter. D. de offic. præsidis. Illud
omnia

omnibus cōuenit, prætorem, & maiores magistratus nō exeruisse priuata iudicia, sed iudices dedisse, qui de caussis pecuniarijs cognoscerent, easq; ex bono & ęquo, vel ex præscripta formula iudicarent: hoc est, ius dicere nō tamen iudicare solitos esse. Fuisse tamen complures caussas in quibus prætor non iudices dabat, sed cognitionē ipse suscipiebat demōstrat illa Ciceronis lex: *Iuris disceptator, qui priuata iudicet, iudicareue iubeat, prætor esto*. Ceterū extra ordinē id prętor facere solebat, & cognitiones eę extraordinariæ vocātur. Iudices ac iudicij datio iuris est ordinarij, cognitio prætoria extraordinarij. Sic persequutiones fideicommissorum, quæ extra ordinem apud prætorem vel consulem agitabantur iuri ordinario, Vlpianus perspicuè opponit. l. pecuniæ. c. lxxviii. D. de verbor. signific. Sic prætoria cognitio actionibus opponitur. l. i. §. ii. D. de rei vendic. opponitur interdictis, quatenus interdicta iuris ordinarij fuisse intelligimus in l. j. §. i. & §. ii. D. de liberis exhibēdis. Cum verò prætor extra ordinem caussas disceptabat, pro illo vsitato & translatitio edicti verbo. IVDICIVM DABO. VIII.
alterū illud vsurpabat, ANIMADVERTAM. vt in l. i. D. de minoribus. l. item apud xv. §. ait Prætor, ne quid infamandi, &. §. quod ait Prętor. D. de iniurijs. Et hæc cognitio animaduersio appellatur, d. §. quod ait Prętor. & prætoria iurisdictio. l. qui bona. §. qui damna. D. de damno infecto. l. i. §. & post. D. de de noui operis nuntiat. Non tamen temere, & ad vo- IX.
luptatem prętor extra ordinem suscipere ipse cognitionem poterat, sed in certis pręfinitisque caussis. Vt in restitutione minorum. l. i. l. in caussę. §. interdum. D. de restitutio. minorum. l. minor. xxxix. D. de euictio.
H in

in danda bonorum poſſeſsione.l.iij.§.penul.D.de bonorum poſſeſ. Denique in cauſsis ijs, quæ nominatim enumerantur titulo.D.de varijs, & extraordinarijs cognitionibus. Cuius tituli ratio, & intelligentia ex hoc capite ducitur. Extra eas cauſſas prætor cognitionem ipſe ſuſcipere non poteſt. Sed iudicem potius, atque actionem dare cogitur. Verbi cauſſa. de re commodata præſes aditus iudicare ipſe non poteſt; ſed iudicem dare debet, qui iudicet. de ſalario autem, & mutuo ipſe extra ordinem cognoſcere debet, cognitorem, aut iudicem dare non poteſt. At ſi apud eum actum de ſalario ſit, & aduerſarius commodati repetitionem introducat, quæſtionis fuit, an de ſalario, & commodato iudicare prætor extra ordinem poſsit, & rectè poſſe Vlpianus reſpondit. Cuius reſponſum ſic explicandum eſt in l.i. §. vlt. D. de varijs, & extraordinar. cognition. Itaque vbi prętor iudicem, atque iudicium dare debet, ſi cognitionem ipſe ſuſcipiat, appellati tribuni eum coercent. Huc pertinet nobilis ille Suetonij locus in Claudio. *Alium*, inquit, *interpellatum ab aduerſarij de propria lite, negantēquè cognitionis rem, ſed ordinarij iuris eſſe, agere cauſ ſam confeſtim apud ſe coegit.* Poſtremò, id quod frequen-
X. tiùs erat, & iuris ordinarij, poſtulanti actori iudicem, atque iudicium prætor dabat. in ea re F. Duarenus iuriſdictionis verbum ponit, quaſi ius dicere ſit, ius quoddam, aut certè formulam iuris, & æquitatis prę ſcribere, à qua datus iudex cognoſcendo, & iudicando recedere non poſsit. Sed de eo mox videro. Illud conſtat, prætorem in priuatis ordinarijsque cauſsis iudices litigantibus dediſſe, qui omnia ex præſcripto definirent. Iudicium autem varia ratione conceptū fuit.

fuit. Interdum purè, alias sub exceptionis conditio- XI.
ne. Purum sub hac formula, in vindicatione directa *C. AQVILLI Iudex esto. Si paret fundum Capenatem de quo Seruilius agit cum Catulo, Seruilij esse ex iure Quiritum: nec is Seruilio Catulo restituatur, tum Catulum damnato.* in condictione autem actione ve in personam ita. *SI Paret Seruilium Mœuio mutui nomine centum dare oportere, neque restituerit, Seruilium damna.* Simile exéplum apud Iustinianum reperitur in. §. is quoque inst. quibus modis re contrahitur obligat. &. §. sic itaque. inst. de actionib. §. Prætereà. inst. de exception. Sub exceptione vero hoc modo. *Nisi in ea re, de qua agitur, præiudicium hæreditati fiat.* Aliter etiam bonæ fidei iudicium, aliter XII.
strictũ conceptũ fuit. de qua re mox. Post cõceptam actionis, exceptionisque formulam moris fuit, vt apud prætorem actor, atque reus mutua se sponsione prouocarent. Qui prior alterum lacessebat, hac ferè formula. *NI Hoc ita sit, Ni aduersus Edictum* (Cicero pro Cęcina) *Vis facta esset,* & pro Quintio, *Si bona sua ex edicto prætoris xxx. dies possessa non essent, Spondes ne certam pecuniam.* Tum alter, Spondeo, Et rursus ipse, qui ita respondit, adijciebat. *Et tu spondes ni idem ita sit,* petitor subijciebat, *Spondeo, ni ita sit.* Hæc stipulatio, & restipulatio sponsio dicitur: pecunia etiam in stipulationem deducta. Varro libr. v. de lingua Latina. *Quæ pecunia inter se contra sponsum rogata erat, dicta sponsio.* Sponsionis vero pœna, cum pecunia certa petebatur, eius pecuniæ tertia pars ex lege fuit. Quæ Ciceroni pro Roscio Comædo pars legitima dicitur. Sin autẽ petita pecunia certa non erat, maiore minore ve summa sponsiones fiebant legis modo, aut contendentiũ arbitrio. Sponsionis certè pignora, vt in plurimum

H 2 nulla

nulla fuere neque etiam deponebantur; aut si quando
deposita sunt, fuerunt hæc pignora priua, nō publica,
quæ sacris impenduntur, vt hoc ipso quid sacramen-
tum sit intelligatur. Nam cùm sponsioni pignus legi-
XIII. timum constituitur, pecunia ea sacramentum à sacro
dicta est. In æde siquidem sacra deponi solita est, ea le-
ge vt qui iudicio vinceret, sacramentum suum è loco
sacro auferret: victi autem ad ærarium rediret, prope
Varronis hæc sunt è libro iv. Fuit autem sacramētum
in quibusdam caussis quinquaginta assiū, in alijs quin
gentorum, Festus. Qui etiam addit idcirco ita esse ap-
Verbo Sacramentū. pellatum, quia propter ærarij inopiam, & sacrorū pu-
blicorum multitudinem consumeretur in rebus diui-
nis. Vnde apud Valerium Probum illæ notæ. Q. N. T.
S. Q. P. sic exponuntur: quando *negas te sacramēto quin-
quagenario*, aut quingenario, *prouoco*. is modus, & taxa-
tio sacramenti fuit. Posthæc de iudicū datione disce-
XIV. ptatum fuit. Petitor centumuirale iudicium, aut iudi-
ces ex ordine à Prætore postulabat; si caussa grauior es
set, & eius definitio in iure versaretur, centumuiros: si
verò leuior etiam iuris, aut plerunque facti, iudices. de
VX. singulis videndum est. Centumuiri auctore Festo iudi
ces fuerunt ex singulis tribubus terni ad iudicandum
electi. Itaque numero centum, & quinque. Sed quò fa
cilius appellarētur, centumuiri dicti sunt. priuata qui-
dem exercebant iudicia, sed magna, atque difficilia: in
quibus sæpe non de facto, sed æquitate, & iure certe-
tur. Veluti vsu capionum, tutelarum, gentilitatum,
agnationum, alluuionum, circunluuionum, nexorum,
mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, te-
stamētorum, aliarumque rerum. Querelam inofficio-
si testamenti centumuirale fuisse iudicium non semel
testa-

testatum est.l.qui repudiantis.D.de inofficios.testam. l. maximum. C. de lib. præterit. Centumuiralis hasta huius exercendi iudicij signum; pro centumuirali iudicio sæpe legitur. Papinius:

Cessat centeni moderatrix iudicis hasta.

Duplex autem appellatur: quia in duas partes centumuirale iudicium tribuebatur. vt ex Quintiliano discimus lib. v. cap. ij. & duplex inde iudicium apud eundem lib.ij.cap.j.aucto verò numero ad clxxx.in quatuor consilia collegium centumuirale diuisum est, & inde iudicium centumuirale, iudicium quadruplex Plinio dicitur lib. vj.epist. Hanc hastã cùm priùs quæstura functi cogere solerent, decemuiris Augustus permisit, vt Suetonius scribit. Decemuiri magistratus erant.l.ij.§.cumque consules.D.de orig.iuris. Centum uiri tamen ipsi, iudices, non magistratus. XVI.

Ouidius:

Sedissem forsitam vnus
De centum iudex in tua verba viris.

Atque ideo in Pomponij loco eo, quem posuli d. §. cumque consules Decemuiros non centumuiros legi oportere Iac. Cuiacius & Anton. Goueanus existimant. Sic Consul, cuius est vocare, & cogere senatum, ipse quidem magistratus est, nó ceteri senatores. Duúuiri quoq; magistratus sunt. Reliqui decuriones non sunt. Deceuiri itaq; cẽtumuiros cogunt, eisque præsident Prætoris vice, atque adeò eosdem fuisse qui olim Decemuiri dicebantur stlitibus iudicandis Cuiacius, Goueanus, Hotomanus, atque alij putant: non tamen facilè hoc Ant. Augustino probarint. Nam & verbum ipsum *Stlitibus*, docet litibus, non hastæ solùm præfectos & antiquiùs illud est, quàm Augusti hasta.

Cuiac. lib. obser. iij. c. xxxij. & ad li. D. de Orig. iu. Gouean. lib. 1 lect. c. xxiv

Plin. lib. v. epist.

Hotomanus de magistr. verbo Decẽ viri.

In ll. Rom.

Stlites

Stlites autem, Stlata, Stlocum veteres pro litibus, lata, locum, dixiſſe auctor Feſtus eſt. Haſta vero primus

Verbo Stlata.

XVII. L. Cornel. Silla vſus eſt, quem C. Cęſar & triumuiri imitati poſtea ſunt. Pręſertim cum Pomponius ipſe auctor ſit, eodem tempore decemuiros Stlitibus iudicandis conſtitutos eſſe, quo triumuiri capitales, & monetales creati ſunt, hoc eſt anno CD LXVII. ab vrb. con. quo eodem anno Hortenſia lex de plebiſcitis lata eſt. Vt appareat, cum centumuiralis haſta tã multis poſt annis eis commiſſa ſit, Pomponij locum mendi ſuſpitione non vacare. Nec recte ſeſe expediunt, qui decem viros ſtlitibus iudicandis ab Auguſto primum inſtitutos eſſe putant. Nam & Pomponius primum eos coarguit. Tum Cicero ſuis temporibus decemuiros de libertate iudicaſſe ſcribit. Et antiquiſsimum hunc magiſtratum fuiſſe plura alia monumenta coarguunt. Iacobus Reuardus libro Protri-

XVIII. bunalium. cap. xviii. & xix. Pomponij locum ita interpretatur, vt haſta prætoris prætorium tribunal Pomponio intelligatur. Decemuiri autem quinq; Senatores, & quinque Romani equites ſine quibus haſta poſita, id eſt pro tribunali exercere prętor, aut prębere conſilium nequibat. Et præfuiſſe haſtę, hoc ſenſu accipit, quod prætori, eorum, quæ pro tribunali decernebantur, auctores ſententia, & cõſilio ſuo fuerint. Tum quinque Senatores, & equites illos quinque, ex quibus prætoris conſilium cõſtabat, non adſeſſores, aut conſiliarios, ſed fuiſſe iudices ex Vlpiano demonſtrat. l. xvi. D. de manumiſſ. vindicta. Et ex Antonini reſcripto in l. i. C. de vindicta, & apud con ſilium manumiſſ. Sedulò quidem, & cogitatè. At de-

XIX. cemuiros Põponius nõ iudices, ſed magiſtratus fuiſſe ſcribit.

ſcribit. Tum quod de prætoris haſta, quaſi tribunali ſcribit, non ita expeditum eſt. Et præfuiſſe tribunali prætoris decem illos viros perperam dicitur. Iã quod ille haſtam cogere, & haſtę preeſſe diſtinguit, de nihilo fortaſſe laborat. Nam præfuiſſe haſtæ indicant illa:

Seu trepidos ad iura decem citat haſta virorum
Et firmari iubet centeno iudice cauſſas.

Præfuiſſe item iudicijs ijs, quę ad centumuiros ſorte deferebantur auctor eſt Dio. lib. LIV. καὶ οἱ δέκα, (inquit) οἱ ἐπὶ τῶν δικαστηρίων τῶν ἐς τοὺς ἑκατὸν ἄνδρας κληρουμένων ἀποδεικνύμενοι. Vt ad haſtam centumuiralem reſpexiſſe Pomponium dubium non ſit. Carolus Sigonius de centumuiris, atque decemuiris in cognitionum diſtin- XX.
ctione ita præcipit. Decemuiros præiudicia, centumuiros iudicia exercuiſſe. Sed in re non aperta te- XXI.
ſtimonijs vtitur, valde obſcuris. Nam ex l. vlt. D. ſi ingenuus eſſe tá multis Duareni, Cuiacij, Rebardi, Donelli, quantorum virorum, inter ſe tamen diſsidentiũ interpretationibus impedita quo pacto hoc ille concludat, nunquam potui ad coniecturam euadere. Vl- XXII.
piani locum alterum in l. Diui. §. ſi ea perſona. D. de liber. cauſſ. manifeſto in alienam definitionem detorquet. Si is qui aliquem in ſeruitutem petit, cognitioni deſit, hoc eſt iudicium & cauſſam deſerat, reo iudices electionem deferent, vtrum malit inſtitutam cognitionem vulgo proceſſum, irritari, & circumduci, an audita cauſſa ſententiã proferri, & ſi cognouerint, hoc eſt ſi finiri cauſſam, & abſolui, cognitione non irritata, neque circumducta voluerit reus, pronuntiare debebunt, ſeruum illius non videri. Hactenus Vlpianus, neque quidquam eſt hac explicatione dilucidius circumduci edictum, circumduci cognitionem dicimus

mus cum instantia, vt nunc vocant edicti, instantia cognitionis ob agentis contumaciã perit. l. & post. §. circunducto, D. de iudicijs. At Segonius, *Vtrum malit circunduci cognitionem, an sententiam proferri* interpretatur vtrum cognitionem caussæ suæ malit per cẽtumviralia iudicia circũduci, id est agitari pręiudicij caussa, an potius audita à decẽuiris caussa sententiam pręferri, quod ille iudicium appellat. Quod de præiudicio atque iudicio in eadem caussa ita præcipiat, valdè miror. Sed illud potius, non vidisse, quid in ea specie circũducere valeret. Non item intellexisse eosdẽ iudices aut cognitionem circũducere, aut eam, vsque ad sententiã persequi. Quod verba, quæ deinde sequãtur, planè ab inuito extorsissent. Peius vero in Quintiliani loco peccat: *Præiudicium*, ait, *etiam dicũt, cum in eadem caussa pronuntiatum est, vt in reis deportatis, & in aßer-*

XXIII. *tione secunda, & in partibus centum viralibus, quæ in duas hastas diuissæ sunt.* Præiudicia enim siue pręiudicata, quæ rectius iudicatæ rei exempla dicas, cum futurarum litium præiudicijs confundit. Centumuirum partes, id est, consilia duo, in quæ primum distributi sunt, vnde & duplex iudiciũ, interpretatur caussas aliquot, quæ à decẽuiris, & centumuiris iudicata sunt. Et duplex ea ratione iudicium, quasi nunquã apud Pliniũ legisset, iudicium quadruplex. Et consilijs omnibus aliquẽ absolui. De secunda assertione, neq; subodoratus est, qui primam assertionem pręiudiciũ, alterã iudicium appellat. Cũ itaq; centumuirale iudicium petebatur, prætor aut agendi potestatẽ caussa cognita faciebat, aut denegabat, indicat Valerij locus de C. Calpurnio

Lib. vij. capit. vij. prætore Vrbano. Facta vero potestate aduersarius vocat⁹ in ius cẽtũuirale iudiciũ cũ petitore subscribebat.

Si

Si vero caussa eius generis non esset, quæ ad centum uiros pertineret, prætor iudices dabat vnum, vel plures ex turba selectorum. Selecti iudices, vt Asconius scribit, appellati sunt qui ex decurijs equitum Romanorum arbitrarijs legibus, idque summa varietate legebantur. vt prætori vel de criminibus quærenti nauarent operam; vel ad eius tribunal considentes cum eo simul iudicarent, etiam inuiti. Nam iudiciariũ munus publicum, & necessarium est. l. vlt. §. iudicanti. D. de munerib. & honorib. lege quidem Sempronia, si Appiano credimus, equitibus iudicia quæ apud senatores erant, commissa sunt. Et trecẽti equites pari numero cum senatoribus, Plutarcho auctore, ad iudicãdum asciti. Marc. vero Platius lata lege quinos denos iudices à singulis tribubus ad iudicãdum creari decreuit. Ex eo factum est, vt ad equestrem ordinẽ, qui iam dudum in iudicijs dominabatur, senatores quoque, & quidam etiam ex plebè adijcerentur. Sed Lucius Sulla Dictator senatoribus iudicia restituit. At vero ad ea ipsa rursus equites, & Tribuni ærarij Aurelia lege vocati sunt. Et Iulia rursus ijdem Tribuni remoti denique. Vt ex hac varietate, quanta id apud Romanos cõtentione agitatum sit, facile suspicemur. Illud vero ex Seneca Cuiacius refert centumuiros ex hac Selectorum turba minime fuisse. Ex hoc itaque iudicum ordine prætor litigantibus iudices dedit. Non tamen eadem formula, atque potestate. Nam in actionibus strictis nihil iudicis arbitratui permisit, sed intra formulæ præscriptæ cancellos ita conclusit, vt neque transuersus vnguem ab ea recederet. Elegans eius rei exemplum est in. l. cum fideicõmissum. D. de confessis. Vbi iudex, qui ad restituendum datus fuit, heredem absol

XXIV. (margin)

Libr. iij. De beneficijs. (margin)

XXV. (margin)

uerè non potest, tametsi liqueat de illius intentione. Ex eodem capite ducitur illa Papiniani quæstio, si iudex datus sit illa formula. *Iudex eum condemna.* An actorem ipsum, qui iudicem ex ea formula impetrauit, condemnare posset. Et Papinianus, cum subtilitas hæc formularum paulatim abolesceret, libro quæstionum censuit actorem condemnari à iudice recte posse. Quamquam stricta formulæ conceptio absoluendi, vel condemnandi rei potestatem solùm faceret. l. cum est Papinianus. C. de senten. & inter loqu-
XXVI. tionib. In actionibus bonæ fidei, in conceptione formulæ prætor, si de contractibus res erat, illa verba adiecit. *BONA FIDE.* Si verò de fiducijs illa. *VT inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione.* In arbitrarijs. *Quantum æquius melius.* Quæ satis testantur arbitro multòplùs quam iudici permissum esse. In iudicio nihil est nisi directum, asperum, simplex. In arbitrio mite, moderatum, & quantum æquius melius.
XXVII. Dedit etiam prætor iudices, qui recuperatores dicti sunt de rebus priuatis recipiendis, atque reddẽdis. Meminit recuperatorũ Liuius lib. xxviij. & xliij. Ita recuperationẽ Festus accipit. Et Agellius lib. xx. *Iniurijs æstimandis prætores se daturos recuperatores edixerunt.* Cicero in libris Rhetoricorum iudicium recuperatorium appellat iudicium iniuriarum. Et veteres leges nõ semel distinguunt iudices & recuperatores. Hoc tamen iudicum triplex genus, iudices, arbitri, recuperatores frequẽter eadem notione promiscuè in libris iuris enuntiatur. Iudicum itaque, quorum opera in dirimendis priuatorum controuersijs sumenda fuit, nomina albo quodam fuisse contenta ex Seneca, & Agellio cognoscimus. Ex eo albo delectum eductumque

Senec. libr. iij. de bene. Agellius. l. xiv. c. ij.

que iudicem sibi litigatores postulabant. Omninò XXVIII
sciendum est iudices à prætore nunquam nisi de litigatorum consensu dari. Indicat Ciceronis locus pro Cluentio. *Neminem*, inquit, *voluerunt maiores nostri non modo de æstimatione cuiusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse iudicem, nisi qui inter aduersarios conuenißet*. l. si in iudicio. D. de iudicijs. l. ex consensu. D. de appellationibus. Neque is iudex tamen dari poterat, quem pars altera nominatim peteret. l. Iulianus. l. obseruandum. D. de iudicijs. Sed cum inter vtrunque litigatorem de iudice conuenerat, ex conuentione iudicem litigatoribus addicere prætor dicitur. l. iudex datus. D. de iudicijs, alijs in iudicis aut iudicij addictione, nihil amplius significatur quàm nuda iudicij aut iudicis datio. Vt apud Macrobium illis Trebelij. l. c. verbis. *Non dominum apud magistratus posse seruos manumittere, atque iudicia addicere*. Et in. xij. tabulis præsente ambobus litem addicere. Id est litem dare præsente vtraque parte, quibus, & consentit. l. de vnoquoque. D. de re iudicata. Deinde verò iudicium à litigatoribus accipiebatur idque testibus pręsentibus illa sollemni formula, *TESTES ESTOTE*. Quę olim litis cõtestatio in iure fuit, XXIX.
vt recte Reuardus existimat. In iudicio verò apud iudicem datum, cum per narrationem negotij caussam audire cœpit, caussam etiam contestari docemur ex l. iv. C. de pedan. iudicibus, ex. l. vnica. C. de litis contestatione. Iudex agnoscere iudicium dictus est, cũ cognoscẽdi prouinciam suscepit. l. Titia. D. soluto ma XXX.
trimonio. Et iudicium cõmissum, cum exerceri apud eum cœperat. Dixi antea peremtoria edicta in iure, & ab ipso prætore proponi. Item denuntiatio testimonij

apud eundem fiebat. Reliqua, quæ ad instruendam litem pertinent, in iudicio, & apud datum iudicem gesta sunt. Quinimo hanc caussæ disceptationem Theophilus iudicium appellat, cum ex titulo Codicis de iudicijs legem quamdam ad dati iudicis officiũ spectantem profert. Eodem modo verbum hoc intelligendũ est, in illa actionis definitione. Actio est ius persequédi in iudicio quod sibi debetur. In iudicio id est disceptatione ea, quæ apud datũ iudicem fit. Aliud itaque in iure est, aliud in iuditio. Illud ad prætoris tribunal, hoc ad iudicẽ pertinet. Notum vulgo discrimen, vel ex. l. amplius. D. rem ratam haberi. Sic Cornificius ad Herennium. *Hac parte constitutionis Græci in iudicijs, nos in iure plerunque vtimur.* Acceptum vero iudiciũ si exercere cõfestim iudex non poterat, sustinebat cognitionem. l. interdum. D. de iudicijs. Si poterat, re diligentius excussa, & vltro citroque vexata sententiam ferebat. Iudicum datorum proprie sententia est. Prætorum decreta, minus proprie sententiæ dicuntur. Si iudicum datorum sententijs litigatores non acquiescerent, is magistratus appellatur, qui eos dedit. l. j. & sequent. D. quis appell. si à Principe non magistratu iudex datus esset, vel pręfectus prætorio cũ quęstore sacri palatij appellatur, vel princeps ipse ex pręscripto. l. præcipimus. §. huic saluberrimæ. C. de appellatio. Si acquiescerent, de rei iudicatæ executione tum disputatum est; quæ non ad ipsos iudices pertinuit, sed ad magistratus eos, à quibus illi dati sunt. l. à Diuo Pio. D. de re iud. Atenim huius exsequtionis ratio varia apud Romanos fuit. Primum ex lege. xij. tabularum acerbissima. Nã si intra dies. xxx. quos dies iustos lex appellat, debitor iudicatum non faceret, neruo, aut compedi-

D. §. quædã inst. de act.

XXXI.

XXXII.

compedibus vinctus in seruitutem à creditore abducebatur. Vt corpore, id est opera id lueret, quod ære non posset. Quin etiam si creditoribus pluribus vnus deberet, obærati corpus dissecari lex iussit. Vnde illud comici: *Quid si animam debet.* Sed referam priscæ legis verba ex Sex. Cœcilio apud Agelliũ. *CONFESSI AERIS, rebosque iure iudicatis. xxx. dies iusti sunto. Post deinde manus in iectio esto. In ius ducito, ni iudicatum facit. Aut quips endo iure im vindicit, secum ducito. Vincito aut neruo, aut compedibus. xv. pondo, nec minore. Aut si volet, maiore vincito. Si volet suo viuito. Ni suo viuit, qui em vinctum habebit, libras farris in dies dato. Si volet, plus dato. Tertijs nundinis partes secanto. Si plus minus ve secuerunt, se fraude esto.* Hinc frequenter legimus creditoribus debitores addici; qui etiã ea caussa Liuio nexi, nexumq; inire, Plauto in neruũ abduci, Terẽtio in neruũ ire dicũtur. Et collo se omnibus soluturũ quasi baiulũ apud Plautũ Lycus ait. Ex hac vero exactionis asperitate natũ est, vt sæpe armis tentata publica nominũ abolitio sit. Quã Romani nouas tabulas appellarũt. Græci χρεῶν ἀποκοπάς, quasi æris alieni decisiones. Solon σεισάχθειαν, id est, excussionem oneris. Quæ certe quanquam humanitatis prætextu popularia fuere, tamen ipsius populi, atque rei Romanæ statum ne conuellerent, non semel periculum fuit. Sisachthiam nominatim Constantinus abrogauit moratoria prorogatione permissa. l. quoties. C. de precib. imperat. offerend. Ceterum cũ dura nimis, atque acerba ea ratio exsequendi videretur, hoc omne nexus, atque seruitutis ius sublatum est S. Cõsulto eo, quod factũ anno ab vrb. c. ID xx viij. Liuius refert: cautumque vt pecuniæ creditæ nomine bona debitoris, non corpus, nisi qui ob noxam mer

XXXIII

XXXIV

XXXV

Dec. 1. lib. viij.

uisset,

uiſſet, obnoxium eſſet. Placuerat id anteà Soloni, & deinceps Diocletianus, atque Maximus ſequuti ſunt. l. ob eas. C. de actionib. & obligationib. Itaque lege. xij. tabularum abrogata mitior ea ratio reperta eſt, vt in cauſſa iudicati bona debitoris pignori caperentur. Quæ deinde haſta poſita, vbi diu præconis voci ſubiecta eſſent, pluris licitanti addicerentur. l. à Diuo Pio. §. j. &. ij. D. de re iudicata. l. ordo. C. de exſequutio.
XXXVI. rei iudic. Idque non continuo, neque liberè. Non enim rei iudicatæ exſecutio pignoribus captis anteà fiebat, quàm legitimum præteriſſet tempus. Id fuit quatuor menſium, quos Iuſtinianus condemnatis indulſit, vt confectis nummis iudicatum facerent. Nec ſolum condemnatis indulſit, ſed etiam fideiuſſoribus eorum. l. iij. §. vltim. l. vltim. C. de vſuris rei iudicatæ. Ante Iuſtinianum ex alia lege duos ſolum menſes cõſtitutos fuiſſe demonſtrat. dict. l. vlt. Deinde ſi debitor creditori non ſatisfeciſſet, pecunia quidem ſoluta, aut prædijs eiuſdem æſtimationis in ſolutum datis, quod ei ex Iuſtiniani Nouella de fideiuſſoribus licet; capta pignora poſt alios duos menſes à capione publice, & ſub haſta diſtrahebantur. l. debitoribus. D. de re iudicata. Nam creditorem in anguſtias æris alieni adductum in ipſo articulo, abiecta omni cunctatione cõſtringere, improbi atq; importuni creditoris eſſe iudi
XXXVII. catum eſt. Iamuero captio pignorũ non libera paſsim fuit. Nã in cauſſa iudicati à cultoribus literarũ libros à militibus arma auferri ius non eſt. Aratorios itẽ boues, ac inſtrumenta, quæ ad culturam agrorum pertinet, pignori capi lex prohibet. l. pignorum. l. exſecutores. Auth. agricultores. C. quæ res pignori obligari
XXXVIII. non poſſ. non etiam annonas, & ſtipendia militum. l. ſtipen-

ſtipendia. C. de execut. rei iudic. militum, inquam, qui
ſub armis merent. non athletarum; quorum præmia
ea, quæ de publico pro victoria in patriam redeun-
tibus tota vita præſtantur; atque ideò ἰσελαστικὰ dicta
ſunt, ſi alia bona non ſuppetant, rectè iudicis officio
pignori capiuntur. l. commodis. D. de re iudic. priuata
certe pactione pignori obligari non illa poſſunt. l. v.
C. quæ res pig. oblig. poſſ. Verùm hęc fere rèſponſa,
atque definitiones in deſuetudinem abiere. Nam mo- XXXIX.
ribus receptum eſt, vt exſequutionis tempus liberum
creditoribus ſtatim concedatur. Quinimò Iuſtiniani
inducias etiam veteres pauperiori debitori maturè
abſtulerunt; eumque ſine vlla cunctatione exigi poſſe
Patricius apud Harmenepulum docet. Paſsim etiam
aratorij boues, & reliqua id genus pignori capiuntur.
Addo etiam apud pleraſque gentes obæratorum cor-
pora veteri Athenienſum lege nexu hodie obligari.
Et niſi ad diem præſcriptum ſoluerint, in carcerem
conijci. Ne vinciantur, & priuata creditoris ſub cu-
ſtodia ſint, apud Gallos Senatus placito decretum eſt;
apud Hiſpanos tamen certa quadam ratione licet. Vt
conſtitutiones eas, quæ ad humanitatem delapſæ de
duritie, atq; acerbitate creditorũ cõceſſerant, rurſus
lucri cupiditas nexu, & antiquis vinculis illigarit. Id- XL.
que eo magis dolendum eſt, quod hodie exſequendi
auctoritas, quę olim ſoli ſententiæ tributa fuit. l. ij. C.
de exſecut. rei iudic. l. nulla. D. de re iudicata, etiam ad
publicas tabulas, atq; inſtrumẽta permanarit, id quod
veterũ prudẽtia nõ agnouit. l. minor. xxv. D. de mino
rib. Sed qđ ad ſollẽnia, & ordinẽ exſecutionis attinet,
duplex fuit exſequẽdi ratio. Interdũ enim iudicẽ arbi
trũue dabãt, cui⁹ opera id fieret. l. à Diuo Pio. §. ſi poſt. XLI.
§. ſed

Molineus rubrica de exceſsib. offic. §. xiij. in ſtilo Parlamenti.

§. sed si emtor. §. sic quoque. D. de re iudicata. l. si prętor. D. de iudicijs. Idque ritè & ordine fieri dictũ est. Aliquando verò non iudicem, sed viatorem apparitoremue vice arbitri ad iudicati, decreti, vel præcepti exsequtionem. l. vlt, D. de iudicijs. Idque extraordinè fit. l. si pignora. D. de euictionib. l. vltim. §. siquis. D. quod metus caussa l. iij. D. ne vis fiat ei, qui in possess. Idque propterea, quod Magistratus ipsi iure suæ potestatis, & quasi ministratorum manu rem exsequantur. Nam ordinario iure per iudicem aut interdictum res expediebatur. l. j. §. nec solum. D. si ventris nomine in poss. eatur. Et vero obseruandum est, cum iudices ab Agusta fortuna ab ipso principe dati sunt, sententiæ exsequtionem non per ipsos iudices, sed per arbitrum specialẽ separatim in id datum expediri. Vnde nobilis illa quæstio orta est, an iudice Imperatorio suspicionis nomine reiecto, etiã exsequutor reiectus cẽseatur. Ac decissum est reiectum nõ videri. l. cum speciali. C. de iudicijs. Quod verò dixi magistratus per datos exsequtores sententiam iure ordinario ad exitum perducere, verum quidem est, si Romæ, vel vbi dicta sententia est, sint bona damnati, vel alia nomina, quæ ad faciendum iudicatum capienda sunt. Nam si in alia prouincia sint, non magistratus ipse, qui iudicẽ dedit, sed eius iussu alius exsequetur. *Si hoc iussus fuerit*, inquit Vlpianus. l. à Diuo Pio. §. sententiam. D. de re

VII. iudicata. Iussus, id es trogatus. Nam iubere vt Plinius ad Traianum ait, imperij verbum non est. Non directum, sed precarium, quod faciat fideicommissum nõ legatum, vt in illis, *Saluere iubeo*. Et si quæras, quis sententiam exsequatur, in specie. l. cum quædam. D. hoc tit. hac distinctione adhibita respondendum est. Vl-

pianus

pianus generaliter obtinere ait, vt ſententia exſequutionis autoritatem habeat, quàm is iudex dixit, qui initio iure aditus eſt, & litis cognitionem apud ſe conteſtatæ ſuſcepit. Quanquam is, qui condemnatus eſt, ante ſententiam dictam, vel executionem alterius eſſe fori cœperit, vt militia, vt ſacerdotio, vt contractis nuptijs. Mulier cõtractis nuptijs domicilium mutat, domicilium forumque mariti ſequitur. l. exigere. De iudici. l. xvij. C. de dignitatib. ac retinet adeò poſt mariti mortem quamdeu vidua permanet. l. xvij. C. de dignitatib. domicilium mariti lar, & domicilium matrimonij eſt. l. v. D. de ritu nuptiar. l. j. §. domum. D. de lib. agnoſcendis. Seruus in illud Virgilij.

Et patriæ Andromachem iterum ceſsiße marito.

Secundũ ius, inquit, *locutus eſt, quia vxor viri domiciliũ ſequitur.* Rectè Seruius vxor. Nam ſponſa mariti domiciliũ nõ ſequitur. l. ea quę. D. ad municipal. Nõ itẽ in iuſta vxor. Vt ſi peregrino ciui ſe iunxerit. De qua. l. pẽ. §. vlt. D. ad municipalẽ. Quam vulgo de cõcubina malè accipiunt. Cum tamen de concubina idẽ quoq;, quod de iniuſta vxore dicatur. Si puella igitur ante quàm nuberet, fideicommiſſum petierit apud præſidem prouinciæ, vbi ipſa domicilium habet; deinde ante ſentẽtiam, vel etiam poſt ſententiam ante exſecutionẽ ſententiæ tamen. Titio nupſerit homini alterius prouinciæ, quęſtionis erat an ſentẽtia lata ad exitum & exſequtionem perduci poſſet. Vlpianus reſpondet poſſe, *Quia rectè*, inquit, *lata eſt, & prior iudex occupaſſe videtur.* l. vij. D. de iudicijs. Verum ſententia ea, quæ à priore iudice lata eſt, vbi & à quo exſequenda ſit, nihil Vlpianus exprimit. Et tamen quaſi expreſſum omnes interpretes adſtruunt ex illo reſponſo, malè. Omninò autẽ XLIV.

in his visionibus arbitri exsequtoris id munus est, vt exigat, capiat, destrahat, addicat; nam quod iudicatũ est, retractare, aut interpretari ei non licet. l. vj. & penul. C. de execut. rei iudicatæ.

SVMMÆ RERVM AC SENTENTIARUM.

I. *Definitio iurisdictionis spetialis ex F. Duarem disciplina. Ius dicere quid?*

II. *Iudicum datorum notionẽ esse non iurisdictionẽ. Officium ius dici entis, & iudicis distingui. Itẽ prætdoriam stipulationẽ & iudicialem. Ius dicere, & iudicare. Magistratum, & iudicem.*

III. *L. qui iurisdictioni. D. de iurisdictione, & l. in priuatis. D. de iudicijs conciliantur. Iacobi cusa sentẽtia & ratio alia cõciliationis.*

IV. *Defenditur, & illustratur sententia I. Cuiacij. Honesti ratio prius habenda.*

V. *Cur Aphricanus adiecerit illa verba, in priuatis caussis.*

VI. *In F. Duareni sententiam dicitur. Inducitur. l. 1. D. de suspectis tutoribus cõtra eã.*

VII. *Alia in Duarenum.*

VIII. *Excutitur explicatio. l. sæpe. l. generaliter. D. de offic. præsid.*

IX. *Pugnant dare actionem & dare se iudicem.*

X. *Explicantur. l. prætor neque. D. de offic. prætor.*

l. præses

l. præsis prouinciæ. D. de offic. præsidis. l. prætor ipse. D. de tutorib. & cur explicatur. l. iudicium soluit. D. de iudicijs.

XI. *Sententia propriè iudicum datorum est. Prætoris decretum etiã impropriè sententia dicitur.*

XII. *An sit discrimen iudicandi, & iurisdicendi.*

XIII. *Argumentum de differentia iursdicendi, & iudicandi retorquetur ex lege Mamilia, & Thoria vbi iurisdictio, & iudicis, atque iudicij datio quasi diuersa opponuntur.*

Fabij Victorini locus expenditur.

Expenditur. l. vj. D. de offic. proconsul.

XIV. *Res tota in disquisitionem, & censurã vocatur.*

Baronis ratio, & sententia.

Goueani sententia, & F. Duareni.

XV. *I. Cuiacij sententia late explicatur.*

XVI. *Vocari in dubium ex quibus posit.*

XVII. *Specialis iurisdictio ex F. Duareni disciplina multis defenditur.*

XVIII. *Expenditur. l. imperium. D. de iurisdict.*

XIX. *Iurisdictio specialis à quibus rebus secludatur, & in quibus consistat.*

XX. *Eguinarij Baronis sententia de speciali iurisdictione refellitur.*

XXI. *Iurisdictionẽ specialẽ datione iudicis cõtineri.*

XXII. *Diluuntur contraria in Duarenum.*

Plebis citi Mamilij explicatio & emendatio.

Item Fabij Victorini locus explicatur.

XXIII. *Bartoli, & aliorum antiquorum sententiam de tribus iurisdictionis gradibus iuri non omninò dissentiri.*

XXIV. *Prætoris fideicommissarij, Consules, certa & limitata iurisdictio.*

XXV. *Defensores ciuitatum qui, & Agorei dicti.*

XXVI. *Magistratuū municipalium finita iurisdictio. De iuridico Alexandriæ Strabonis locus. Explicantur. l. si idem. l. cum quædam. §. quoties. D. de iurisdictione.*

XXVII. *Explicatur. l. vlt. D. de iurisdictione.*

XXVIII. *Territorium quid pertinet ad magistratus municipales.*

XXIX. *Explicatur. l. ij. D. de iurisdic. omn. iudic. & quæ comitantur iurisdictionis concessionem.*

XXX. *Quæ magistratibus municipalibus de negata sunt.*

XXXI. *L. ij. D. de iurisdict. Pertinet ad actionē quoq; delegatā datalis, dacta actio pro delegatis.*

Tit. VI. De iurisdictione speciali.

VNus hic locus est, si quis alius, in toto rei iudicialis tractatu, multiplex & tortuosus. Veteribus commentarijs eximiè conuenit in errore, posterioribus neque vna de Syllaba. Cum tamen ad veritatem illorum sententiæ ac coniecturæ ita accedant,

dant, vt videantur tenere manu. Contra certe atque solet. Nam fere ex veritate consensio, dissidium ex vanitate exsistit. Sed illorum ratio de suo capite tam prodita est, quàm leuis capite Minerua. Politioris litteraturæ viri in priscis Iureconsultorum de ea re fragmentis versantur, hærent. Quæ posteris Tribonianus ita reliquit interpollata, accissa dubia, vt facile cõtrarias opiniones gignere potuerint. Et quidquid ex his dixeris, id ipsum illa te negare cogant. Mihi certè decretum est nulla mea auctoritate adhibita, opera tamen non leui, ea proponere, quæ similima veri videantur, quæque aduersentur. Vt iudicium lectori integrum liberumque sit. Sic enim fiet vt intelligatur simplex infimaq; iurisdictio, quæ fuerit. Si modo fuit vlla. Aut certe in hoc argumento quid sit, quod maiore probabilitate percutiat animum. Quod satis est, præsertim in re obsura. Iurisdictio simplex ex F. Dua I.
reni sententia ita definita est, vt in iudicis dandi licentia versetur. Vlpianũ Duarenus sic interpretatur in.l. imperium. D. de iurisdict. & ait prætorem ius dicere, cum iudicem, atque iudicium dat, hoc est in priuatis pecuniarijsque caussis ius quoddam quasi constituit, & formulam æquitatis, a qua datus iudex nihil deflectat. Deinde multa consectaria fluunt, datorum iudi II.
cum nntionem esse non iurisdictionẽ. l. cum prætor. D. de re iudicata officium ius dicentis, id est prætoris ab officio iudicis, stipulationem prætoriam à iudiciali valde distingui. l. v. D. de verbor. obligatio. tit. de diuisio. stipulatio in institutionibus, separantur etiã ius dicere, & iudicarè tit. ne quis in sua caussa iudicet vel ius dicat, libro tertio codicis. Nec infitiamur eius tituli constitutionem etiam ad magistratuum sententiam

perti-

pertinere. Iudices dati iudicant non ius dicunt. Magistratus dicunt ius ordinario iure, extraordinem aliquando iudicant. Sed cũ iudicant, ius dicere non dicũtur. Separat Vlpianus certè, *Si minor*, inquit, *prætor vel consul iusdixerit, sentẽtiamùe protulerit, valet*. l. quidã. D. de re iudicata. l. voluit. D. de interrogato. action. qui iudicat, & cognoscit, si iudex est, intra fines eius formulæ, quæ ei præscribitur, conclusus tenetur, neq; eos euagari potest. Magistratus autẽ cum ius dicit, nullus formula adstrictus est, sed auctor potius, & cõceptior totius iudicij quid vis pro suo iure statuit. Ideò filius

III. in caussa patris ius dicere prohibetur. l. qui iurisdictioni. D. de iurisdictione. Iudicare nõ itẽ. l. in priuatis. D. de iudicijs. Aphricanũ cũ Vlpiano ita conciliant Duarenus, Goueanus, & Russardus. Iacob. Cuiacius iurisdictionis, & iudicationis discrimẽ agnoscit. Ait tamẽ magistratũ alijs, nõ sibi, aut vxori, aut liberis, aut libertis ius dicere, vel iudicare debere. Nõ debere quidẽ, posse verò, & quidẽ ideo possè, quia iudicare munus publicũ est. Quæ ratio quoniã iurisdictioni cõuẽit, ideo patri filiũ vel contra ius dicere posse. Id astruit ex. l. ille à quo. §. vlt. & l. seq. D. ad S. C. Trebellianũ, nõ omne quod licet honestũ esse. Itaq; ex Cuiacij sententia li-

IV. cet iudicare de re patris vel filij, quia publicũ hoc munus est, & qui iudicat, nõ quasi pater, aut filius, sed quasi extraneus iudicat, vel ius dicit. Rectius tamen honestiùsque fecerit pater, vel filius, si id non fecerit, vel si parcissimè fecerit. Honesti ratio potior est. Neque solum spectãdum est quid liceat, sed etiam quid deceat. Potest quidẽ proconsul adimere mandatam legato iurisdictionem, nõ tamen in consulto principe debet. l. solet. §. j. D. de officio procõsul. Quod verò Aphricanus

nus ait, *In priuatis caussis*, nõ de nihilo est. Nã si capitale negociũ, criminaleue sit, nõ hoc licebit. Caussam Græci afferũt. Nam in priuatis caussis si quid peccatũ sit, facile emẽdari potest remedio appellationis. In publicis, & capitalibus multa incidunt, quę emẽdari ius nõ est, vt carceres, tormẽta, vincula, quæstiones. l. vlt. C. de abolitionib. quæ non sine summa indignitate pater à filio patiatur. Ex his fere pleraq; recta sunt. Quod vero Fran. Duarenus iurisdictionẽ simplicẽ in iudicis dãdi licentia ponit, id in multorũ reprehensiones incurrit. Aiũt cum ipsa iurisdictione pręter ius, & auarè nimis actũ esse, cũ ex latissimo campo, in quo olim hæc magistratuum potestas versata fuit, ad exiguos, atque adeò angustissimos fines ex Duareni præscripto adducatur. Addũt alienos eos esse, quòsque tueri nõ facile queat, si sacramento quis cum ea contendat. Nam licẽtia dandi iudicis, si Antonio Goueano credimus, ad iurisdictionem nõ pertinet, aut certè aduentitio externoque iure, & in eam sententiam Iacob. Cuiacius propendet. Eguinarius Barò, iurisdictionis terminos cũ latissime protulisset, nusquã iudicum dationis meminit. Iã verò sententiã hanc multis proprius cõuellunt. iurisdicendi oficium idem esse, atque ius dicere. Nam illa omnia ius dicere, iurisdictio, iuris dicẽdi officiũ, ius dicẽs, nectuntur vinculo cõiugationis. Sed iuris dicẽdi officio nõ solũ licentia iudicis dãdi, sed etiã cõtinetur pars ea iurisdictionis, quã rectè imperiosam dixeris, idque ex iurisdictionis mandato. Ita Vlpianus commemorat in. l. j. D. de suspect. tutoribus. Cõsectarium igitur est, sub iurisdictione non solum dationem iudicis, sed suspecti tutoris cognitionem cõtineri. Petrus Faber Vlpiani locũ aliter explicat, sed illius à verbis,

VI.

VII.

bis, atq; sentētia longior abit. Etiā illa contra afferūt, quæ tralaticia sunt, cum adoptat prætor, cum manumittit, cum emancipat, denique cum lege agit; dicere ius dicitur. Et species illas ad voluntariam iurisdictionem Martianus refert. l. omnes proconsules. l. neque adoptare. D. de offic. proconf l. magistratuum. D. de adoptionib. item cautionem, & possessionem vno, atque altero loco iurisdictioni nominatim Vlpianus tribuit, in. l. j. §. cum res damni infecti. l. dies. §. si intra. D. de damno infecto. Sed hæc tritiora sunt. Verùm quoniam res hæc tota non contentione perpetua, sed intercissa, & quasi amoibea cōmodius euoluetur, prius quàm oratio prouehatur, separanda certa quędam ab incertis sunt. De iudicum dandorum more, qui à prętoribus Romæ obseruatus fuit, Franc. Duareno cùm Eguinario Barone, Ant. Goueano, Iacob. Cuiatio, atque alijs doctissimis viris conuenit. De iudicatione, & cognitionibus extraordinem non ita. Eguinarius

VIII. prætorem ait toties cognouisse, quoties suarum esse partiū existimant. l. sæpe. l. generaliter. D. de offi. præsidis. F. Duarenus nunquā nisi extraordinem. Illa respōsa ad principum rescripta pertinere. Ego verò hinc locū, qui in hoc tractatu penè familiam ducit, sic explicari existimo. Præsidem non solum principis rescripto appellatum, sed iure suo in quacunque caussa

IX. existimare posse, suarum ne partium sic dare iudices, an extraordinem cognoscere. Si contra edicti sui leges decernat, perperam eum & inique decernere. Illud certe præsidi permissum non est, & iudiciorum ratio prorsus respuit, vt actionem det, eamque disceptari apud se præcipiat. Nam iudicium ordinarium ex ordine datum postulat; & datæ actioni datio iudicicis necessa-

necessario cohęret. neq; separari actio a disceptatione potest. Non item prætor se ipsum dare diceptatorem, aut specialem iudicem. Non præses, quæ Vlpiani pręceptio excepta est è libro de omnibus tribunalib⁹, atque eo qui ad legem Iuliam, & Papiam scriptus est, terque in libris iuris repetita. l. pretor neq;. D. de offic. Prætoris. l. præses prouinciæ. D. de offic. præsidis. l. prætor ipse. D. de tutorib. & curatorib. quorum verborum hæc vis, atque sententia est, nisi ego fallor, mirorq; ab alijs non animaduersum. Si pretor igitur per actionis formulã rem agitari decernat, si det actioné, ea actio, vt apud se disceptetur, efficere nullus potest. Fieret enim iudex specialis aut pedarius ex sua senté tia. Neq; facile reijci, aut cófutari posset. Quin etiã si iudex à magistratu datus magistratus crearetur, iudicium confestim soluitur: Hac sentétia sunt illa Pauli, *Vel etiã si ipse iudex eiusdé imperij esse cœperit, cuius erat, qui iudicare iussit.* l. iudicium soluitur. D. de iudicijs. Nego itaque iure fieri potuisse, vt actio daretur, & eam prætor ipse, qui dedit, disceptaret. Potuit actionem omnino denegare; potuit differre. Illud etiã præsidi licuit, vt, actione postulata, actionem nó redderet: sed rem cognitione sua expediret. Licuit inquam iure, si ex nullo iuris capite in eam rem actio competebat. Si tamen competebat, & actionem ac iudicium prætor denegauit, opinor eum inique decreuisse. Ac appellati de ea re tribuni, appellatus princeps est. Huc spectat illud Suetonij in Claudio: *Alium interpellatum ab aduersarijs de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarij iuris esse, agere confestim caußã apud se coegit.* Neq; ad rem attinet, prætoré frequenter sententiã ferre. Fateor sentétiã proprie iudicũ esse datorũ, ac in actionis

X.

XI.

L disceptа-

disceptatione proferi. Prætoris tamen decretum, si quando caussa cognita, & inter litigatores decernit, sententia appellatur. Vel quia contrario Imperio tollere illud non poteſt, vel quia propriè interloqutio, & præiudicium non eſt, quæ ſententiam eiuſdem iudicis non antecedit. In eadem certè re promiſcuè ſentētia, & decreto vtimur Iulianus: *Non vtique iudex, qui de iudicato cognoſcit, debet de prætoris ſententia cognoſcere. Alioquin luſoriæ erunt huiuſmodi edicta, & decreta prætorum.* l. ſi prætor. D. de iudcijs. Vlpianus etiam prætorem ait ſua ſe ſententia dare ſpecialē iudicē non poſſe. l. prætor ipſe. D. de tutoribus, & curatorib. Quod verò perſequtio extraordinē actio aliquando appellatur, nil moror: de re, non de verbis cōtendo. Impeditè quidē atq; obſcurè hæc omnia Eguinarius, & Duarenus. Sed reuertamur ad rem. Quod Franc. Duarenus de iudicationis, & iuriſdictionis diſcrimine ſcribit, mihi certe probat, ex Suetonij, ex Ciceronis ad fratrem, ex alijs teſtimonijs; quæ vt eleuet Eguinarius, nihil adfert quod dignū ſit tanto viro. Ius dicere, & iudicare Duarenus ſeparat rectè. Sed cum de prętore, & dato iudice oratio fit. Nam cum iudicium dat, fateor prætorē non
XII. iudicare. Neque iudicem, cum iudicat, ius dicere. Sed an prætor ius tum dicat, cum iudicat, nō ita facile explicabitur. Vlpianus, Paulus, Calliſtratus cum prætor exaraordinē cognoſcit de profeſſoribus, aduocatis, nutricibus, ijſdem de rebus eum ius dicere paſsim tradunt. Et cognitionem hanc ſecundum iuriſdictionis ordinem à prætore adhiberi ait idem Vlpianus. l. ij. & toto, tit. D. de extraordin. cognit. Prætoris etiam fideicommiſſarij cognitionem Suetonius iuriſdictionē appellat. Aſsiduam iuriſdictionem Iuſtinianus inſt. de

fideicom-

fideicommissarijs hereditatib. Qui Duarenum tueri student, contra aiunt, iurisdicendi, vt iurisdictionis, latissimam significationem esse. Multa καταχρηστικῶς vt hãc speciem complecti. Hac ratione atque effugio multa diluunt. Hoc verò ab illis edisseri velim, cum iurisdictionis speciatim acceptę verbum tam multis in caussis iuris nostri auctores ponãt, idque etiam dilucidius quàm in iudicis danda licentia, quid sit qnamobrem eius ea significatio propria sit? cur ex ea re præter ceteras species iurisdictionis infima constituatur? Certè quoniam Vlpianus quodam loco ait, prætorem iusdicere, sententiámue proferre, alio autem, iusdicere iudi careuè, quoniam inscriptus titulus Codicis est, *Ne quis in caußa sua ius dicat, vel iudicet*, addo quia apud Ciceronem legitur, *Prætor esto, qui iudicet, iusuè dicat*, Anto. Goueanus, & Franc. Duarenus inde docent ius dicere, & iudicare distingui oportere. Item iurisdictioné, & iudicationem. Et quidem verè. *Hominem mortuum* (inquit lex. xij. Tabularum) *In vrbe ne sepelito, neue vrito. Quod addit*, inquit Cicero, *neue vrito, indicat non qui vratur sepeliri*. Et hac ratione frequenter iuris nostri prudentes ratiocinantur, non repugno. Sed huic argumento, cótra quod sit, reponam ex lege Mamilia. *Cum curator*, inquit, *hac lege non erit, quicunque magistratus in noua colonia, municipio præfectura, foro cõciliabulo, iurisdicundo præerit, eius magistratus de ea re iurisdictio, iudicisque datio, addictioque esto*. Recitat Frontinus de limitibus cap. v. Ité apud veteres magistratuum leges. *CONSVLIS, PRAETORIS, CENSORIS, QVICVNQVE ERIT, IVRISDICTIO IVDICITVE, RECVPERATORISVE DATIO ESTO*. In lege etiã Thoria, quæ vna ex Agrarijs fuit. *De re ea iurisdictio, iudici*

recuperatorij datio esto. I.V.E.E.R.F.Q.V. Iudici pro iudicij vetuito modo. Literæ vero singulares: ita explicādæ sunt. *Ita vt ei è republica fideque videbitur*. Similis clausula in lege Mamilia, *Denunciandi potestatem facito, ita vtè republic fideque sua videbitur*. Sed ad rem. Facile hinc intelligas ducta eiusdem argumenti ratione iurisdictionem aliam fuisse à datione iudicis, atque iudicij. Et quasi diuersa seiungi. Fabius Victorinus in librum Ciceronis alterum de inuentione, *Prætores* (inquit) *qui ius dicebant, iudices etiam caussæ dabant, & controuersiæ vel agendi genus instituta actione formabant.* Ain tu? Non ille ius dicere à datione iudicis disserte separat? Et illud etiam quàm conuenit Vlpiano, *Iurisdictio* (inquit) *Etiam est iudicis dandi licentia*. Quis in eo loco non offendat? Mihi verò etiam audire aliquid videor, quod sit aliud, atque diuersum à iurisdictione, cum Paulus ait legatum mandata iurisdictione iudicis dandi ius habere. l. legatus. D. de officio. Legati. Nam si iurisdictio est iudicis dandi licentia, quid illud definiri attinuit? Quid idem Paulus iudicis dandi licentiam Proconsuli, eiusque legatis lege concessam esse, magistratibus autem Romanis more. l. cum prætor. D. de iudicijs, cum neque proconsuli iurisdictio lege delata sit, quam certe mandare potest. Et Romani magistratus non morè maiorum, sed suo iure iurisdictionem habeant. l. more. D. de iurisdict. Quod si in Mamilio plebiscito generi subiectam speciem esse respondeant, par etiam illis referam, vt Vlpiani atque aliorum loca explicandi rationem de se ipsi mutuentur. Nec vllum adeo discrimen erit iurisdicēdi, & iudicandi. Nec longius progrediar. Mihi certè rem totam
XIV. solentius hac, atque illac tentanti placere imprimis solet,

let, de genere hoc quod principio proposui, nihil demum afferri posse quod expeditum certumque sit. Omnes huius disciplinæ rationes lubricas, ac periculosas esse. Indicant doctissimorum hominum contrariæ sententiæ. Eguinarius Baro tres constituit gradus iurisdictionis supremã, quæ sũmi generis loco sit, & ciuiles omnes, criminalesq; caussas, priuatas, publicas, edicta, decreta, iudicationemq; omnẽ complexa in varias de inceps species diducatur. Alterã medicã, quæ iudicationẽ, & decreta iure magistratus, aut speciali, de negotijs ciuilibus interposita moderatur. Tertiã, quã ille angustissimã appellat, priuatarũ caussarũ cognitione, & iudicatione circunscribit. Suprema genus est. Altera & latior cũ misto imperio ab Eguinario cõfunditur. Angustissimã, quam infimã ille speciem esse vult, non iurisdictionẽ sed notionẽ potius iudiciariã esse Duarenus, & Goueanus euincunt. Goueanus vero ipse prætorẽ tũ vere, proprie, atq; germane ius dicere ait, cum dat bonorũ possessionẽ, cũ mittit in possessionẽ, & cauere iubet. Quæ misto imperio recepta sentẽtia tribuit. Et imperij quidẽ, neq; misti tamen nomine ille censet. Sed de Goueani decretis alio loco disputandum est. Cuiacius iurisdictionem ait notionẽ esse, quæ iure magistratus competat. Qua descriptione mistum imperium continetur. Alio loco, iudicis dandi licentiã vrbanæ iurisdictionis partem esse. Alio, dationem bonorum possessionis ad mistum imperiũ refert. Denique vltimo loco iurisdictionem nullam per se subsistere, aut definiri posse, sed cum misto mistam & cõfusam imperio, vt nihil iurisdictionis sit, quod non item sit imperij. nihil imperij, quod rursus non iurisdictionis. Ita Vlpianus ait mistum imperium in

XV. *Lib. xxj. obser. Capit. xxx.*

in danda bonorum poſſeſsione conſiſtere. Conſtantinus Harmenopulus dare bonorum poſſeſsionem ſcribit iuriſdictionis eſſe. Idem Vlpianus iuriſdictionem ait eſſe iudicis dandi licentiam. Paulus verò iudicem eos dare poſſe, quibus propter vim imperij cõceſſum eſt. l. cum prætor. D. de iudicijs fatetur tamen in hac commiſtione imperij, atque iuriſdictionis ſemper eminere aliquid, & excellere, vt in miſtione vtilis, atque honeſti honeſtum. Interdum itaque magis elucere imperium, vt ſi de maiori re agatur, veluti de cautione exigenda ex cauſſa damni infecti. Et hæc eſſe quæ dicuntur imperij magis eſſe, quàm iuriſdictionis. Baſilica. ὄντα μείζονος ἐξουσίας. Ariſtoteles ἀρχικώτερα. Rurſus quædam eſſe, in quibus quaſi occultato imperio magis iuriſdictio apparet. Vt ſi qua de re leui extraordinem prætor cognoſcat, vel ſi iuriſdictionem non cõtentioſam magiſtratus exerceat. Eruditè quidẽ & præter cetera ſcripto iuri magis cõuenienter. Quæ tamẽ vocari in incertũ, qđ in hoc toto argumẽto perpetuũ
XVI. eſt, facile poſsint. Nã cautionẽ, & poſſeſsionem, quæ ille imperij magis, quã iuriſdictionis eſſe vult, ſimplicis iuriſdictionis verbo Iurecõſulti nõ ſemel enũciãt. Iã vero qđ huius ſentẽtiæ caput eſt, quoq; in hac diſſenſione ferè omnium præceptio recidit, *Specialem nullam eſſe iuriſdictionem*, attentari multis argumentis poteſt. Quid? Prætoris extraordinem cognitiones quacunque de re miſto imperio contineri, nõ ſimplici iuriſdictione idem præſtantiſsimus iuris actor alio loco cenſuit. Illa vero diſtinctio, de re graui, an leui prætor cognoſcat, nulla iuris ex parte cõſtituitur. Poſtremò quoniam nobis hoc decretum fuit, volaticam & rerũ omnium perturbatricem academiã in hoc capite imitari,

tari, ſpecialem iuriſdictionem per ſe poſſe conſtitui, & F. Duareni ſententiam iure defendi reor. Moueor primum vno, atque altero Vlpiani loco ait ille: *Iubere cauere, & in poſſeſsionem mittere imperij magis, quàm iuriſdictionis eſt.* Nunc ego cuius quæro imperij? Non meri, cui, & rerum capitalium quæſtioni, nihil eſt cum datione poſſeſsionis commune. Nõ item imperij eius, quod de Goueani ſententia idem eſt cum iuriſdictione. Nam ſi imperium hoc iuriſdictio eſt, tam eius eſſet imperij, quàm iuriſdictionis miſsio in poſſeſsioné. Vlpianus igitur atque Paulus, qui alio loco ita loquitur, miſsionem in poſſeſsionem miſto potius imperio, quam iuriſdictioni tribuunt, atque demonſtrant adeo eſſe iuriſdictionem ſpecialem aliquam, quæ à miſto imperio ſeparetur. Eodem modo cenſeri poteſt alius eiuſdem autoris locus. *Dationem tutoris*, ait, *neque iuriſdictionis eſſe, neque imperij*. Imperij opinor miſti, cui illam Eguinarius Baro falſò tribuit. Tum ait Vlpianus, *Iuridictionis nõ eſſe*. Id eſt, ſpecialis certęque iuriſdictionis, quæ ſine miſto imperio per ſe conſtat; etenim generali, & ſupræmæ iuriſdictioni dationem tutoris ſubijci incerti iuris non eſt. Nec illorum verborum, quæ diſtributè non per ſchema enunciantur, alia vlla interprætatio commodè reperitur. Quid? cum idem Vlpianus miſtum imperium deſcribit per ſe, deinde ſeparatim iuriſdictionem: aut potius cum iuriſdictioné conſertè prius cum imperio miſto, deinde ſeorſim ab imperio iuriſdictionem explicat, palam præ ſe non fert iuriſdictionis certam eſſe, & definitam ſpeciem? In Norica editione, quę doctioribus non ſemel probata eſt, ſatis hoc expeditum eſt. De Florentina idem ferè iudicium. *Miſtum imperium*, inquit, *eſt, cui etiam iuriſdictio ineſt.* XVIII.

est. Quod in danda bonorum possessione consistit. Absolnta periodus est. Tum. *Iurisdictio est etiam iudicis dandi licentia.* Adiecta vocula, *etiam*, vel nota coniunctionis est, quę hanc definitionem superioribus adnectat. Vel ostendit præter iurisdictionem eam, quæ misto imperio cohæret, esse quoque & dici iurisdictionem aliam sine imperio, quæ in iudicis dandi licentia consistit. Vel si hoc potius placet cum Fran. Duareno, hanc sententiam habet, qui mistum imperium habet nó solum dare bonorum possessionem posse ratione misti imperij, sed & iudicem ratione iurisdicionis, quæ imperiũ mandatum sequitur. Aliorũ explicatio est. Sicut bonorum possessionem, ita iudicis dationem misti esse imperij. Admonui flexiloquum hoc totum, & commutabile argumentum esse. Sed nostra opinor satis apta, & commoda. Quod si specialis per se vlla iurisdi-
XIX. ctio constat, in qua re versari queat, consideremus. In cognitione rerum capitalium id est finibus meri imperij non facile iactare se se audebit, ne manu militari, & iure gladij arceatur. Dationem bonorũ possessionis, missioné, cautioné, restitutioné in integrũ, decreta ferme omnia, quæ iure magistratus interponuntur, imperio potius quàm iurisdictioni Vlpianus, & Paulus adiudicant. l. iij. l. iubere cauere. D. de iurisdict. l. ea quæ. D. ad municipal. Quę vero iure speciali, & à lege conceduntur, ea iurisdictionis specialis non esse lege cautum est. l. muto. D. de tutelis. Si quid præterea est incertum, derelictum, & extra sortem, id speciali iurisdictioni abiudicant conditiones illæ, & attributa perpetua iurisdictionis specialis, nimirum iure magistratus competere, posse mandari, illam comitari si mãdata sit imperium mistum, cum tamen per se ipsa consistat

sistat sine misto imperio, mandariqui possit, si hoc declaratum sit. Quæ certe legis alijs notionibus non conueniunt. Reliquum est igitur, iudicium iudicesq; dare, ac iudicare. Eguinarius vna iudicatione speciale iurisdictionem definit. Sed reprehéditur à Duareno, & Goueano prolatis Vlpiani verbis, quia iudicatio notionis potius, quàm iurisdictionis sit. l. ait prætor. D. de re iudicata, & iudicare atque ius dicere separantur. l. quidam. D. de re iudicata. Neque par fuit ea vna re iurisdictionem contineri: quæ extraordiné à prætorè fit, cuiusque mentio ab Vlpiano in ius dicentis latissimo officio explicando facta non est. l. j. D. de iurisdictionè. Postremo Eguinarij sententia hoc implicat & includit necessario datos iudices primum nihil ab his differre, quibus mãdata iurisdictio est. Deinde habere iurisdictionem, quod dissertè Iustinianus negat. l. vltima. C. vbi & apud quem. Seclusa igitur iudicatione, iudicis iudicij datio spetiali iurisdictioni relinquitur. Nam cum datio iudicis non vaga, & libera fuerit, sed certis iuris æquitatisque formulis constricta, dictio iuris, & iudicis, & iudicij præscripti dationē, ac ipsum iudicandi iussum complectitur. Atque dationem iudicij Vlpianus non solum prolato loco appellat iurisdictionem sed alijs sæpe. Vt in. l. si cuius. §. sed si. D. de vsu fruc. *Æquissimum, inquit, est iudicium dari. Cur enim ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos potest iurisdictione sua,* id est iudicij datione, *componere.* Et in. l. sed & si. §. per magistratus. D. ex quibus causis maiores. Ius dicere, & actionem eximere, aut denegare vt inuicem contraria committit. Denegare actionem, & denegare iurisdictionem eodem sensu. Iam vero si partitionis ratio exquirenda est, res ita se habet.

XX.

XXI.

M Summum

Summum genus iurisdictio est. Interiecta, vnũ iurisditio vel notio, quæ iure magistratus competit; alterum, iurisdictio vel notio, quæ à lege specialiter defertur. Huic merum Imperium, & legis notio. Illi mistũ imperium, & iurisdictio cum imperio, & iurisdictio sine imperio. Diuersæ, sed similes, & affines species, atque etiam si alteram ab altera imperij non seiunxisset adiunctio, à communione generis, non discessuræ, inest itaque in imperio misto suprema iurisdictio. Inest interiecta, id est, quæ iure magistratus competit. Infima non in est. Neque enim si plures species sub vno genere sint, altera in altera in

XXII. esse potest. Qua ratione diluuntur facile, quæ contra afferuntur. Cum iurisdictio suprema, de singulis eius formis mero imperio, misto, legis notione, iurisdictione infima recte dicatur, & quidem proprie, de cognitione extraordinem etiam, sed si Duareno, & Goueano assentimur, impropriè si Cuiacio, etiam

L. 2. de origin. iur. proprie. Et quidem post Diocletiani cõstitutionem in. l. iij. C. de pedaneis iudicibus hoc dubium non est; cum ad infimã iurisdictionem recte ex illo iudicatio admittatur. De. l. j. D. de suspectis tutorib. mox videro. Item de legeea, qua in Procõsules iudicis dandi licentia trãsfussa est. In plebiscito Mamilio ex emẽdatiorum codicum fide ita legi oportet: *Magistratus de ea re iurisdictio, iuris dicisque datio, addictio esto iuris dicisque.* Id est *Δικης, Dationem*, ecphrasim esse dati iudicij. Apud Victorinum itidem per prætores qui iuir dicebant, demonstrari prætores Vrbanos, qui ius dicundo præsunt. Reliqua quæ apud eum sequuntur nudã, simplicemque iurisdictionem haud obscure describunt. Hæc ferè de sententia ea, quã nos in patitione

iuridi-

iuridiciali ideò sequti sumus, quod ad docendi rationem paulo aptior videtur; hactenus tamen vt si quis Iacobi Cuiacij rationem ex consultorum respõsis potius adamet, ipse non repugnem. Nec ei, qui illa appenderit, mirum hoc videbitur: Cum illud etiã apud Platonem scitum sit, cum principia ea, à quibus ius ducitur, circa vnã eandemq; rem plura sunt, quæ discrepent, & secum paribus rationum momentis cõflictentur, vt nulla inclinatio appareat, quod ad iusti atque iniusti disciplinam attinet, nihil tum interesse hoc, an illud seligas. Ad extremum verò, vt hæc pars absoluatur sciendũ est, quod Bartolus, & veteres interpretes infimę iurisdictionis tres esse gradus volũt, XXIII. qui certæ pecuniæ quantitate præfiniantur, hoc etiã ex libris Pãdectarum fluxisse. Neque enim cui libet magistratui iurisdictio de qualibet quãtitate permissa fuit. Prætor fideicommissarius de fideicõmisis intra certã quantitatem ius dicit. Si maior quantitas XXIV. sit, Consul. Quintilianus. vij. institutio: *Non debet*, inquit, *apud prætorem fideicommissum petere, sed apud consulem. Maior enim prætoria iurisdictione summa est*. defensores quoque ciuitatum Græcis ἔνδικοι qui magistratus etiã sunt, vsq; ad. L. aureos ius dicunt. l. j. C. de defensorib. ciuitatũ hodie vsq; ad. D. ex Nouella. xv. De defensor. D. Chrysostomus, & Oecumenius, Agoreos appellãt. Quos aiunt, iudicũ minorũ fuisse genus, qui tenuiorũ lites dirimebant. Vnde & Agorei dicti. Ad procõsules autẽ ditiorũ causas, & crimina spectasse. ἦν δὲ δικαστῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ εὐτελῶν εἶδος οἱ ἀγοραῖοι οἵτινες ἐδίκαζον τοῖς πένησι καὶ ἀγοραίοις ἀνθρώποις διὸ καὶ ἀγοραῖοι ἐκαλοῦντο. ὥσπερ οἱ τῆς τῶν πλουσίων, ἢ τῶν ἐγκλημάτων δίκης ὑπήκοον εἰσὶν ἔνδικοι κατὰ πόλεις τινάς. Magistratus item municipales de maiore summa ius dicere nõ potuisse *Capit. xx. Actuum Apostol.*

 demon-

demonstrat Pauli locus lib. v. sententi. *Res iudicatæ, inquit, videntur à magistratibus municipalibus vsque ad summam de qua ius dicere possunt, nisi id inter conuenientes fiat.* Idē Paulus. l. xxviij. D. ad municipal. Strabo lib. xvij. scribit iuridicum Alexandriæ Maximum in iudicijs habuisse potestatem, & de re omni ciuili cognouisse, quod duumuiris non tribuebatur. Hinc explicandæ sunt. l. si idem. l. cum quædam. §. quoties. l. vlt. de iurisdictione. Nam legem eam ad magistratus municipales pertinere indicat inscriptio, quæ Pauli est lib. j. ad edictum. Vbi pleraque ille de municipalibus. l. ea quæ l. inter. D. ad municipal. demostrat etiam præfinita iudicationi quantitas, & verbū illud, territorium, quod ad magistratuum municipalem pertinet l. pupillus. §. vlt. D. de verb. signific. Territorium enim definitur, limitatio, siue pertica totius municipij. Prouincia plura continet territoria, plura municipia. Atque in omni magistratu, siue latiore siue leuiore potestate sit, illud tamen constituendum est, cui data iurisdictio est, ei ex Iauoleno omnia concessa videri, sine quibus iurisdictio explicari non potest. l. ij. D. de iurisdictione. Itaque concessa videtur exsequtio rei iudicatę. l. a Diuo Pio. D. de re iudicata. Et plerunque multæ dictio, pignoris capio, comprehensio damnati, modica coercitio vinculorum, aut flagellorum, aut carceris. l. ij. D. de in ius vocando. l. ix. & x. §. vlt. D. ad L. Iuliam peculatus l. j. §. cogendi. D. de ventre inspiciēdo. Manus item militaris, manus ministrorum. l. qui restituere. D. de rei vindicat. l. j. D. si ventris nomine mult. in poss. miss. sit. Hæ sunt vires magistratus, vires imperij l. ij. D. de iudicijs, sine quibus inanis, & lusoria iurisdictio esset. Non tamen modicæ coercitionis partes omnes

XXV.
XXVI.
XXVII.

omnes omnibus temere magiſtratibus competunt. Magiſtratibus municipalibus non permittitur pœna le iudicium illud. de quo.l.j.D.ſiquis ius dicenti non obtemper. Nec multæ dictio logiſtæ, qui & curator Reipublicæ dicitur, aut defenſori ciuitatis, aut procuratori cæſaris.l.iij.C. de modo multarum. Quod vero Iabolenus de data iuriſdictione definit, ad mandatam etiam, & delegatam recte trahitur. Datalis, data actio, pro mandata lite, & mandata actione accipitur.l. cum pupillus. xxj. D. tutelæ, & rationibus diſtrahendis.l.j.C.de ſatiſdádo hactenus de ſimplici nudaque iuriſdictione.

SVMMÆ RERVM ATQVE SENtentiarum.

I. *Miſtum imperium cur vocetur.*
quibus modis appellatur in iure.

II. *Modica coercitio prima ſpecies miſti imperij.*
Ius modicæ verberationis. Ius virgarũ pignoris capio.

III. *L.iv.§.an tamen.D.de damno infecto.*
Magiſtratus nomine ſemper intelligitur municipalis. στρατηγός.

IV. *Magiſtratus municipales qui? Archontes. Demarchi. Dictatores.*
Aediles. Duum viri.
Ciuitas à pago vt ſeparetur.

V. *Ius multæ ſub modica coercitione continetur.*

Multæ

Multæ origo, quantitas, causa, formula.

VI. *Ius multæ quibus competat.*

Explicatur. l. consensisse. §. vlt. D. de iudicijs.

L. aliud est fraus. §. vlt. D. de verb. significat.

VII. *Defensores ciuitatũ sunt similes tribunis: multam non habent.*

Duum viri similes consulibus.

VIII. *Tribuni ferè non habuere ius multæ.*

IX. *Multa mandari potest.*

Goueani sententia de misto imperio coërcitione finito.

Ex Themate. II.

X. *Misti imperij species enumerantur.*

XI. *Bonorum possessio quid? Quis faciat bonorum possessorem.*

Cur dicatur iurisdictionis.

XII. *Prætoriæ stipulatores, & iudiciales.*

Decem stipulationes prætoriæ per quas caueri solet.

XIII. *Missio in possessionem ex quibus causis fiat.*

Causa rei seruandæ quid?

XIV. *In integrum restitutio cur prætoria?*

XV. *Opponitur, cautionem & possessionem non esse misti imperij, quæ competunt duumuiris. Itẽ dationem possessionis. b.*

XVI. *Cautio damni infecti. Possessio vicaria. Possessor pignoraticius. Mandari potest.*

XVII. *Cau-*

XVXI. *Cautio & possessio duumuiris ex delegatione extraordinaria competit. l. 1. l. dies. §. si intra. D. de dam. infec.*

Charondas refellitur.

Ex Themate. III.

XVIII. *Bonorum possessio sollenniter petenda quibus? quando.*

XIX. *Interdictum quorum bonorum est vtilis petitio hereditis.*

Aut potius præparatio petendæ hereditatis.

Interdicta, & petitio hereditatis in quo differant.

XX. *Petitio hereditatis non fit coram municipali nisi inter consentientes.*

Quis ordo in petendo.

XXI. *Sublata sollennitas petitionis, magistratus, ordinis, temporis dierum explicatur. l. penul. & vlt. C. qui admitti.*

XXII. *Hodie petitionẽ hereditatis misti esse imperij.*

Contra falsò quosdam opinari.

Quæ concessa duumuiris ex misto imperio.

XXIII. *An decretum prætoris hodie in datione possessionis sit.*

Possessio edictalis, aut decretalis, & quales.

Edictales verbo possessionem transferunt. Cõstantini constitutione comprehensæ.

XXIV. *Forcatulus & Baldinus. Decretum hodie necessarium non esse.*

XXIV. *Hodie*

Ex

Ex Themate. VI.

Ex Themate. VII.

Ex Themate. VIII.

Tit. VII. De misto imperio.

SPecies altera iurisdictionis, quæ iure magistratus competit, mistũ imperiũ dicitur. Goueanus ita dictum putat, quia non merum, id
I. est quia lene, & tempetatũ sit. Duarenus, Eguinarius, Cuiacius, quia cum ipsa mistũ copulatumque iurisdictione sit, vt ab ea separari, diuelliq; non possit. Adeò vt quisquis habeat iurisdictionem, hoc item imperiũ habeat. Et fungi ius dicentis officio existimetur, qui ita imperat. *Mistum* (inquit Vlpianus) *imperium est, cui iurisdictio inest.* l. iij. D. de iurisdictione. Quod iurisdictioni cohæret. Papinianus. l. j. D. de officio eius, sine quo iurisdictio explicari non potest. Iabolenus. l. ij. D. de iurisdictione, sine quo iurisdictio nulla est. Paulus, in. l. fin. D. de offic. eius huius imperij species partesque plures sunt. Singulas persequemur. Multarum rerũ interim è iure explicatis naturis, qua re discentium commodis, seruiturum me animum induxi meum.

Modica

Modica in primis, leuisque coërcitio, quam ext remo capite nunc reliqui, reprehendenda iterum nobis est, certissima huius imperij pars. Ea ad disciplinę emẽdationem pertinet, & suam cuique iurisdictionem constabilit, vt absque illa vana, & ridicula esset. l. vlt. D. de officio eius. l. ij. D. de iurisdictione. Hanc coercitionem Goueanus ex Paulo, lib. v. sententiarum definit potestatem in carcerem mittendi. Alio loco etiã ius modicæ verberationis ei tribuit, inde coniectura ducta, quod Venuleius atrocem verberationem proconsulis Legato solum adimat. l. si quid. D. de offic. procon. Tacitus ius virgarum appellat. Pignoris quoque capio ex aliorum sentẽtia ad hanc coercitionem pertinet. Quæ magistratibus municipalibus permissa est. l quemadmodum. §. magistratus. D. ad. L. Aquiliã. l. iv. §. an tamen. D. de damno infecto. Quo loco Basilici pro magistratibus, στρατηγοῖς reddunt. Ac eo nomine semper significatur magistratus municipales. l. Athletæ. §. remittuntur. l. spadonem. §. si ciuitatis. D. de excusatio. tutorum. Atque adeo in libris iuris, vt tit. de magistratibus conueniendis, atque alijs locis innumeris. Magistratus absolutè, magistratus municipalis est. Magistratus municipales intelligo eos, qui ex ordine decurionum in singulis ciuitatibus ad exercẽdum iurisdictionem creabantur. Non in vicis, aut castris, vt male Accursius, quibus non forus, non basilica est, vt Modestinus, non theatrum, nõ balneus, vt Pausanias, non porticus, vt Procopius scribit, atque his rebus ciuitates à pagis separant. dicti autem Athenis sunt Archontes. Neapoli Demarchi. In Latio dictatores, Aediles, duumuiri. Fuerũt etiam quatuoruiri, quinqueuiri, sed plerunque duũuiri. l. vnica. C. de solũ, & lib. debit.

II.

Lib. i. annalium.

III.

IV.

Rubric. de magistrati. conuenien.

Pauſ. lib. x.

Proc. lib. ij. de Aedific. Iustiniani.

debit. ciuitat. habent itaque duumuiri pignoris capionem maximè iubente prẹside. l. nominator. C. de pignoribus. Idq; eo nomine, quod modica castigati duũuiris deneganda nõ est. l. xij. D. de iurisdict. Procedit etiã, quod Goueanus negat, hæc coërcitio ad ius multæ irrogandæ. Nam vbi Valeria lege consulibus ius animaduertendi in caput ciuis Romani ademtum est Plutarchus relictum eis fuisse refert, vt non parentibus multam verbo boum duarũ possent in dicere.

Goueanus lib. j. de iurisdict. Brissoni. lib. selectar. i. capit. iij.

V. Postea vero Spur. Tarpeius, & A. Terminius Coss. vt Dyonisius scribit, omnibus magistratibus lata lege permisserunt, eos qui immodestè, & præter leges agerent aduersus potestatẽ suã, multa vt punire possent. Plinius, & Liuius nõ Terminiũ, sed Aeternium tunc cõsulem vocant. Capitolini lapides Aterium, multæ irrogandæ formula hæc fuit. *M. Terentio quando citatus neque respondit, neque excusatus est, ego ei vnum ouem multam dico*. Minima hæc multa fuit. Suprema. xxx. ouiũ, boum duorum. Quæ post. L. Papirio, & L. Iulio Conss. æstimata est cẽtussi, & decussi. Hoc est decem, & centũ assibus. Anianus Codicis Theodosiani interpres grauem multam definit quinquaginta argentilibris. Isque modus seruatus est. l. ab executore. C. quorũ appellatio, non recipiantur.

Dyonis. libr. x. antiquitat.

Plin. libr. vij. c. xxviij Liui. lib. iij

Anianus. titul. quorum appellatio. non recip. l. xx. lib. xj

VI. Deinde vero ab Arcadio, & Honorio cõstitutus. l. vlt. C. de modo multarũ. Reliqua ex alijs cognosces. Itaq; post Tarpeij, & Aeternij legem multam dicere omnibus est ius, quibus publice iudicium est. l. consensisse. §. vlt. D. de iudic. aut iudicatio est data. l. aliud est fraus. §. vlt. D. de verb. signifi. publicè iudicium, aut iudicatio magistratibus vrbanis est, qui dant suo iure, & more maiorũ iudices, atq; ideo iure itẽ suo habẽt dictionẽ multæ supremæ, vel

Gouea. l. i. D. de iuris. & lectio. c. pen. Cuiac. separat. C. de modo multa. Brission. v. s. c. iii. & in leg.

vel minimæ. Vt nominatim Agellius scribit: Præter Vrbanos magistratus nemo iure suo multã dicit. *Non alijs*, inquit Vlpianus. Idest, non magistratibus municipalibus, non præsidibus. Quoniã multæ dictio ijs non competit suo iure, sed permissa est mãdatis principũ. Mandatis, non lege speciali vt Goueanus voluit: *Magistratus solos*, inquit idem Vlpianus, *& præsides prouinciarum posse multam dicere mãdatis permissum est*. Magistratus intellige municipales duũuiros, qui in municipijs prouinciarum magistratu funguntur: non Vrbanos, quibus publice iudicium est, de quibus ante scripserat. Magistratus simplici nomine fere municipales intelligi antea docui. Dixit magistratus solos propter defensores ciuitatum, quibus multæ dictio permissa non est. l. senatus consultum. De defensoribus ciuitatum. Duumuiri celsiores defensoribus sunt. Nam prę sides prouinciarum, & duumuiri in ciuitatibus habent instar consulum vrbanorum. Defensores autem instar tribunornm plebis. Nam & defensores plebis dicuntur. l. iv. & l. v. C. de defensorib. ciuitatum. Tribunis vero plebis etiam in vrbe multæ dicẽdæ ius per exiguum fuit. Nam vt Tacitus refert, multam dictam à tribunis quæstores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menses non referebãt, intra quos dicere contra licuit, & si cõtra quis diceret, de eo non ipsi tribuni, sed consules statuebant. Denique neque supra iurisdictionem multæ dictio est, neque mandari prohibetur. l. ij. D. qui & à quibus, quod & alijs probatur. Hac coërcitione mistum imperium omnino cõtineri Goueanus censuit. Censuere alij quos Baro libro variarum quæstionum notat. Et ipsa artis ratio repellit. Non tamen infitior coërcitioné hanc latiori

D. l. confessis.

VII.

VIII.

Libr. xvij. annalium.

IX.

verbo interdum significari, vt imperio quod merum non est apud Paulum. Indicat subiecta ratio. *Quia iurisdictio sine modica coercitione nulla est*. Sed frequens hoc schema in iuris libris est.

X. Sed videamus de reliquis misti imperij partibus. Vlpianus misto imperio dationem bonorum possessionis adnumerat vno loco. Alio cautionem, & missionem in possessionem. l. iij. l. iv. D. de iurisdict. Paulus adiungit restitutionem in integrum. l. ea quæ. D. ad municipal. Macer cognitionem de suspectis tutoribus. l. cognitio. D. de officio eius. Bonorum posses-

XI. sio, quæ honorarijs successoribus datur, ius est successionis prætoriæ in vniuersa defuncti bona. Bonorum possessorem facere, vice heredis qui sit, secundum tabulas, vel contra tabulas vel ex alio quocunque capite, ij tantum possunt, qui mistum imperium habēt, & iuris iure magistratus dictionem. Quo sensu Constāt. Harmenopulus ait, τὸ διδόναι διακατοχὴν δικαιοδοσίας ἐστὶ. Præto

XII. riæ stipulationes, quæ ad cautionem valent, à iudicialibus distinguntur. Titulo de diuisione stipulationū. Eæ verò sunt, de operis noui nuntiatione. De damno

Delegatis. infecto, vt legatorū nomine. De dupla. De falcidia. De vsufructu. De iudicio sisti. Rem pupilli saluam fore. Iudicatum solui. Ratam rem haberi. Quæ suis singulæ titulis explicantur. Et vniuersæ eo, qui inscriptus

XIII. est. De prætorijs stipulationibus. D. Missionem in possessionem fieri Paulus tradit caussa rei seruandæ, dotis, legatorum. *Rei*, nomine creditum, & iudicatum intelligitur. Quibus de caussis, atque alijs plene edisserunt titulo. Quibus ex caussis in possessionem eatur. Missione in possessionem contrahitur prætorium pignus. De prętorio pignore plene nos libro singulari.

Reſtitutio in integrum ab ipſo prætore reperta eſt. XIV.
Nec mirum ſi eius imperio aſcribatur, nó iuriſdictio ni cum actionis, vel litis reſtituendæ cauſſa compara ta iuditio præmuniatur. His ſpeciebus auctores iuris miſtum imperiũ definiunt. Cui definitioni ex eo capi XV.
te facile, occurras. Quæ miſti imperij ſunt, ea duumuiris municipalibus non competunt. l. ea quæ. D. ad municipal. At datur ei cautio, datur poſſeſsio. l. j. §. cũ reſ. l. dies. §. duas. D. de damno infecto. Idque eo magis aduerſatur, quod Vlpiani locus, in. l. iv. D. eod. ad edictum de damno infecto pertinet. Deinde datio bonorum poſſeſsionis apud pedarium quoque iudicem, qui nullum imperium habet, poteſt admitti. l. vlt. C. qui admitti. Item reſtitutio in integrum apud eundẽ peti. l. vlt. C. vbi & apud quem. Aut ſi ante eam conſtitutionem mandari nò potuit, vt Eguinario, & Duareno cenſetur, non item miſti fuit imperij, quòd mã dari poteſt. Res ſimpliciter ac brebiter hoc modo explicatur. De cautione & poſſeſsione ex cauſſa damni infecti primum. Si vicini ædes vitioſæ fumoſæque XVI.
ſint, & vicinus, quoniam timet ijs collapſis nequid inde damni ſuis ædibus creetur, caueri ſibi eo nomine poſtulat: prætor de damno nondum facto cauere dominum ædium vitioſarum iubet. Quod ſi iuſſus cauere datis fideiuſſoribus ceſſet; prætoris item officium eſt, vt vice cautionis actorẽ ex primo decreto mittat in poſſeſsionem earum ædium. l. ſi finita. §. ſi qui dãni. D. de damno infecto. Ac ea miſsio vicaria cuſtodiæ cauſſa poſſeſsio dicitur, quia vice cautionis nó interpoſitæ eſt. l. poſtquam. §. imperator. D. vt legatorum ſeu fideicommiſſorum. n. c. quique in poſſeſsionem mittitur, cuſtos rei pignoratius, non poſſeſſor

fit.

fit. Neq; enim pellitur dominus, sed ei additur nouus possessor, vt odio cautionem extorqueat. l. j. D. vt in poss. legator. d. l. si finita. §. siquis autem. Hoc autem iubere cauere damni infecti caussa, & si cautum non sit in possessionem mittere dubium non est, quin maioris iurisdictionis sit idest prętoriæ, vel præsidialis. Neque magistratus municipalis exsequi vnquam potuit, cum imperij magis, quàm iurisdictionis sit. Vt Paulus de eadem stipulatione scripsit lib. j. ad edictũ,
XVII. in. l. ea quæ. D. ad municipalem. Verum quoniá hanc potestatem prætor, aut pręses iure magistratus habet, mandare illam magistratui municipali rectè potest. l. penult. §. vlt. D. de officio eius. Vt certe solet: *Cum res damni infecti*, inquit Vlpianus, *celeritatem desiderat & periculosa dilatio videatur, sibi ex hac caussa iurisdictionem reseruare, ideo magistratibus municipalibus delegandum hoc rectè putauit*. d. l. j. & in. l. dies. §. si intra. *Duas igitur res magistratibus municipalibus prætor, vel præses iniunxit. Cautionem, & possessionem: cetera suæ iurisdictioni reseruauit.* Habent itaque magistratus municipales cautionem, & possessionem. Non tamen ex se se. Sed ex iniunctionè, ex delegatione prætoris. Quæ tamẽ ordinaria nó est, quia edicto, & in perpetuũ fit. Idque ob eam caussam, quoniam periculosa dilatio esset. Itaque non in singulis caussis adeundus prætor est, vt Ludouicus Charondas existimat. Quasi decretæ cautionis, & possessionis exsequtio sola mandetur. Etiam in re presenti arbitri, aut exsequtoris ministerio prætor vtitur. Neque solum in cautione, & possessione, sed in ceteris iurisdictionis, atque imperij partibus. Vt pręter periculosam dilationem, si ita Vlpianus intelligatur nihil demum speciale, & præcipuum re-

seruatio

ſeruatio illa prætoris cõtineret. Reſeruauit ergo ſuæ iuriſdictioni in integrum reſtitutionem, & decretũ, vt poſsidere ei liceat, qui miſſus eſt in poſſeſsionem ex primo decreto, ſi duratum ſit non cauere. Vel vt idem decedat de poſſeſsione ex cauſſa, forte oblata cautione, quia vt inquit idem Vlpianus: *Cauſſa cognita, & per decretum expediri ſolet.* dict. l. dies. §. ſi forte. D. de damn. in fecto Vlpianus certè iuriſdictionis nomine appellat, & partem eam quam prætor delegat, & eam, quam reſeruat, vel non permittit. Vtramque quidem delegare poteſt, ſed quã ſibi reſeruat, eam rectius per ſe exſequitur.

Veniamus ad dationem bonorum poſſeſsionis. Bonorum poſſeſsio quæcunque ea eſſet, certa, ſollenniq́; verborum conceptione petenda ei fuit, qui interdictum quorum bonorum aut poſſeſſoriam bonorum poſſeſsionẽ indipiſci voluit. l. j. & l. ij. C. cõmunia de ſucceſsionib. excipitur vterq́; parens, quibus agnoſcendæ hereditatis qualecunq́ue indicium citra petitionem ſatis fuit. l. j. C. de cretione vel bonorum poſſeſſ. C. Theo. & verò huic petitioni præſtituti ſunt dies centũ. Qui olim creditorũ cauſſa continui fuere, deinceps verò vtiles, hoc eſt, quibus ſciuerit delatã ſibi poſſeſsionẽ bonorũ. Quibusq́; petere eã à prætore potuerit, faſtis nimirũ, & ſeſsionũ diebus, aliter dies nõ cedunt. XVIII. Interdictum quorũ bonorũ vtilẽ eſſe petitionem hereditatis quidã cenſent. Alij prærogatiuam potius, & proluſionẽ quamdã hereditatis petitionis. XIX. Id ceteris interdictis innatum eſt, vt actiones præparẽt. Et quidẽ rectè, vt auguror, hoc dicitur. Interdicta expediuntur cognitione prętoria, at petitio hereditatis per actionis formulã, & quidẽ per iudices centũuirales

rales.l.vlt. C.de petit. hereditat. neque vtilis petitio
XX. in ea re dissimilis directæ fuit. Sed ad rem. Bonorum possessio, quæ imperij magis, quàm iurisdictionis est, apud magistratum maiorem petita est. Non apud municipalem, nisi forte de ea re inter litigatores conueniat. Vt etiam de cautione ex caussa damni infecti Paulus scripsit.l.inter. D. ad municipal. Postremò filijs, agnatis, cognatis, suo cuique tempore, sua vice, non aliena, possessio bonorum petitur.l.si filius.§. cum filius.D.de bonis libertorum. Constantinus tamen im-
XXI. perator edita.l.penult.&.l.vltim.C.qui admitti. pro sollenni petitione testationem quamcunque, & admissionem inducit, quæ & apud duumuiros municipales fieri possit. Atque etiam præmaturè, & intra tempus datum proximiori cognato. Addunt quidam peti posse, quocunque die, vbi quis delatam sibi esse sciuit laudato Aniano ad.l.j.tit.j.lib.iv.Codic. Theodos. cuius de ea re nec verbum. Itaque recepta sententia est, hodie bonorum possessionem etiam decretalé non ad mistum imperium, sed ad iurisdictionem an-
XXII. gustissimam pertinere. Sane quidem quanquàm sublata petitione partes iudicis nullæ prætereà sint, neque eius præsentia propter decretum, sed ad rei gestæ fidem desideretur, adhuc tamen misti esse imperij verius est. Nã & cautio, atq; possessio duumuiris concessa est.d.l.j.D.de damn.infecto. & captio pignoris.l. quemadmodum.§.magistratus.D.ad.L.Aquiliã, & legis actio interdum.l.vlt.D.de manumiss.vindicta, & datio tutorum, atque alia, quæ proinde ad infimam
XXIII. iurisdictionem falso referas. Difficillior tractatus est, an sublata bonorum possessionis petitione, sublatum quoque prætoris decretum sit. Ita docendum est.

Bonorum

Bonorũ possessio quædam passim, de plano, & ex edicto datur, edictalis quæ inde dicitur. l. cũ quidẽ. §. qđ dicitur. D. de adquir. hered. l. j. D. si tabulę testamenti nullæ extabunt. Decretalis alia est, quæ cognitionem caussæ, decretũ, & tribunal desiderat. l. iij. §. si caussa. D. de bonorũ poss. l. ij. D. quis ordo in bonor. poss. ser. vt ea, quę ex edicto vel decreto Carboniano est. Et ea, quæ ventri datur. l. iij. D. de Carboniã. edicto. l. iij. §. si ea. D. de ventre in poss. mitendo. Edictales, quę sine re sunt, & verbotenus possessionem afferunt, Constantini cõstitutionibus comprehendi omnibus conuenit. Quin etiam sublata petitione decretum non desiderari Forcatulus, & Balduinus affirmant. Ita Iustinianũ ratiocinari. *Curatori* (inquit) *furiosi licentiam damus eam bonorum possessionem agnoscere, quæ antea ex decreto dabatur. Et ad similitudinem bonorum possessionis habere, cum petitio bonorum possessionis sublata est, & ab ea introducta obseruatio pro antiqua sufficit portione*. l. vltim. §. nos itaque. C. de curatore furiosi. Certè de prisco iure quid Constanstinus immutarit, explicui paulo antea. Neque temerè tentari puto, bonorum possessionem eam, quæ ex edicto datur, iam ipso iure competere hereditatem adeo à bonorum possessione, heredem à possessore solo tempore agnoscendæ hereditatis internosci. Vel quia legis sollennitas fere abolita sit, vel quia prætoria successio ab ipsa ciuili lege constituta. §. sed cum paulatim, inst. de testam. At si pupillo status controuersia fiat, si venter in possessionem mittendus sit, rẽ sine cognitione, sine decreto transigi non facile admittendum est. Ex Constantini quidẽ lege minime censeo. De Iustiniana fortè amplius quęrẽdum est. Alciatus tamen libro paradox. iij. c. xiij. etiã XXIV. XXV.

post eam accurata ratione defensitat, quæ antea ex decreto possessio dabatur, nunc dari quoque ex decreto. Pro petitione solum agnitionem introduci. Illa Iustiniani verba alia sententia esse. Franc. Duarenus idē sentit. In decretalibus possessionibus agi de possessione in alium trāsferenda verè. In edictalibus verbo tenus, & sine re: huius generis fuisse eam, quæ furioso datur ante Instiniani constitutionem ostenditur ex. l. ij. §. siquis ex liberis. D. ad. S. C. Tertillianum. Itaque ab ea possessione ad decretales reliquas non rectè cōstitutionem produci. Ab Alciato quidem, Eguinario, & Duareno, si lis meo arbitratu detur, Constantini mens, & verba stant.

XXVI. Sequitur inspectio de restitutione in integrum, ea scilicet, quæ nō actionis formula, sed cognitione prętoria, atque in consilio à prætore tribuitur: eam Paulus ad mistum retulit imperium; & nisi ex præsidis mandato apud duumuiros agitari posse negauit. l. ea quæ. D. ad municipal. Idque verū esse reor, etiam post editam l. vlt. C. vbi, & apud quem, quanquā post eam constitutionem non solū restitutionis cognitio apud magistratum Vrbanum, aut prouincialem pro tribunali agitetur: sed etiam apud iudicem, quem dederit Augustalis maiestas; vel qui administrationi certæ cū iurisdictione præfectus sit; apud eosuè, quibus manda

XXVII. ta iurisdictio est. Sed antè eam ne constitutionem mādari hæc cognitio potuit? Negat Eguinarius Baro. Illum verò rectè Goueanus notat. Vel ex illis Iustiniani. *Siue hoc specialiter fuerit mandatum, quod & veteribus non fuerat incognitum.* Tum ait datis & pedaneis iudici-

XXVIII. bus ex illa constitutione permissam. Assentitur Cuiacius, qui ita præcipit. In integrum restitutionem

agitari

agitari apud iudicem datum à principe, vel à magistratu ordinario ſpecialiter in hanc ipſam rem, vel in aliam, vbi incidat quæſtio reſtitutionis. Non tamen apud iudicem datum à pedaneo, & dato iudice nó habente iuriſdictionem, ſed notionem tantum quales ſunt rationibus excutiendis, aut bonis æſtimandis dati. Apud eos etiam, quibus mandata iuriſdictio in vniuerſum eſt, aut hæc ſpecies elegans, & apta interpretationis ratio. Quam vt tuearis, illa conſtitutionis verba: *Sed apud eos iudices, quos auguſtalis dederit maieſtas, aut noſtræ reipublicæ adminiſtratores*. Sic explica. XXIX.
Quos dederit maieſtas, aut dederint adminiſtratores aſtruunt illa. *Vt videatur ipſe, qui iudicem deſtinauerit.* Quæ ad principem, & adminiſtratores referenda ſunt. Euincunt vero illa: *Qui vel certæ adminiſtrationi, cui & iuriſdictio adhæret, præpoſiti ſunt, vel ab his fuerint dati*. Quibus ſuperior repetita ſententia exponitur. Iam vero illa: *Vel apud eos qui dantur à iudicibus qui propriam iuriſdictionem non habent, ſed tantum modò iudicandi facultatem*. Explica, *à iudicibus*, qui ſcilicet iudices. Vt ſermo ſit de arbitris, qui dantur à iudicibus datis. Denique enumerantur ij, quibus mandata eſt iuriſdictio, & iudices dati in extrema conſtitutione. *Siue hoc ſpecialiter*. Et reliqua conuenienter, dilucide, & explicatè omnia. Neque enim ferendi ſunt, qui, ſi quid offenſum in explicandis obſcuriſsimis locis ſit, cótinuò ab eruditis explanationibus diſcedunt. Quaſi interpretis, nó auctoris vitium ſit, qui obſcurè, qui ambiguè, qui confuſè eloquitur. Quod diſſertis, & eloquentibus viri non raro accidit. Ceteris verò fere nunquam non accidit. Equidem de conſtitutione XXX.
propoſita ſic ſtatuo. Eam cum verborum aliena, &

minus

& minus propria vſurpatione, iudicis dati & legati enunciatione promiſcua, & confuſa, tum perturbatio ne rerum, & ambitu ſententiarum incerto, flebxibilem, & impeditam eſſe, adeò vt variæ interpretationis in contrarias ſententias facultas facile ſuppeditetur. Eruditè quidem, & doctè Cuiacius. Attamen vt
XXXI. in re dubia reſidet ſcrupulus non leuis. Ad cognitionem eam pedaneos, ſeu datos iudices admiſſos eſſe. Quorum dandorum mos poſt Diocletiani conſtitutionem ferè obſoleuerat. Rurſus me male habet, eos excludi, qui à iudicibus datis ipſi dantur. Quod vel cum maximè prætoris auctoritas, & imperium floruit, iuris ratio non admiſsit, Non item poſteriores cõſtitutiones. Itaque vt ad arbitros rationibus putandis aut æſtimandis bonis datos oratio ſpectaret, hoc excuti nihil attinuit. Non etiam diſputari, vtrum illi iuriſdictionem, an notionẽ haberent. In iudicibus ijs, quos magiſtratus dare ſoliti ſunt, quæſtio ab Vlpiano tractata tum eſt, cum iudicum datorum vſus, & frequens exercitatio viguit. Age verò extrema conſtitutio prorſus rem hanc labefactat, nam planè indicat ſuperiora eius verba nõ ad datos iudices, ſed ad eos, quibus mandata iuriſdictio fuit, pertinuiſſe, ait Iuſtinianus: *Hoc addendum eſſe cenſemus, vt ijs tantum, quos ſupra enumerauimus, liceat de in integrum reſtitutione diſceptare.* Qui verò ſint, quos ſupra enumerauit, cõtinuò ſubijcit. *Siue hoc*, inquit, *ſpecialiter eis fuerat mãdatum, quod & veteribus non fuerat incognitum, vel ſi generaliter dati ſunt iudices.* At ſupra nuſquam facta mentio eſt, iuriſdictionis mandatæ. Igitur iudex qui à principe, vel adminiſtratore reipubl. deſtinatur, pro eo accipiendus eſt, cui mãdata eſt iuriſdictio. Et in hac extrema periodo, illa

illa verba, *Siue hoc spetialiter eis fuerit mandatum, vel si generaliter dati sunt iudices,* Quasi contraria opponuntur: hac significatione, siuè specialiter hoc eis fuerit, siue generaliter mandatum; siue species vna, siue tota iurisdictio eis delegata sit. Nulli iudices dantur generaliter. Nec rectè quod de mandato, & delegatione dicitur, ad iudicum dationem proferas, & quod ad mãdatam iurisdictionem illa verba pertineant, efficitur illis: *Quod & veteribus non fuerat incognitum*. Nam quis vnquam apud consultos legit, datos iudices de in integrum restitutione cognoscere? Non potuerunt certè, etiam tum, cum per actionis beneficium tribuebatur. Potuerunt tamen ij, quibus mandata iurisdictio est; quoniam misti erat imperij, non tamen id passim, neque fortasse sine controuersia. Dare igitur, destinare iudices, delegare audientiam, mandare iurisdictionem, ad vnam, & eandem rem significandam Iustinianus extulit Quam ob rem; quod principio posui, placet potius hoc à Iustiniano constitui, in integrum restitutionem non solum pro tribunali apud magistratus agitari, sed etiã apud iudices eos, quos Augustalis maiestas dederit, quique administrationi certæ cũ iurisdictione præfecti sunt, aut quibus ij iurisdictionẽ vniuersam, vel hanc speciem mandauerint. Hactenus tamen, vt iudices dati, quorũ notio tantum, non iurisdictio est, de re ea cognoscere non possint. Nam aptior illorũ verborũ hæc connexio est. Neq; verò impedit, illa: *Quos Augustalis dederit maiestas aut nostræ reip. administratores*, ita accipere vt verbũ, *dederint*, iteretur. Modò dare iudicem interpreteris, mandare iurisdictionem. Addo de eo, cui mandata est iurisdictio, illa: *Vt videatur ipse, qui iudicem destinauit, vtpote pro tribunali cognos-*

cognoſcens in integrum dare reſtitutionem, multò rectius & ſignificantius dici. Vt qui mandantis perſonam ſic referat. Quaſi vna eademque ſit. Itaque vt proconſul ipſe à ſe, ita neque à legato appellari poteſt. Cum à dato iudice is appelletur, qui dedit. l. j. & .ij. D. quis & à quo ait Iuſtinianus. *Sic etiam non difficilis erit cauſarum examinatio.* Opinor quia non tribunal, non conſiliũ, non dies certi expectentur ea cognitione iudicibus ſacræ fortunę, adminiſtratoribusque reipublicæ & mandatarijs permiſſa. An adminiſtratores reipub. magiſtratus ſint, nunc mihi haud liquet. Duarenus, & Cuiacius ita arbitrantur. Duarenus ait hæc verba ideo adiecta; quia magiſtratibus hanc cognitioné mãdare Iuſtinianus permiſsit. Goueanus antea potuiſſe mandari. Rectè: Sed modus adhibendus eſt ex Iuſtiniani verbis. Ait, *Hoc veteribus non fuiſſe incognitum.* Cenſeo verba expendi oportere. Quaſi receptum hoc nod omnino, neque ſine controuerſia fuerit. Paulus miſti imperij eſſe cenſuit. Alij forte neque miſti imperij, neque poſſe mandari. Neq; temerè, vel huius conſtitutionis arguméto. Reſtitutionis cognitio pro tribunali, & in conſilio agitata eſt. Vbi cognitio cauſsæ, vbi decretũ neceſsariũ eſt, ipſe prætor autore Paulo deſideratur. Legatus, qui magiſtratus non eſt, neq; tribunal aſcendere, neque cóſilium præbere poteſt. Aut certè vtrumq; in quæſtione verſatur. Tentatũ tamé à veterũ quibuſdam eſt, poſse mãdari. Quare Iuſtinianus non ait veteribus id omnino receptũ, ſed nó omnino fuiſse incognitum. Nodus alio loco expedietur.

Lib. Variarum. qq. Cuiac. Obſer. xxj. c. xxx. Videamus an ſint aliæ miſti imperij ſpecies. Eguinarius Baro, & Iac. Cuiacius huc adiungunt cognitioné certarũ cauſsarum extra ordinem, rectius multo, quàm

quam Anton. Gouean. qui eam ſpeciali iure magiſtratibus deferri putauit, vt reliquas omnes notiones, actioneſq; legis, quo item in errore Franc. Hotoman. verſatur, atque ideó vterque mādari poſſe negat. Sed falſò, nam ſine lege, ſine S. conſulto, ſed iure ſuo præſes, aut proconſul in ſingulis cauſsis, quid ſuarum partium ſit, exiſtimat, an actionem det, vel rem potius extra ordinem cognitione ſua expediat. l. ſæpe. l. generaliter. D. de offic. præſid. neque lex vlla ius iſtud mandari prohibet. Mihi aliquando placuit ad infimam iuriſdictionem, quòd litigatorum hæc concertatio proximè iudicium imitetur, minus propriè poſſe referri. Ceterùm, cum iudicium verè non ſit: & vt ad ſpecies proprias ſingula referantur, ex artis præſcripto potius ſit: libenter huic ſententiæ aſſentior. Vt perpetuum ſit, tum verè & propriè iudicium committi, ac exerceri, cum actione data ex pretoria formula, cauſſa apud datum iudicem diſceptatur. Si datio iudicis, atque actionis nulla ſit, nullum item poſſe conſtitui iudicium. Quidquid auté in iure apud prætorem mutua litigatorum contentione certatur, quidquid, cauſſa cognita, prætor definit, expediri prætoria cognitione, non iudicio, definiri decreto, non ſententia dicitur. Sententia quidem, quę verè dicatur, & ſit. Itaq; ſi actio detur, nullus eſt prætoriæ cognitioni locus, contra ſi P. R. deneget, aut ſuſtineat. l. in cauſſæ. D. de minorib. hoc eſt, quod vulgo dicitur, cùm ordinariæ actiones ſunt, ad extraordinarias non facilè perueniri. Quinimò, ſi quando prætor, vt ipſe cognoſceret, actionem denegauit: docui tribunos eſſe appellatos, & hoc eſſe, quod apud Suetonium in Claudio quidam negabat, cognitionis eſſe ré, ſed iuris ordinarij,

XXXIII

Lib. obſer. iij. cap. xij.

hoc est non cognitione, sed ordinaria actionis formula rem expediri oportere.

Ex eodem capite intelligimus, interdictum ad mistum imperium pertinere, nunquam prætor reddebat interdicta, nisi litigatoribus in ius vocatis, & caussa diligenter excussa, atque cognita. Ceterùm in iure, & apud se, ac omnis hæc contentio & cognitio iudicij, atque actionis præparandæ caussa comparabatur. Itaque nullum in interdictis iudicium, nulla actio, non item datus iudex. At Franc. Duaren. ex Theophilo interdictum iudicandi formulam esse definit, à prætore iudici pedaneo inter duos de possessione contendētes datam, cui & Ruffardus assentitur. Itaque in interdictis sumtum iudicem cognoscere, non prętorem. Theophilus titulo de interdictis, sic de prætore. ὁ δὲ λέγει μετὰ αὐτῶν ῥήματα τινά, οὐ τέμνων τὴν ζήτησιν ἀλλὰ παραπέμπων αὐτοῖς χαμαιδικαστῇ ἀκροατῇ ἐσομένῳ τῆς μεταξὺ αὐτῶν φιλονεικίας, Et de eadem prætoris forma paulò post, οὐ τέμνουσα καὶ τὴν ὑπόθεσιν ἀλλὰ ἐνθυμίζουσα τὸν δικαστὴν ὅπως χρὴ κρίνειν περὶ τῆς ὑποθέσεως, Ego verò arbitror Francisc. Duaren. planè labi, qui interdicta ipsa, seu interloqutiones à datis iudicibus reddi opinetur. Cum ipse per se prætor cognoscat, & interdicat, aut interloquatur. Et in Romani iuris disciplina insolens, & inauditum sit, cum actio non datur, iudicem dari. Atque hæc interfandi ratio cum decreto imprimis contineatur, & ex magistratus imperio manet, ad datū iudicē pertinere non potuit. Verè tamen ille putat iudicē sumi ex causa interdicti: nō tamen, qui de caussa possessionis cognoscat, aut interdicat, sed qui de sponsionibus iudicet: quæ in interdictis frequētes fuerūt. Vt dato interdicto vnde vi, si aduersarius negaret vim factā, spōsio fiebat, ni vis facta esset: vel si diceret se

XXXIV

F. Hoto. Cu iac. com. ad tit. de inter dict. inst.

Lib. dis. 21 cap. xxxii.

ret se restituisse, ni restitutus esset, qui interdicebat. Ex interdicto iudex sponsionis dabatur. *Cum P. Dolabella* (inquit Cic. pro Cecina) *interdixisset, vt vnde deiecisset, restitueret: restituisse se dixit. Sponsio facta est, hac de sponsione vobis iudicandum est.* Fabius lib. vij. insti. orator. *Quoties* (inquit) *poterimus, efficiendum est, vt de re quacunque bene sentiat iudex. Sic enim iuri nostro libentius indulgebit, vt in spōsionibus, quæ ex interdictis fiunt, etsi nō proprietatis est quæstio, sed tantum possessionis, tamen non tantum possedisse nos, sed etiam nostrum possedisse dicere oportebit.* Videamus nunc, an laudatus à Duareno Theophilus possit auctoritatem defugere. Et quidem, vt opinor, potest. Prætorum enim interdicta, interloqutiones quædam sunt, quæ interim, dum actio instituitur, dicuntur, quasi momento valitura, ni secundum interdicentem, iudicio posteá dato lis à iudice detur. Itaque iudicium, & actionem antecedunt, ac ferè præparant. Et hoc est, quod Theophilus ait: *Prætor* (inquit) *enuntiat dicta quædam*: id est interdixit ex solenni formula, *Non vt caussam definiat. Sed litigatores potius ad iudicem pedarium remittat: qui caussæ disceptator futurus est.* At posteà, interdictum, ait, esse interloqutionem prætoris, quæ non hypothesim perimat: sed potius dirigat iudicem, & instruat ea forma, qua hypothesis disceptanda est. ῥήματα dicta, id est interdicta Theophilo sunt ita dicere, interdicere. l. lxxxj. D. de verb. sign. l. videamus. D. de vsur. Itaque Theophilus non ait, prætorem per se non interdicere, sed prætoris ῥήματι, ὁμιλίαις, id est, interdictis & formis principalem hypothesim, seu actionem non perimi, sed præparari potius, & iudicis disceptationem, atque iudicium ordinari: quod posteà XXXV.

 actione

actione data exercendum erat. Et hinc explicandum est, quod Aggenus Vrbicus scribit: *De possessione* (in-
XXXVI quit) *fit controuersia, quoties de totius fundi statu, hoc est, iure ordinario litigatur*: nimirùm hac sententia, quoties litigatur de proprietate fundi, vel dominio iure ordinario, id est, per actionis, & iudicis dati formulam, toties fieri controuersiam de possessione: id est reddi interdictum, vti posidetis, vel possessorium aliud, fortè, vt constet, quis petitoris partes sustineat. Franc. Hotomanus aliter hunc locum accipit, & in contrariã sententiam, sed perperam. Cum igitur in interdictis, nõ actio, non iudex, non iudicium sit, non sententia, quæ propriê iudicis dati est, non prætoris, sed interloquutio, decretum, merito ad mistum imperium, vt extraordinaria cognitio refertur. Ita interdictis, aut cognitione prætoria personas iuris nostri peti posse, Pomponius tradit. l. j. D. de rei vendic. Interdicta appellantur formæ, quibus prætor, aut iubet, aut vetat, principio inst. de interdict. In extraordinarijs quoque cognitionibus, prętor, cùm pronuntiat, conuenientem rei formam dare dicitur. l. ij. D. de varijs & extraord. cognition.

Lib. iij. obs. cap. xij.

Addunt Eguinarius, & Cuiacius exsequtionem sententiarum, quas iudices dati, vel centumuiri pronuntiant. Et meritò, cùm iure magistratus competat,
XXXVII. neque ad iurisdictionem specialẽ spectet. Eguinarius etiam, decreta ea, quæ præcipuo & speciali iure prætor interponit, perperam: nam iure magistratus non competere, ex eo intelligimus, quòd mandari nõ possunt. l. j. D. de offic. eius. Et Vlpianus, dationem tutoris, neque imperij esse, neque iurisdictionis scripsit. Itaque ipse in ea sententia non acquiescit, & peiore erro

errore in imperij meri gladios eãdem mox coniecit. Cognitio quoque de ſuſpectis tutoribus, vbi poſt imperatorum conſtitutionem iure magiſtratus competit, & mandata iuriſdictione transfertur: Macro, & Vlpiano autoribus. l. cognitio. D. de offic. eius. l. j. D. de ſuſpect. tutorib. ad miſtum quoque imperium rectè refertur. Sed de ea re, ſingulari titulo, & vberius loquimur.

Hactenus de formis, atque partibus miſti imperij, quod vt breuiſsimè dicas, paucis tamen concludi non XXXVIII.
poteſt. Continet enim decreta prætoria, quæ latiſsimè patent: ita decreti nomine imperium hoc ſignificatur, vt iudicij ſpecialis iuriſdictio. Cicero lib. jv. in Verrem, *Quid enim debuit prætor, cum comperiſſet ſuum comitem iuris, iudicij, decreti corrumpendi cauſſa pecuniam accepiße?* & verè dicas, hoc imperio, cùm prætor fungitur eum decernere, cum decernit, ius dicere. l. penult. D. de iuſtitia & iur. nam decretum ad miſtum imperium pertinet. Miſtum imperium ſpecies eſt iuriſdictionis eius, quæ iure magiſtratus competit. Ita decernere, & iudicare ſeparantur, vt ius dicere & iudicare. Cicero ad Heren. lib. ij. *Et fit, vt de eadem re ſæpe alius aliud decreuerit, aut iudicauerit.* Decretum propriè Conſultis eſt, cùm cauſſa cognita interponitur. l. iij. D. de bonor. poſſ. l. nec quicquam. D. offic. proconſ. cùm de plano, & ſine cauſſæ cognitione decernitur, non ita. Sed vtrumq; ad miſtum imperium pertinet, & decreti nomine continetur. Ita Cicero lib. iij. in Verr. dationem bonorum poſſeſsionis idemtidem decretum appellat, & iubere ſatiſdare, decernere pro Quinctio. Antoni. Goueanus inter hæc decreta diſtinguit. Nam, quæ de XXXIX.
plano, & ſine cauſæ cognitione decernuntur, ea non

tamen

tamen omnia imperij magis esse, quàm iurisdictionis,
vt iubere cauere, in possessionem mittere: vt ferè in-
terdicta omnia, siue exhibitoria, siue prohibitoria, si-
XL ue mista. Quæ verò caussa cognita prætor decernit,
ea, ait, imperij misti esse. Quę præceptio satis mihi in-
certa & obscura videtur: atque, vt vno verbo, & sine
inuidia dicam, hominis eius, qui nimiùm verborum su
perstitione obligatus è verbis dubijs, nonnè benè per
spectis rebus, quod necesse erat, artem efficit. Primũ
nusquam me legisse memini decretum aliquod simpli
citer misti imperij: nisi fortè in l. iij. D. eod. tit. cum Vl
pianus ait, mistum imperium in dandi bonorum pos-
sessione consistere. Et hoc eo loco priùs expressum est
imperio misto inesse iurisdictionem. At ille aliter le-
git: non tamen oportuit ex conficta lectione illud cõ
stituere: quod nusquam aliàs extaret. Sed fac ita legi
oportuisse. Non video, cur bonorum possessio, quæ
de plano & ex edicto datur, à reliquis eius generis de
cretis separetur. Legem, signa, tabulas prætor sequi-
tur, suus non est, non imperat, mihi nil probant: quasi
astrictus lege non sit, cùm restituit, cùm prohibet, cũ
exhibere iubet. Deinde cautionem & possessionem,
quas ille non imperij simpliciter esse ait, sed imperij
magis, quàm iurisdictionis, iurisdictionem, quæ ei im-
perium est, simpliciter Vlpianus appellat. l. j. §. cum
res. ibi: *Si ex hac caussa iurisdictionem sibi reseruet*. Loqui-
tur autem de cautione & possessione, quas duumui
ris iniunxit. l. dies. §. si intra. D. de damno infecto, quo
eodem loco ait: *Cetera suæ iurisdictioni reseruauit*, hoc
est decretum alterum possessionis, si duratum sit,
non cauere: quod non interponitur, nisi caussa co-
gnita. Explicat paulò post. Itaque vtramque posses-
sionem

ſionem iuriſdictionis ſimpliciter eſſe ait iniunctam, & reſeruatam. At eaſdem res, cautionem & poſſeſſionem iuriſdictionis non eſſe. idem Vlpianus ait l. jv. D. de iuriſdiction. Tamen Goueano nunquam venit in mentem, iuriſdictionem in vtroque loco, nō eodem modo accipi oportere. Deinde verò Paulus in integrum reſtitutionem imperij, magis quàm iuriſdictionis eſſe, ait l. ea quę. D. ad municipal. At interponitur eius decretum, cauſſa cognita, ac ferè iudicij more excuſſa, pro tribunali, de conſilij ſententia: & prætoris ipſius decretum, ſententia paſsim appellatur. Hic tamen ſuus eſt prætor, non legem, non teſtimonia, non cauſſas ſequitur. In eaque re imperij potius vis elucet, quàm ſi ex edicto dentur bonorum poſſeſsiones. Idem ſtatuo de interdictis prohibitorijs, exhibitorijs, miſtis: in quibus non ſolum poſſeſſio, ſed proprietatis ſæpe cauſſa excutitur. Vt prætori, legibus & iuri aſtricto locus imperandi non ſit. Quæ ſingula, & ſi quæ præterea alia ſunt, accuratè ſi expendas, vltrò hæc doctrinæ ratio labaſcet. Mihi certè, ſi ſimpliciter, & ex ipſis verbis Vlpiani locus conſideretur: ita explicari commodè poſſe crederem XLI iubere, cauere, & in poſſeſsionem mittere, imperij magis eſſe, quàm iuriſdictionis: hoc eſt, imperij eſſe, nō iuriſdictionis: vt illud magis, ἀττικῶς ſimpliciter, & ſine comparatione accipiatur. Sic explicandum eſſe cenſeo, quod dicitur in l. j. D. pro ſoci. *Actiones pro ſocio magis ad perſonales præſtationes, quā ad rerū diuiſionē pertinere*, quaſi dicat, omninò nō pertinere ad rerū diuiſionē: neq; enim pertinēt, cū ad diuiſionē rerum actio cō muni diuidundo, nō pro ſocio cōparata ſit. Item l. vj. D. de leg. j. illis verbis. *Stycum, qui meus erit (cum moriar) hæres,*

hæres meus dato magis videri conditionem, quam demonstrationem iniectam esse. Id est demonstrationem iniectam non esse, sed meram conditionem. Et huc pertinet, quod Diogenes Laertius scribit μαλλόν, id est magis interdum comparatè sumi: vt cum dicimus, mel magis esse dulce, quàm vuam, interdum simpliciter: vt in illa enuntiatione, virtutem magis prodesse, quàm obesse. Significamus enim non obesse. Quod si comparatè accipias Vlpianum, iubere cauere, & in possessionem mittere, pertinere ad imperium potius, quám ad iurisdictionem quod mihi minus placet, subtiliùs ita explicandum est: qui imperio misto fungitur, ius dicit iure magistratus. Item, qui vtitur simplici & nuda iurisdictione. Nam vnius generis communione species eæ colligantur. Itaque iurisdictio, quæ iure magistratus competit, inest, vt genus, in partibus sibi subiectis. At specialis iurisdictio, quæ commune vocabulum fecit suum, in iudicijs moderandis potissimè posita est. Decreta veró, quibus prætor ius postulantibus, præsertim caussa cognita, reddit, iudicij constitutionem non valdè abhorrent. Atque ideó propè fuit, vt misti imperij species ad generalem iurisdictionem refererentur, quæque nunc binæ sunt, in vnam confusæ rem à genere suo non secessissent. In hac tamen cótrouersia, quia iurisdictio specialis iudicio, mistũ imperium decreto continetur: & quód huic admistum imperium est, in illa non ita elucet, expeditius visum est, si iurisdictio, quæ iure magistratus competit, in duas species discederet. Decretaque omnia ad imperium potius, quám ad simplicem iurisdictionem pertinerent, neque quemquam fugit in dubia, & ambigua re illam formulam vsurpari magis est, magis esse.

XLII.

Et

Et quod Goueanus in tertio illo imperio facit, nó inuitus ego in iurisdictione, quæ iure magistratus cópetit, admitteré, vt eius duæ partes sint: vna magis imperiosa, alia verò quasi magis iuridica. Hæc ad iudiciú, vel simplicé iurisdictioné, illa ad decretú, vel mistum imperium pertineret. Sed hæc fortasse subtilia nimis & spinosa, nec dissimilia illa sunt. Tertium esse imperiú quoddam, quod idem iurisdictio quoq; sit: in hoc imperio partem esse magis imperiosam: partem magis iuridicá. Idem in iurisdictione, quæ imperium est: in hoc præterea imperio, quædam magis imperij, quá iurisdictionis: quædam imperij simpliciter: quæ certè Ant. Gouean. vir eruditissimus, non de nihilo inuexit sed quia aliter tertium illud imperium, imperium simul & iurisdictio, quasi ex Veneris, Mercurijque fatu constitui non potuit. At enim, si fas est, mutuis eum acuminibus compungere, vix ille sua decreta tueri poterit. Nam cùm Vlpianus ait, tutoris dationem, neque imperij esse, neque iurisdictionis, quod ille nobis imperium obtrudet? certè non meum: quis hoc vnquam, aut dixit, aut dubitauit? nec item suum illud, quod simul iurisdictio est: nam quid attinuit illud addere, neq; iurisdictionis? Ergò pura aliqua, & (vt ita dicam) mera iurisdictio est, sine vlla imperij parte. Quid? si imperiú iurisdictio est, cur idé Vlpian. ait iubere, cauere, & in possessioné mittere, imperij magis, quá iurisdictionis esse? Iurisdictio quidé generatim nó sumitur. Nemo enim ita loquitur, Petrú potius esse hominé, quá animal: sed hæc fortasse eadé nobis iterandum minime fuit. Nihil minus mihi decretú est, quá doctissimi viri aucupari verba. Sed ni fallor, impedita hæc sunt. Quæ tamen ferenda essent, nisi Vlpianus, XLIII

dissertis verbis scripsisset, mistum imperium in danda bonorum possessione consistere. Cuius responsi inter pollatio docto nemini probata est: præsertim, quæ necessaria minime fuerit. Nã quæ ille tertio tribuit imperio, submisto ea collocari, quæ inuidia fuit? Fecit Iacob. Cuiac. sanè magis è consultorũ sententia, atq; verbis. Itaque, quæ Anton. Goucan. libris primũ editis, de iurisdictione, ac imperio disputauit, ea propiùs mihi videntur accessisse ad verã, ac simplicẽ disciplinæ rationem. Quæ tamen hactenus de illo dicta sint, vt libris & commentarijs Goueani hoc de argumento cõscriptis, nihil existimẽ eruditiùs, nihil cultiùs atq; floridiùs legi: qui á facundia tantùm potuit, vt effecerit vi, virtuteq; orationis Eguinariũ Baronem in eorum numero, qui iure notantur ab omnibus reponi. Cũ tamen eius quæstiones variæ doctissimè scriptæ sint: & multa Goucanus notet, quæ si conceptis verbis iuratus rogaretur, non negaret ex animi sui sentẽtia se nõ eloqui: quin ipse principio prædicat, admonere hominẽ voluisse, quã facilè quis in alieno opere ingeniosus videatur: & verbo quidẽ Goueanus Eguinariũ reprehendit, nã re plus ei adiunxit fidei, quã necessum fuit. Multa enim in secundis opinionibus mutauit, nõ victus argumentorũ vi, sed deceptus, aut quidẽ gratuita
XL IV facilitate. Postremo addã viros eximiè doctos, re ipsa nõ valdè inter se dissentiri, quãquã specie, & ratione docẽdi valdè differant. Antonius Goucan. sub tertio imperio prætoris vniuersa decreta, atq; simplicẽ ipsã iurisdictionem collocauit Iac. Cuiac. à Goueano hoc dissentit, quòd pro inuecto tertio imperio mistũ eadẽ explicatione & potestate retinet. Eguinarius ex hoc imperio simplicẽ iudicationẽ, quã iurisdictionẽ appellat,

lat angustissimam, decerpit F. Duaren. eodē nomine, dationē iudicij. In suā quisq; adducitur sentētiā, ex locis iure consultorū varijs. Ea tamē mente, consilioq;, vt huius rei disciplina inter se nō discrepet, sed cōstet apta iuris ratione, quod perficere ratio nulla poterit tamē. Itaq; discidia hæc nō valdè multū à logomachia absunt. Sed hactenus de iurisdictione ea, quæ iure magistratus competit.

SVMMÆ RERVM, AC SENtentiarum.

i *Quæ lege specialiter deferuntur, duplicia.*

ij *Merum imperium, nouum verbum, olim quæstio.*

iij *Quæstionem primum Reges, deinde Consules exercuisse.*

Ademtum Consulibus. l. ij. §. exactis. ij. D. de origin. iur.

iv *Quæstiones deinde priuatis mandatæ à populo.*

Quæstores parricidij, parici. Dictator quæstionibus exercendis, quo tempore creati.

v *Quando quæstiones perpetuæ esse cæperunt.*

Decem prætores, decem quæstionibus perpetuis præfecti.

L. ij. §. deinde. D. de orig. iur. Corneliæ leges quæ?

vj *Præter summos quæsitores alij iudices quæstionum, qui alios sortiebantur.*

An priuati fuerint. Sigonij, Eguinarij, Cuiacij sententiæ.

Ius

Defen-

Tit. VIII. De mero imperio.

IVrisdictio summũ genus est, eius species, altera, quæ iure magistratus cõpetit: altera, quæ á lege speciatim defertur, illã explicuimus: de hac nũcre

I stat, vt videamus, quę à lege speciatim defertur, aut maleficiorũ puniendorũ causa reperta est, aut de ciuili, priuatoq; negotio. Hęc legis notio, ciuilisvè quæstio à nobis appellatur. Illa veró tota vehemẽs, & grauis non honorariá operã amici, sed iudicis seueritatẽ, ac vim requirit. Appellatur verò merũ imperium, & ad rerum capitaliũ cognitionẽ haud dubiè pertinet. Apud Romanos tamẽ veteres, quæstio vocata est: nã

II meri imperij vocem, præter Vlpian. & Paulũ auctor paullò antiquior nullus habet, nisi fortè is, qui ementiti Fenestellæ titulũ pręfert, vel huius rei iudicio, ceu manifestæ vanitatis cõfessione patefactus. Principio itaq; prisci reges, ipsi per se exercuere quæstionẽ, dein

III de consules, post magistratus, aut ij, quos huic muneri Senat. popũlusvè Romanus præfecit. De regibus auctor Dionysius est, qui Romulũ scribit grauiora delicta ipsum per se cognosse, leuiora verò permisisse Se-

nato-

natoribus. Superbũ etiã T. Liu. refert. solũ exercuisse rerũ capitaliũ cognitionẽ: ob eãq; caussã occidere, in exiliũ agere, & bonis iure suo potuisse multare. Cõsules huic itẽ rei dedisse operã inditio, Brutus est primus consul, qui de cõiuratis vltimũ suppliciũ, caussa ipse cognita sumsit. At enim hoc ius eodẽ anno Pu. Valer. Publicola, lata lege imminuit, qui á fascibus primus (vt Dionys. & Plutar. memorant) detraxit secures, ac eius cõsuetudinis auctor fuit, extra vrbẽ, vt securibus illigatæ fasces præferrentur, intra vrbẽ sine securibus. Valeriæ legis sentẽtiã ita Põponius refert: *Lege lata factũ est, vt ab eis Consulibus prouocatio esset, neuè possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. Solum relictũ est illis, vt coercere posent, & in vincula publicè duci iuberẽt* l. ij. §. exactis. ij. D. de orig. iur. *In iußu populi*, inquit Põponius, id est, sine speciali lege, quæ ferri solita est, illa formula. Viderent consules, ne quid respublica detrimẽti caperet. Coërcitio autẽ (vt docui anteá) verbera, multã, pignora, carcerẽ, vincula, & publicam custodiã continet. Deniq. quod ad Valeriã legem etiã quidã referunt, ij criminibus inquirendis præfuere, quibus in singula crimina populus quæstiones mãdauit. Idẽ Põpon. scribit d. l. ij. §. deinde cũ ærariũ. Et quæsitores seu quæstores parricidij appellati sũt. Parici Festo Põpeio ex Antonij August. lectione. Iosephus tamẽ Scaliger vir doctissimus, etiã illo loco parricidij verbũ omni opere retinet. Quæstores post exactos reges, nõ ita multó post fuisse institutos, ex eo perspicitur, q auctore Põponio, etiã xij. tabularũ lex illorũ meminit. d. §, deinde cũ. Liuius quidẽ scribit, anno ab vrb. cõdita cccxl. plebẽ Cosso & Medullio consulibus Posthumianæ cædis, quæstionẽ de populi cõsensu mãdasse. Apud IV

eundem

eundẽ Liu. aliquot post annos Capuæ de occulta quadã principũ coniuratione, dictatorẽ quæstionibus exercendis C. Mæuiũ dici placuit. Quinctũ etiã Terentium ab V. C. anno DXIV. de pecunia Antiochi à L. Scipione capta, & coacta ex Petilij rogatione, quęrere patres eodẽ auctore iusserũt. Deniq; anno DCIV.
V esse perpetuæ, & á proprio exerceri magistratu, quæstiones cæperũt. Etenim de pecunijs repetũdis lex quęstionis perpetuæ à L. Pisone primũ lata est. Tũ adiectę de peculatu, de maiestate, de ambitu: postremò refert Põpon. L. Corneliũ Sullã totidẽ alias cõstituisse quæstiones, & quatuor item adiecisse prætores, qui de illis quærerẽt. d. §. deinde Cornelius. Sed de Cornelijs legibus, & numero prætorũ, quibus quæstiones illæ sorti to obtigerũt, auctoribus nõ vsq; quaq; cõuenit. Præ-
VI ter hos prætores, quos sũmos esse quęsitores diximus: prętereà fuerũt iudices alij quęstionũ, qui rursus alios iudices sortiebãtur, audiebãt testes, tabulas inspiciebãt exsequebãtur deniq;. quę prætor ipse obire per se nõ poterat. Carolus Sigonius arbitratur, eos neq; ipsos fuisse pretores, neq; omninò priuatos, sed post ædilitatẽ, ista quadã potestate creari. Eguinar. ipsos eosdẽ fuisse prætores nõ semel testatur Iac. Cuia. ex priuatis om-
Lib. obs. xvi. xxxj x. nino cẽset, nõ magistratibus approbat, ex l. j. D. ad l. Corn. de sicar. ibi: *Cui magistratus, iudexuè quæstionis.* Vlpi. vij. de offic. procons. *Capite* (inquit) *primo legis Corneliæ de sicarijs cauetur, vt is prætor, index vè quæstionis, cui sorte obuenerit quæstio de sicarijs.* & l. xxxij. D. de pœnis. *Præses vel iudex*, hoc est iudex quæstionis. Itaque in l. j. D. de officio eius. illa verba: *Is cui obtigerit exercitio*, accipienda sunt de pretore, iudicevè, cui quæstio obtigit. At Sigonius contra. Magistratum eum esse, qui iudicẽ

dare poteſt. Rectè quidem. Si more, & propter vim imperij conceſſum hoc ei ſit, vt præfecto vrbis, & ceteris Romæ magiſtratibus. Nam lege, S. conſulto vel conſtitutione, etiam ei, qui magiſtratus non eſt, iudicis dandi licencia rectè conceditur. Ita Paulus cenſet l. cum prætor. D. de iudicijs. Antonius Goueanus & ad proconſulem hoc produxit. Sed falſò locum pluribus Pet. Faber illuſtrat. Vt collectio Sigonij mendoſa *Ad. l. Nemo* planè ſit. Hac fere ratione quæſtiones rerum capita- *D. de reg.* lium apud Romanos prius agitatæ ſunt. Earum tracta *iur.* tio, & exercitio merum imperium continet. Inſolens VIII. veteribus nomen. Nec ſatis conuenit cur ita appellatum ſit, quibuſdam certè, quia ſeuerum, & vehemens alijs vero quaſi purum, & ſolum, abſque iuriſdictione ea, quæ iure magiſtratus alijs prætoribus competit. Nam merum id dicitur, quod eſt purum, ac ſimplex, abſque admiſtione ea, qua miſtum cernitur. Merum vinum, ſine aqua. Mera ſpes, ſine re. Mera ratio abſque æquitatis interpretatione. l. ſi mandauero. D. mandati merum ius gentiũ ſine præceptis ciuilibus, aut prætorijs. l. Bona fides. D. depoſiti. Mera pœna ſine rei perſequtione. l. j. D. ſiquis ius dicenti. Merum aurum, quod plumbo miſtum nõ eſt. l. Pomponius. D. de rei vendicat. Mera item actio in rem. Merum officiũ prętoris. Merum igitur imperiũ ſine iuriſdictione ἀκρατος ἐξουσια Zonaræ, ξίφοις ἀδεια. Iuſtiniano. Ius ferri Lucano, *Epiſt. xvj.* & Papinio. Ius gladij Vlpiano. B. Auguſtino. Iulio Firmico. Seuer. Sulpitio poteſtas gladij Capitolino. Poteſtas grauior animaduerſio. Animaduerſio. Coërcitio quæ vis. Iuriſdictio de capite, ac alijs modis in Pandectarum libris appellatur. Vt facile intelligas me IX. rum imperium poteſtatem eſſe coërcendorũ criminũ

 lege

lege datam, atque finitam. Itaque Eguinarius, qui notiones legis ad merum imperiũ retulit, neque Consultorũ decretis, neq; constat suis, Quòd verò Vlpianus merum imperium gladij ait potestatẽ esse ad animaduertendum in facinorosos, ex nobiliori imperij parte illud describit. Nam animaduertere, verbum est vltimi supplicij. l. perspiciẽdum. §. vlt. l. seq. D. de pœnis. l. si quid erit. D. de offic. procõsul. Itaque idem Vlpianus in. l. nemo. D. de reg. iuris addidit. Ius gladij, vel cuiusuis coërcitionis. Grauioris nimirũ. Nam cuius magistratus de capite lege certa iurisdictio est, maximam is ac mediam capitis deminutionem irrogare delato imperio potest. Et verò coërcitionis grauioris plura sunt ex criminum varietate genera, vt gladij, dãnationis in metallum, in opus publicum, deportationis in insulam, publicationis bonorum, atrocis verberationis, & vt quibusdam videtur, ludi gladiatorij, quæ non frustra enumerantur. Nam de toto hoc

X. generè illud imprimis dignum est obseruatione, quæ ad merum imperium pertinent, ea nominatim nisi lege singula tribuantur, nõ competere. Aut illam dumtaxat speciem competere, quæ nominatim conceditur. Rectè igitur Vlpianus, ijs qui prouincias regunt, & ius habent gladij, in metallum dandi permissam esse potestatẽ declarat. l. illicitas. §. qui vniuersas. D. de offic. præsidis. Vt præfecto vrbi ex epistola Diui seueri etiã iure singulari. l. aut dãnũ. §. præfecto. D. de pœnis deportandi quoq; ius ex eadẽ epistola eidẽ tribuitur. l. j. §. à præfectis. D. de leg. iij. Neq; in hac specie rectè dicitur, cui licet id ꝙ maius est, vt id quoq; qđ est minus liceat, par esse. Prouinciæ pręsides ius habẽt

Dio lib. liv. ex Augusti lege vitę, atq; libertatiș adimẽdę, adimere

tamen

tamen sine vita, atq; libertate, ciuitatẽ, & bona separa tim non possunt. Id est neq; deportare, neq; confiscare. l. vna. C. ne sine iussu. Quã explica ex. l. vnica. tit. xlj. lib. ix. Codicis, in consulto nimirũ principe, quæ eadẽ ratio valet in procuratore cæsaris. l. vlt. D. de offic. procur. Cæs. articulatim, & distincte singula cõcc di necessũ est. At Franc. Hotomanus de re tota aliter censet. Præsidibus prouinciarũ ius deportãdi, ideò nõ cõpetere, quia subiectas imperio suo insulas nõ habẽt futurũ vt competeret, si haberent. Ei tamen nõ assentior. Nã Vlpianus dissertè scribit, ideo non cõpetere, quia eis datũ non est. Quanquã prefecto prætorio, & præf. vrbi, datũ hoc ius sit. Quasi eis si datũ esset, sine dubio cõpeteret. l. inter pœnas. §. deportãdi. D. de interdict. & releg. l. j. §. ij. quibus. D. de leg. iij. neq; idonea caussa ea est, quod insulas sub se nõ habeant. Nam etiã cum præfectus vrbi in insulã deportat, deportato insulam non ipse, sed imperator asignat. l. j. §. delegãdi. D. de offic. præfect. vrbi. Sed ea potius, quia princeps missa plena opinione æstimare vult, an sequẽda eius sententia sit. d. l. inter pœnas. Minus præsidibus permisit, quã præfectis, quos non aliter iudicaturos esse pro dignitate, & luce sapientiæ suæ credit, quã ipse foret iudicaturus. l. j. D. de offic. præfect. prætorio præsidis certè nomẽ infimi honoris est, ac gradus. Vt Macro dicendũ sit, nõ indignũ esse senatore. l. j. D. de offic. præsidis. Ideò præsides iudices ordinarij vocantur, vt milites ordinarij, qui gregarij sunt. Possunt tamen præsides relegare. l. relegatorũ. §. j. D. de interdictis & releg. quoniam hæc non illa Augusti lex præsidibus permisit. Sciendum tamen est, cui ius gladij permittitur; eidem permitti quoq; mortẽ quocunq;

Lib. obserb. iij. cap. xij.

XI.

 modo

modo irrogare. Igni, furca, damnatione ad bestias, & quacunquè capitis amputatione. l. capitalium. l. qui
XII. vlt. D. de pænis. Vt quæri hic rectè posset, cur Vlpianus merum imperij ius gladij vno atque altero locò potissimum appellet? Non ferri, quod latius patet, nó vitæ aut alio modo. An quia gladio vitam adimere non telo, non laqueò, non securi, non veneno, non fustibus ante duorum fratrum rescriptum præsidibus licebat. l. aut damnum. §. j. D. de pœnis? At hoc docui non ita explicatum esse, & verò ante legem Portiam sontes vsque ad necem cęsos, & in carcere perseruum

Faber in. l. Nemo. D. de reg. iur.

XIII. publicum strangulari solitos indicat Liuiſi locus lib. x. *Portia*, inquit, *lex sola pro tergo ciuiū lata videtur. Quod graui poena siquis verberaßet, necaſſetue ciuem Romanum sanxit*. Indicat etiam Cicerò, qui sæpius in Rabiriana, & de supplicijs in Verrem queritur de ciuibus contra legem portiam verberatis, ac necatis. An potius quia gladius eius magistrat' insigne fuit, qui publicū exercebat iudiciùm, vt prętoris vrbani hasta? *Seuit*, inquit Cyprianus, *inuicem discordantium rabies. Et inter togas pace rupta forum litibus mugit insanum, hasta illic, & gladius, & carnifex præstò est*. An verò propter animaduersionis atrocitatem, quæ gladio potius quàm securi declaratur? Testatur Antonini Caracallæ ad Papiniani percussorem dira vox, gladio animaduerti oportuit. An rectius huius rei cognitio ducetur ex prouinciarum

Lib. ep. ij.

XIV. diuisione ab Augusto Cæsare facta, qui vt ex Suetonio cognoscimus, prouincias hostibus infestatas pro prætoribus, quos ipse mitteret, eo iure commisit; vt vestem militarem induerent, gladioque accingerentur. Pacatas autem populo senatuique permisit. Procōsulibus, qui ad eas forte mittebantur; vsu militaris

vestis,

vestis, & gladij ferendi, iure, ac proinde mero imperio, nisi siqui nominatim exciperentur, interdictis. Dio. ἄλλῳ γαρ, inquit, οὐδενὶ, οὔτε ἀνθυπάτῳ, οὔτε ἀντιστρατήγῳ, οὔτε ἐπιτρόπῳ ξιφηφορεῖν δίδοται. ᾧ μὴ καὶ στατιώτην τίνα ἀποκτεῖναι ἐξεῖναι νενόμισται. atque eosdem proconsules paulo post, & annales fuisse scribit, & lectos sorte. μήτε ξίφος παραζωννύμενος. Sed post Augusti tempora sublata hac differentia prouinciarum vtrisque ius gladij tributum indicat Vlpianus. l. illicitas. §. qui vniuersas. D. de officio præsid. ceterum ius illud gladij paulo latius apud Diorem est, quàm merum imperium: nec enim solum continet ius animaduertendi in facinorosos, sed accingendi se gladio; quod, qui habet, etiam in milites animaduertere potest. l. j. C. de cohibendis. l. iij. D. de re militari. Siue sint ex senatorio ordine, siue ex equestri vt Dio explicat. Atque ius hoc gladij ius etiam clamidis, aut stolæ militaris sequebatur. Id magistratibus honoris caussa concessum est. Vt militibus ipsis torques, & zona. Quæ postea diadema dicta est. Neque Christi Martyres tortoribus prius a tyrannis traddebantur, quam essent zona nudati. Curopalatus. ὃ δὲ νῦν καλεῖται διάδημα, ἐλέγετο πάλαι ζώνη στρατιωτικὴ δηλοῦσα τιμὴν, ὃ δὴ καὶ οἱ τύραννοι πρῶτον ἀφῄρουν τῆς ζώνης καὶ τοῦ στρατοῦ τοὺς τῶν μαρτύρων ἐντίμους τοὺς τὸν χριστὸν ὁμολοῦντας ἔπειτα παρεδίδουν τοῖς βασανισταῖς. Vt cunque id sit, qui ius gladij, vt ad rem reuertamur, qui potestatem, qui merum imperium habent, de criminibus cognoscere, iudicare, & sententiam exsequi possunt. Equidem non nego animaduertere gladio, aut securi, de exsecutione rei iudicatæ propriè dici. Nego autẽ potestatem gladij, & ipsum merum imperium sola iudicati exsecutione terminari. Ait eum habere merum imperium qui de crimine cognoscit, & iudicat. Papinianus

Lib. liij.

XV.

XVI.

nianus verbis dissertis ait, qui publici iudicij exercitionem habent, eos non posse mandare iurisdictioné, non exercitionem ipsam, non cognitioné, atque adeò quod illis continetur neq; merũ imperiũ. l. j. D. de officio eius. Itaque excepto illo loco: *Verius est more maiorum iurisdictionem quidem transferri.* Atque illo: *Cũ alias iurisdictio etiam à præsente mandetur*, qui de iurisdictione iure magistratus competenti sunt, responsum illud ad significandũ merũ imperium sæpius iterat, iurisdictionem, exercitioné publici iudicij, cognitioné, merũ imperiũ, animaduersioné. Ain tu eum nõ exercere publicũ iudicium, qui prætor iudexue quęstionis publico iudicio præest? delati nomen recipit: actioné instituit: testes, tabulas explorat: & de cõsilij sentétia facinorosum damnat? Hoc auté & merũ imperiũ, & iurisdictioné Papinianus appellat. At cõtendunt sententiæ exsequtioné iurisdictione non contineri. Ita posse consules de capite ius dicere, sed sententiã suã exsequi, idest, vt illi pręcipiũt, mero imperio fungi nõ posse. Qua tamen illi loquuntur de iurisdictione? Ea ne, quę iure magistratus est? falsò certè. Nã prætor rei iudicatę exsequtioné edicto de re iudicata pollicetur. l. j. D. siquis ius dicenti. n. o. Iudex cũ sententiã suã exsequitur, facere id ex sua iurisdictione dicitur. l. properandũ. §. sin auté reus. C. de iudicijs. De consulibus quod afferunt, laudatus Põponius auctor dissentit, & verò quispiã illis accredat plenũ, summũ, merũ imperiũ non cognitione, non decreto, nõ sententia, sed pœnarũ dũtaxat exsequtione fuisse cõtentũ, quæ ad apparitores potius, & publicos seruos, quã ad cõsules aut magistratus similes pertinuit. Mihi verò nõ fit verisimile. At Anto. Goucanus prope in eã delabitur senté

tiam

tiam, cum iudices quæstionis perpetuæ similibus de caussis imperium negat habuisse merum. Sed de ea re mox videro. Omnino itaque constituendum, imperium merum criminum tractatione contineri. Exsequtio criminum extraordinem agitur, aut legibus publicorum iudiciorũ per prætores, iudicesue quæstionum, aut populum ipsum. Iudiciorum, quę ad controuersias distrahendas non spectant, genera illa recensentur. Priuata, extraordinaria, publica. Priuata sunt vt furti, tigni iniuncti, arborũ furtim cæsarum, bonorum raptorum, iniuriarum, & similia. Priuata delicta, non crimina. Crimina, & delicta distinguntur. l. aliud est fraus. D. de verb. signific. plerunq; iure ordinario, id est, per actionis ciuilis, aut prętoriæ formulã apud iudicem datum expediuntur. l. vlt. D. de priuatis delictis, l. j: D. de incendio, ruina. Extraordinaria criminã sunt, vt sepulcri violati, concussionis, abigeatus, prępuaricationis, receptatorũ, expilatę hęreditatis, termini moti, quæ sublatis ferè actionibus ordinarijs, extraordinẽ iuris atque legũ, & sine prisco iudiciorum more, criminis tamẽ ritu tractantur. Accusator subscribit. l. vlt. D. de furtis. l. vlt. D. de iniurijs. Præses ipse, aut vrbis pręfectus nõ modo cognoscit extraordinem, quod prius fieri cæpit, sed etiam extraordinem punit. Multa itaq; nõ pœna ordinaria. l. aliud est fra⁹. l. si qua pœna. D. de verb. sign. extraordinaria crimina Rhetores inscripta crimina vocant: ꝙ de his nulla lex scripta sit, aut ꝙ illorũ nulla certa pœna imposita. Cetera crimina priuata, & publica ex legibus veniũt, vt Iulia, Cornelia, Põpeia, Fabia, Remia, Vissellia. Quę leges sunt publicorũ iudiciorũ. Extraordinaria quæ sunt, legitima non sunt. l. iij. §. pœna. D. de crimine stellio-

XVII. (margin, beside "mox videro... impe-")

XVIII. (margin, beside "lictis, l. j: D. de incendio...")

ſtelionatus. Quæ legitima ſunt, ordinaria appellãtur. Ita legitimi gladiatores, ordinarij non cateruarij. Legitimæ feriæ, id eſt, ordinariæ, non quæ extraordiné, indicantur, & pręter cõſuetudinem. Itaque legitima iudicia, & extraordinaria opponuntur.

XIX. Popularia iudicia appellamus, quæ populi ius, & vtilitatem tuentur. Forenſia non criminalia, at qua reſpectum ad publicam tutelam habent, expoſita omnibus. Habent multa cum publicis iudicijs communia, moueri per procuratorem non poſſunt; pupillo aut mulieri nõ dantur. l. v. l. vi. D. de popularib. actio. Arbiter in ijs ſententiam dicere non cogitur. l. non diſtinguemus. §. de liberali. D. de recept. arbit. l. eum

XX. qui. §. in popularibus. D. de iure iurando. Publica criminalia ſunt. Quæ intendere ordinario iure in legitimam, & certam pœnam cuilibet de populo licet. Nõ tamen, quia ita licet, ſed quia populi hęc iudicia ſunt, publica appellari repugnante Iuſtiniano F. Hotomã. & Anto. Goueanus defendunt. Interpublica & priua

XXI. ta iudicia hoc maximè intereſt. Quod priuata apud datos iudices, vnum pluresùe, re ex prætoris formula diſceptata, exercebantur. Publica verò apud prætores ipſos, ſeu quæſitores pro tribunali in foro, & ſella curuli ſedentes. Quibus in conſilio aderant complures iudices editi, aut delecti ſortitione ad. L. vel. lx. qui in ſubſelijs ſedebãt; idque in foro palã, & ſub dio. Tribunali prætoris ſexcircũ lictoribus ſtipato. Multa præterea ſingularia, ac pręcipua. Delatio nominis quaſi litis intentio fuit. Ea poſt reum in ius vocatum poſtulata primum, deinde recepta cum cauſſæ cognitione fuit, vexatus tum locus de accuſſatore deligendo. Dies accuſſatori, & reo mutata iam veſte dicta. Iudices

Briſonius lib. ſelect. ij. c. j. Hoto. in l. xi. Briſtoni. v. ſ. ex Seneca de morte Claudij. Aſconius. j. verrina. Ex tacito. l. xiij. Plinio. l. iij. eplarum, ac alijs.

Iudices, vt dixi, aut ſorte ex vrna à quæſitore educti (vrna iudicum omnium, qui eo anno ſelecti ſunt, nomina continuit) aut iudices ex lege Seruilia Glaucia editi ſic ſunt. Ex iudicibus. ccccl. actor ſelectos cētū iudices edebat: ex centum, quinquaginta reus. Tum quæſtionibus, teſtibus, tabulis actio pluribus diebus apud prætorem, & cōſilium præſentibus accuſatore, & reo inſtituta eſt. Totidem ex lege Cornelia defenſio. His actis ſi ſententiæ latio iudicibus ſtatim permittitur, ij iudicaſſe primo, & primo cętu dicti ſunt: ſin autem lex comperendinationem haberet, ſecunda actio poſt tertium diem inſtituebatur. Comperendinatio dicitur, quod die perendino ageretur. In ſecunda actione prior reus, vltimus accuſator dixit. Re perorata, iudicibus prætor tabellas dabat. Vtque ferrent ſententiam, eos in conſilium mittebat. Tabellæ, quæ ſententias continebāt, in vrnam conijciebantur. Vrnæ totidem fuere, quot ordines iudicantium, tres quidem, ſi omnium ordinū iudices adhibiti ſunt. Prętor tabellis diriuitis reum condemnabat, aut abſoluebat, aut ampliabat. Condemnationis illa formula. *VIDETVR FECISSE*. Abſolutionis. *NON FECISSE VIDETVR*. Ampliationis. *AMPLIVS COGNOSCENDVM EST*. Vel illis notis. N.L. non liquet. Ampliatio prætoris arbitratu iterari ſæpius potuit. Condemnationi addita legis pœna eſt. Reo condemnato ſequtæ poſtremo ſunt ęſtimatio litis, & animaduerſio. Aeſtimatio litis, furtorum omnium ratione inita, per iudices ad pecuniæ redditionem fiebat. Animaduerſio multæ, pœnæuè legitimæ perſequtio eſt, quę mādatur prætoris curæ. Animaduerſionis illa ſunt, multa, verberatio,

Aſcon. ij. verr. Briſſon. v. ſ.

XXII.

 talio,

talio, infamia, exilium, & reliqua. Is ferè publicorum iudiciorum ordo. Qui ordo seruatus si sit, ordinario iure quæstio exercetur. Extraordinem, si præter missus. Similiter in caussis pecunarijs, ordine res agitur, si iudex actioque detur. Extraordinem, si prætor ipse cognoscat. l. vlt. D, de priuatis delictis. Nunc pauca

XXIII. quædam admonendi sumus. Primum eorundem criminum plura, ac diuersa iudicia institui posse. Vt de sepulcro violato actio quidem priuata est, in id quod iudici æquum videtur. Extraordinem quoque agi potest, vt inscriptus eo crimine titulus indicat. Cessantibus verò ijs, quorũ interest prodita ea de re actio popularis est in cẽtũ vel ducẽtos aureos. Publicum denique iudiciũ itẽ est. l. sepulcri violati. D. de sepulcro violato. De furto etiam, de bonis raptis est priuatum, extraordinariũ, & publicũ iudicium. Item de iniurijs. Deinde actiones, quę ex maleficijs oriuntur, singulos exsequi arbitratu suo posse. Hoc est ordinario iure, & per actionis formulam iudice postulato, si pecuniariter agere intendant. Extraordinẽ, & in crimen subscripto nomine si rei pœnam exerceri postulent. l. vlt. D. de priuatis delictis. l. diuus. D. expilatæ hæreditatis. Idcirco prætorem rectè prudenterque fecisse, qui forenses actiones his quoque de criminibus proposuit. l. j. D. de incẽdio, ruina. Postremò ordinem exercendorum iudiciorum penè obsoleuisse durante tamen pœna legum etiam tum cum extraordinem crimina agitarentur. l. ordo. D. de iudic. quinimo & pœna ipsa extraordinaria demũ facta est. Et caussa cognita liberum statuendæ pœnæ arbitrium ei, qui cognoscit, relictum. l. j. D. de effractorib. in hac autem cognitione præses, & pręfectus vrbi cõparantur. l. saccula-

rij.

rij. D. de extraord. criminibus. l. diuus Seuerus. D. ex pilatæ hæreditatis. Hic iam de toto genere hoc cõstituẽda formula est. Priuata delicta, quæ ordinario quis iure apud datũ iudicẽ pecuniariter persequitur, ad infimã iurisdictionem pertinere. Crimina verò siue extraordinẽ, siue legibus publici iudicij exercẽãtur, mero imperio haud dubiè contineri. XXVI.

Paucis nunc explicandũ est, qui magistratus merũ imperiũ habuerint. Hic locus ab alijs vberius & satis magna cõcertatione tractatur. Nos simpliciter, & breuiter, vt ne prætermissus omnino sit. Principio dictatorem habuisse Pomponius, & Aurelius testantur. *Itaque dictatores, inquit ille, proditi sunt, à quibus neque prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est*. Et paulo post, *summam eis potestatem tribuit*. l. ij. §. populo deinde. D. de orig. iuris. Aurelius vero. *Cum apud veteres*, inquit. *summa potestas dictatoribus ad tẽpus crederetur*. l. vnica. D. de offic. præfect. prætor. De consulibus antea disputatum est. Ante legem Valeriam etiam iniussu populi in ciuis Romani caput potuisse animaduertere, iusue dicere auctor idem Pomponius est. §. exactis deinde regibus, &. §. deinde in. d. l. ij. quo loco, animaduerterè, & ius dicere eadem significatione extulit. Vt qui iurisdictionem capitalem sublata animaduersione consulibus tribuunt, Pomponium falsò laudent auctorem. Post legem Valeriam consules merum habuisse imperium Franc. Duarenus, atque alij negant: Anto. Goueanus ita rem temperat, vt consules in ciuis Romani caput animaduertere potuisse neget, ceteram verò coercitionem etiam grauiorem illis permittat. Illud perspicuum est, vrbanum peregrinumque prætorem animaduersionis grauioris ius XXVII.

non habuisse. Si quid seuerius vindicandum fuit, ad
XXVIII vrbi præfectum eos remittere Vlpianus scribit. l. j.
D. de officio præf. vrbi. De magistratibus ijs, qui publicas quæstiones exercebant, idem ferè Ant. Goueano placet. Mouetur quia ex publicis iudicijs non semper corporis coërcitio irrogatur. Quia prætores, qui publica iudicia exercebant, non animaduertebant in facinorosos. Quia pœna ex legis potius imperio, quã magistratus sumebatur: quia populi non magistratus
XXIX. hæc iudicia fuere. Ego verò in ea sum potius sententia, merum imperium penes quæstionũ iudices, prætoresue fuisse. Quod & Cuiacius probauit. Adducor vel fortissimo Papiniani argumento, qui ait, publici iudicij exercitionẽ, cognitionẽ de vi ab eo, qui ex lege Iulia quęstionem exercet, mandari non posse, ideò quia merum imperium non transit mandata iurisdictione. Adducit in eandem sententiam Vlpianus, qui negat ius reos liberandi ad procõsulis legatum transferri, quia gladij potestas mandari non potest. Quin etiam custodiarum cognitionem extraordinem, quasi appendiculam imperij meri, mandari. l. solent. D. de offic. proconsulis. l. j. D. de offi. eius. Itaque exercitio publici iudicij, cognitio de vi mero imperio, ceu eius species continentur. Ad gladij etiam potestatem pertinet ius liberandi reos. Cum tamen vis illatæ pœna ex lege Iulia sumatur. Reorũ verò liberatio à corporis coërcitione longe absit. Quis negat imperij meri plures esse partes, quibus corporis coërcitio non inest? publica iudicia imperio legis gubernantur, non infitior. Sed quæ lex publicã quæstionem constituit, eadem magistratibus quæstionis exercitionẽ, hoc est, merum imperiũ detulit. Neque exigua eius potestas

fuit,

fuit, qui tabulis, qui testibus, qui aljs instrumentis adiuncta, aut derogata fide potuit condemnare, vel absoluere. At pręfectus vrbis exrraordinem cognoscit. Igitur ante vrbis præfectum, ante prætermissum ordinem iudiciorum merum imperium nullum fuit. In hoc errore Carolus Sigonus est, qui scribit euersa republica pro quæstione merum imperium extitisse. Hæc vox merum imperium à Iureconsultis posterioribus certè reperta fuit. Potestas tamẽ grauioris coërcitionis, cuius significandæ caussa vsurpatur, cũ ipsis est nata magistratibus. Frustra alias hæc nostra opera poneretur. Populi autem hæc iudicia fuisse quid prohibet, si ab eodẽ populo lata lege in magistratus translata sunt? Vrget Ludouicus Charondas publici iudicij exercitationem, & caussarum criminalium cognitionem meri imperij non esse, quoniam iurisdictionis appellatione dissertè comprehenduntur. Eius certè iurisdictionis, quæ iure magistratus competit, appellationie contineri, planè nego. Supremo autem iurisdictionis genere si contineantur, quod verum est, id ad rem nihil attinet. Quod verò de prætoribus dicitur, si quidem vrbanis, nihil ad rem pertinet. Sin autem quęstionum, quo pacto constarè id posit, non intelligo. Ad extremum si merum imperium illis tollunt, ecquod imperium ecquam potestatem aliam eis tribuant? De vrbi præfecto scio etiam quęri an me- XXX.
rum habuerit. Habuisse verò rectè præcipitur, qui omnia crimina sibi vindicarit. l j. D. de offic. præfecti vrbi. Vt ad eum & prætores ipsi, si quando grauiore animaduersione opus esset, rem reijcerent. l. nam salutem. l. vlt. D. de offic. præfecti vigil. Gladij quidẽ potestas, vt B. Augustinus ait, sẽper a legibus accipitur. XXXI.
Sed

Sed in propositis casibus magistratui potius, quã personæ lex merum imperium defert. Aliquando tamen personæ non magistratui. Vt cũ Capitolinus in Gordiano refert, Gordiano proconsuli Aphricæ filiũ legatum à senatu datum cum gladij potestate. Neque enim legato proconsulis ea conceditur. l. solet. D. de offic. proconsulis. Extat etiã de præfecto annonæ in antiqua inscriptione Neapolitana. M. MAETIO. pręfecto annonæ sacræ cum iure gladij. Idem statuendum est de tribunis qui in prouincias mittebantur. Seruius Sulpitius de gestis B. Martini. Ne Tribuni cũ iure gladiorum in Hispanias mitterentur. Itaque vt merum imperium penes vrbi præfectum sit, eius tamen ea species ius gladij an penes eum fuerit? Addubitat Goueanus. Nec temere, pręsertim in vrbe ea, quæ ne cõsulibus quidem secures pręferre permisit. Sed iterũ oratio nostra ad Spinosũ disputandi genus affli-
XXXII. gitur. Videamus itaque an preceptioné nostra imminuta impediat subtilitas interrogationũ, quibus irretitas Eguinarij rationes Goueanus tenet. Sic ille concludit merum imperium à iurisdictione non seiungi, neq; adeo merũ esse *Si purum*, inquit, *à iurisdictione, & merum prorsus est quid iudiciale appellatur*. At si dicas à iurisdictione criminali, mistum esse cõcludet. Si diluas. Specialem, & propriam iurisdictioné, hoc est de Eguinarij sententia facultatem iudicandi nõ inesse mero. Tũ ille, neq; misto hãc in esse verè. Sed inest misto ea, quam mediã, & latiorem Eguinarius vocat. Nimirũ, Goueanus vrget, impropriam. Insultat tunc ridiculũ esse si imperium appelletur merum, quia se iunctum sit à iurisdictione non vera, & propria, sed impropria atque notha. Mistum ipsum imperium merum quoq; esse,

esse, quod separatum sit à iurisdictione impropria, id est, criminali, & propria, id est, iudicatione. Tum, criminalis iurisdictio, species iurisdictionis est. Vera igitur iurisdictio, vt homo verè animal, illud satis constat. Nam de capite ius dicitur. l. ij. D. de orig. iur. At criminalis iurisdictio inest imperio mero. Igitur mistum quoque merũ imperiũ est. At inquies criminalem proprie iurisdictionem nõ esse. Minus certè proprià tutoris datio iurisdictio est. Quæ Vlpiano iurisdictio planè non est. l. muto. D. de tutelis. Inest tamen ex hypothesi misto imperio, mistũq; inde dicitur. Ita Goueanus suis Eguinariũ decretis impedit. Exq; principijs ab eo positis conclusè, & aptè videtur ratiocinari. Nisi fortè esse, & appellari impropriè, pro eadẽ sententia non rectè accipit. Nobis cum Eguinario nihil conuenit de iurisdictione infima, deque misto imperio, cui ille notiones legis pessimè ad nectit. Nostra tamen paucis sic expedies. Imperium merum secretũ, & diuulsũ ab ea iurisdictione esse, quæ iure magistratus competit, hoc est propria, & vera iurisdictione. Quæ inest in misto imperio, tanquã genus in suis formis, non verò specialis iurisdictio. Tum merum imperium non habere admistam criminalem iurisdictionẽ, quasi ex ea, & differentia alia constetur. Sed ipsum imperium merum, qua supræmæ iurisdictionis species est, criminalem esse iurisdictionem. Reliqua ipsa labant absque alia verborum machina.

Summæ rerum ac sententiarum.

j. *Natura notionum legis. Cur separatur. Eguinarij, & F. Duareni error. Item Goueani.*

ij. *Tutoris*

ij. *Tutoris datio quibus imperatoribus aut legibus data magiſtratibus, & quibus.*

iij. *Explicatur.§.ſed hoc iure inſt. De Attiliano tutore.*

iv. *Vocatur indubium res tota, & cur legatus proconſulis det tutores.*

v. *Explicatur.l.legatum proconſulis. D.de offic. proconſ.*

vj. *Hotomani ſententia refellitur.*

vij. *Vocis propium. Notio præcipua quædam.*

viij. *Duumuiri non ex delegatione, ſed ex lege tutores dant.*

Diſtinguntur delegatio, & iuſſus.

ix. *Officium iuriſdicundi an tranſiat mandata iuriſdictione.*

x. *Tranſactio alimentorum lege conceditur.*

xj. *Decretum de venditione prædiorum minoris.*

xij. *Exercitio, & præbitio conſilij.*

Conſilium quid? Lælij fœlicis locus.

xiij. *Actiones legis iuris ſunt.*

Explicatur.l.nemò alieno. D.de reg.iuris.

Lege agere quis dicatur.

Explicatur actiones legis ordinariæ, quæ in.l. ij. D.de orig.iur.

Refellitur .I. Oroſcij ſententia.

xiv. *Actus legitimi qui?*

xv. *Lege agere, & iure legitimo agere diſtingūtur.*

xvj. *Caroli*

 mandari

mandari possunt.

Restitutio in integrum. Datio possessionis decretalis, datio iudicis.

Expolitur ex natura rei. Diluuntur obiectiones latè.

xxvij. *Faber refellitur.*

Legatum non esse magistratum, sed vice magistratus fungi.

Habere tribunal.

Cognitiones extra ordinem delegari posse. Goueani error.

xxviij. *Cognitionem status delegari posse.*

Explicatur. l. non distinguemus. §. de liberali. D. de recep. arb.

Cognitionē stat⁹ Romæ nō fuisse extraordinariā.

Qui fuerint iudices maiores.

xxix. *In prouincijs cognitio stat⁹ fuit extraordinaria*

Error eorum, qui hæc confundunt.

Non posse dare iudices, & non posse mandare distinguntur.

xxx. *An iudicis dādi licētia ex lege speciali cōpetat.*

Explicatur. l. cum prætor. D. de iudicijs.

Iure magistratus, aut more maiorum competere, & à lege dari, eadem significatione.

xxxj. *An edicti proponendi facultas delegetur.*

xxxij. *An actiones populares. An aliæ, quæ recensentur, notiones.*

Tit. IV.

Tit. IX. De ijs quæ iuris sunt seu legis notionibus.

SEquitur pars altera iurisdictionis eius, quæ nõ iure magistratus, sed à lege nominatim datur. Quam nos notiones legis, seu ciuiles quæstiones appellari posse censuimus. Neque de verbo valde laborandum est, cum de re constet. Seposita autem hæc pars merito: quia iure magistratus non competit: quia mandari non potest per se, neque mandata generali iurisdictione transferri: quia ab imperio, ac iurisdictione, ipso auctore Vlpiano separatur, à iurisdictione inquam ea, quę iure magistratus competit. Ab imperio misto, & mero, cum ad maleficia punienda non pertineat. Vt duplici nomine Eguinarius erret, qui modo huic, modo illi tribuat. Duarenus etiam quasdam huius partis species misto sub imperio collocat. Sed recessit ab ea sententia in posterioribus commentarijs. Goueanus in prioribus de iurisdictione scriptis dilucidè separat. In posterioribus implicatius. Disertè quidem, & explicatè Iac. Cuiacius, in extremis obseruationibus. Species nunc recenseamus. *Tutoris datio*, vt hinc auspicemur, *neque imperij est, nec iurisdictionis, sed ei soli competit cui nominatim hoc dedit, vel lex, vel Senatus consultum, vel princeps*. Vlpianus in. l. muto. D. de tutelis. Nimirum prætori vrbano adhibita tribunorum plebis maiore parte, potestatem hanc lex Attilia dedit. Præsidi prouinciarum lex Iulia, & Titia instit. de Attilia no tutore. Legato verò proconsulis senatus consultũ

I.

II.

factum auctore Diuo Marco siue ex oratione Marci. l.iv.D.de tutorib.& curatorib.Idem Princeps hoc iuridico Alexandriæ permisit.l.j.D. de officio iuridici Alexand.Vrbi præfecto Seuerus imperator.l.j. D. de offic.præfecti vrbi.Magistratui municipali posteriores constitutiones.l.ius dandi.D.de tutorib. & curatorib. Quibus sanè nisi lex aut Senatusconsultum, aut Princeps hanc potestatem dedisset, quamuis magistratus sint, eam non haberent. Et verò qui habent, quoniam non iure magistratus habent, sed ex legis delatione, idcirco eam exercerè debent: prout eis officium hoc iniunctum est. Vrbis scilicet præfectus non omnibus tutores dat, sed illustrium, & clarissimorum.l.j.C. de tutoribus, & curatoribus ceterorum filijs prætor, & hoc est, quod Iustinianus
III. ait, præfectum vrbi, & prætorem tutores dare, *Secundum iurisdictionem suam*. Id est secundum id, quod eis lege iniunctum est. Ille vt illustribus, hic vt det ceteris secundũ finem, & modum officij sui. §. hoc iure inst. de Attiliano tutore. Ita fere Theophilus, cuius sententia sic explicanda est. Cum itaque tutorum datio ex legis concessione proficiscatur, neque mandante præside alius tutorem dare poterit.l.nec mandante.D.de tutoribus, & curatorib. Idque ex formula Papiniani in.l.j.D.de officio eius. At huic præceptioni oc-
IIII. ni in.l.j.D.de officio eius. At huic præceptioni occurritur, legatum proconsulis, qui nihil proprium habet, nisi mandata ei iurisdictio sit, dare tutorem ex mandato posse.l. legato proconsulis.D. de officio procósul.l.j.D.de tutoribus, & curatoribus. Duumuiros quoque non ex iure suo, sed mandato, atque iussu præsidis tutores dare.l.ius dandi.D. de tutorib. & curator. §. sed hoc iure institut. de Attiliano. Quid?
tuto-

tutoris datio ius dicentis officio continetur. l. j. D. de iurisdict. At mandata iurisdictione totum officium iurisdicendi mandari auctor Vlpianus est. l. j. D. de suspect. tutoribus. De re tota simpliciter, & brebiter præcipiendum est. Legato proconsulis non ex vi mãdatæ iurisdictionis, vt falsò Ioannes Robertus, atque alij opinãtur: sed ex cõstitutione Diui Marci tutoris dationem vt dixi competere. l. j. D. de tutorib. & curatoribus. Itaque post mandatam a proconsule iurisdictionem, hoc ille proprium habe, nam Diui Marci oratio ei detulit, cui proconsul iurisdictionem mãdauit suam, & hoc est, quod Põponius significat, legatos post mandatum iurisdictionem proprium aliquid habere posse, antea non posse. l. xiij. D. de offic. procõsul. Proprium interpretor, id est lege nominatim delatum. Ita in. l. j. D. de officio eius, *Qui mandatam iurisdictionem suscepit, propriũ nihil habet*, explico propriũ, id est à lege delatum. Ostendit mox subiecta ratio. *Verius est enim more maiorum iurisdictionem quidem transferri, sed merum imperium, quod lege datur, non trasferri*. Neque quidquam apud me obstat, quod ex eo responso F. Hotomanus astruit, eum cui mandata iurisdictio est nihil habere proprium, hoc enim verè ita dicitur, quatenus aliena quis vtitur iurisdictionè, nihil eum habere proprium, nihil suo, sed alieno ex imperio atque præscripto omnia peragere. l. & si prætor. D. de officio eius. Nihil verò prohibet extra mandatas species, aliquid proprium ex legis concessione ei contingere, cui mandata iurisdictio est. Eguinarius tamen Baro subtilius hæc concludi, & quidem vitiosè captatis, ijs Pomponij verbis opinatur. Non tamen Cuiacio, non Goueano, non Fabro ita videtur, sed

[Margin: V. — beside "præcipiendum est. Legato proconsulis…"]
[Margin: VI. — beside "latum. Ita in. l. j. D…"]
[Margin: *Libr. iij. c. iv.* — beside "quidquam apud me obstat…"]
[Margin: VII. — beside "Hotomanus astruit…"]
[Margin: *Lib. obser. vij. c. xxj.* — beside "captatis, ijs Pomponij… / Cuiacio…"]

aptè & verè. Nec etiam placet, quod illo eo loco Hotomanus implicatis de proconsulis legato responsis
VIII. iuris discrepantiam inuehit. Duumuiris quoque ius dandi tutores non ex mandato, sed ex legis datione est. l. ius dandi. D. de tutorib. & curatorib. Neq; quidquàm prohibet, quod suo iure facerè possunt, id si ex præsidis iussu, atque præcepto exsequantur. l. tutores. D. de confir. tutore. l. Lucius. §. cum testamento. D. de administ. tutor. l. j. §. magistratibus. D. de magistratibus conueni. Quibus iussi si parent, iurisdictione tamẽ vtuntur non aliena, nõ delegata; sed sua. Mandatum, & iussum eleganter Iac. Cuiacius separat. Ex Vlpiano. l. j. §. sed ego quæro. D. quod iussu. mandatum possumus recusarè. Iussum necessitate ad-
IX. stringit. l. & quidem. D. ad Tertillianum. Mandata postremo iurisdictione transfertur iurisdictio, quę iure magistratus competit, hoc est officium iurisdicundi totum, non abscisse, sed ferè totum, & quibusdam exceptis. Idq; mox fusius cũ de. l. j. D. de suspectis tu
X. torib. De alijs quoque legis notionibus relatũ est. Si alimenta relicta testamento sint, transigi de ijs, nisi auctorè prætore ex oratione Diui Marci, non potest. Sed neque mandare ex hac caussa iurisdictionem vel præses prouinciæ, vel prætor poterit. l. cum hi. §. sed neque mandare. D. de transactionibus.

XI. Quin si minorum prædia vendi necesse sit, tutori, aut curatori prætor, aut prouinciæ præses caussa cognita ex oratione Diui Seueri permittent. l. j. D. de rebus eorum. Nec mandata iurisdictione eam possunt transferrè quæstionem. l. ij. D. de officio eius. Similiter is, cui à prætori iurisdictio mandatur, non potest exercerè consilium. Cuius exercitio, & præbitio

præbitio manumittendi cauſſa, defertur ſenatus conſulto. l. vnica. D. de officio Coſſ. de conſilio ita Lælius Felix ad Q. Mutium: *Qui non vniuerſum*, inquit, *populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non committia, ſed conſilium edicere debet*. Apud Vlpianum certè conſilij nomine intelligũtur ij, qui vt de cauſsis manumittendi cognoſcant, cum prætore, aut præſide conueniunt. Vnde etiam conſiliarij, adſeſſoresque appellati ſunt, qui ad ea conſilia adhibebantur. Romæ quinque Senatores, & quinque equites Romani. In prouincia viginti recuperatores ciues Romani. Ita ex Vlpianò atque Theophilo doctioribus iam pridem conuenit. Ius autem huius conſilij cogendi conſulibus delatum eſt. l. j. D. de officio conſulis, lege tamen, vt mandari nequeat. dict. l. ij. D. de officio eius. Lib. 1.

Ad hunc quoque numerum aggregandæ ſunt legis actiones. Legatus quidem proconſulis, cui proconſul vniuerſam iuriſdictionem mandat, tamen actioné legis non habet. l. neque adoptare. D. de officio procóſul. Hoc eſt, quod Vlpianus alio loco ait. Nemo alieno nomine agere poteſt. l. nemo. D. de verbor. ſign. id eſt, non alius quam magiſtratus, is, qui legis actionem habet, agere lege poteſt etiam illius ex mandato, atque delegatione. Qui manumittit, emãcipat, adoptat, vel in adoptionem dat, lege agere proinde dicitur, vt magiſtratus is, qui auctoritatem præbet. Qui verò manumittitur, emancipatur, adoptatur, lege quidem non agit, veluti neque qui tutorem accipit, aut tutor ipſe conſtituitur. Horum verborum duplex in iure ſententia eſt. Agere lege dicitur, qui experitur iudicio. Et actiones legis, ordinariæ conſtitutæ apud Pomponiũ XIII.

in

in.l.ij.D.de orig.iur.quo ſenſu Ioannes Oroſcius eximius iuris ſcriptor accepit.l.ij.D.de officio proconſulis.Sed minus rectè. Deinde eum dicimus agere lege,qui actus legitimos,vel actiones legis inſtituit. Ritu quodam ſollenni, & legis formula certa, de qua ſi quid immutatũ prætermiſſumuè ſit, verbis alijs vſur-
Briſſonius lib.ſelect. ij.c.xx. patis,aut perſona alia ſuffecta, vt ex Caio.I.C. Boëtius docet, receſſum à formula prorſus eſſe videbatur.
XIV. Actus legitimi noti ſunt,aditio hæreditatis, optio ſerui,adoptio,emancipatio,manumiſsio,datio tutoris.l.actus legitimi.D.de reg.iur. ſic Vlpianus ſeparat lege agere,& iure legitimo agere. In inſtit. titulo
XV. de tutoribus. *Moribus*,inquit, *tutor datur mulieri pupilloue,qui cum tutore ſuo lege,aut legitimo iudicio agere vult*. Per-
Lib.j. de iudicijs.c.ix. peram autem Carolus Sigonus actione legis iuriſdictionem ſpecialem definit.
XVI. Perperam ordinarias, & ſollẽnes actiones permiſcet, adoptionem, manumiſſionem & reliquas cum vindicationibus, & cõdictio-
Cap.viij. nibus.Idem eodem libro iuriſdictionem in iudicatione poſuit,verbum autem iudicandi ad omnia decretorum genera producit.Vtrumque etiam praue. Sed
XVII. videamus manumiſsio, quæ legis actio eſt, fieri apud legatum proconſulis quo pacto poſsit, auctorè Paulo.l.apud proconſulem.D.de manumiſſ.vindicta an-
Libr.obſer. in.cap.iv. ne pugnet cũ Martiano in.l.iv.D.de officio proconſul.pugnare planè Franc.Hotomanus arbitratur. Plerique tamen in eam ſententiam eunt, vbi proconſul in prouincia ingreſſus eſt, rectè apud legatum manumitti,antea non item.Illã Pauli,hanc Martiani ſententiã eſſe.Eleganter cõtra Cuiacius.Si antequã proconſul in prouinciã ingrediatur,voluntariã legato iuriſdictionẽ,ſub qua manumiſsio eſt,mãdat; cur etiã ante

procon-

proconsulis aduentum manumissio apud legatum nō fit? aut rursus vbi proconsul in prouinciam est ingressus, quo pacto manumissio apud legatū fiat, qui actionem legis non habet. l. iij, D. de offic. procōsulis. Quare ex veterum codicum fide, Pauli locū ita restituit. *Sed & apud legatum eius manumittere non possumus.* Accepi ab alijs ita in quibusdam codicibus legi. *Sed & apud legatum Cæsaris manumittere possumus* Cęs. pro eius. Petrus Faber ita censet, actionem legis, & iurisdictionē legis, & iurisdictionem voluntariam speciatim mandari non posse. Si tamen vniuersa iurisdictio mandetur, etiam actionem legis mandato contineri. Sed quo id testimonio, qua ve caussa ita definiat, nō exprimit. Definitioni vero aperte Martianus repugnat, qui apud legatum esse legis actionem omnino negat, cui tamen proconsul vniuersam iurisdictionem manda re solet. Vt vel inter iuris auctores dissidium fateri, vel codicum ex Cujacij auctoritate fidem sequi, necesse sit. Sciendum tamen est legis actionem magistratibus municipalibus cōpetere. l. iv. D. de adoptionib. l. vlt. C. de manumissis vindicta, non mandato, sed beneficio legis. Mandari enim non potest, vt neque ceteræ legis notiones, & hæc forte caussa est, cur tutoris datio, quę inter actiones legis numeratur, mandari non potest. Goueani enim ratio displicet, quia datio tutoris ad priuatum spectat. Priuati, inquit, potius quàm magistratus est dare tutores. Si proprijs suisque liberis rectè: non idem verò, si alienis tutor dandus sit. Petrus Faber longè aliter censet, notiones legis ideo non mandari, quia prætoris decretum cognitionemque desiderant. Difficilis hæc præceptio, & tractatus longè operosioris, quàm ea ipsa in quam incidit. Nam

Lib. obser. I c. I. li. xv. c. xix.

XVIII.

XIX.

XX.

si illud admisseris, dabis etiam inuitus multa pręterea mãdari non posse, vt restitutionẽ in integrũ. l. iij. D. de restitut. in integ. cognitionem de statu. l. deinde. §. ceterum. D. de lib. exhibend. Addas item oportet iudicis, iudicijque dationem, quę non nisi caussa cognita à pręt ore decernitur, caussas item omnes, quas prętor, cum extraordinem cognoscit, diiudicat, in qua sententia Goueanus est, dationes quoque bonorum possessionis, quę decretales sunt, missionẽ, si duratũ sit caueri. Denique vt vno verbo dicam, quęcumque alia prætoris cognitione expediuntur. Fidem ita faber rei totius constituit. Vbi decretum est necessarium, prætorem ipsum desiderari, neque alium expedire posse. l. vbicunque· D. de reg. iuris, adeo vt quæ causę cognitionem desiderant, ab ipso Principe per libelli subscriptionem & interpellatione planaria expediri non posint. l. nequidquam. §. vbi decretum D. de officio proconsulis. Decretum parte altera interueniente interponitur, causæ cognitio vtroque præsente fit, vtraque tamen res magistratum sedentẽ postulat, vtraque tribunal. l. iij. §. si caussa. D. de bonorum possess. l. ij. §. dies. D. quis ordo in bonor. possess.

XXI.

XXII. Tribunal Grecis βῆμα, sellam, maiorum esse magistratuum. Legatum verò mãgistratum non esse, qui à populo, qui à principe creatus non sit, qui quasi minister, & comes proconsulis mittebatur, qui peditus ante Septimium Seuerum non vehiculo ambulauit. Itaque legatum bacillos, non fasces, subsellia non tribunal, habuisse, eius rei documentum esse in l. Vlt. C. vbi, & apud, quem fauet etiam huic sententię Rebardus qui opinatur pretores nunquam interposuisse decretum nisi de Consilij sententia, præbere au-

tem

tem consilium etiam is non potest, qui mandatam iurisdictionem habet. Addunt iurisdictionem à proconsule, non cognitionem mandatam esse, si quando cognitio mandata sit, leuem & aliqualem cognitionem, non plenam interpretantur, hac distinctione multa explicant, qua quidem in re Fabro, & Reuardo XXIII
duo cum Accursio, Bartolo, & reliquis, qui de iurisdictione scripsere conueniunt. Vnum, quod decretum desiderat, mandari non posse, ex eadem l. necquidquam. §. vbi decretum. D. de offiic. procons. sed interpretes prisci libellum pro legato accipiunt, nusquàm relata verbis significatione. Alterum, quæ summatim, & aliqua caussæ cognitione expediuntur, mandari posse, quæ veró cognitionem plenam, exactamque desiderant, non posse. Quinimo huc reci XXIV
dit insolens illa distinctio, quam Goueanus reperit, quædam imperij esse, quædam imperij magis quàm iurisdictionis, illa caussa cognita excussaque plenè expediri, hæc summatim, & leuiter, neq; semel in Eguinarium inuehitur, quod scribat ea mandari posse, quę imperij sunt, quod ipse negat: fatetur tamen de ijs, quæ imperio magis, quàm iurisdictioni tribuuntur, fit itaque sępe, quod à me non semel obseruatum est, vt antiqui interpretes ex capitibus iuris prauè peruerseque intellectis multa tamen præcipiant verè, quæque alijs ex locis etiam eleganter tuteris; notus locus est ex falso vera aliquando concludi. Omnia accuratè, & eruditè Petr. Faber. Verum enim re lentius fastidiosiusque probata, placet potius quæ decretum cognitionemque caussæ desi- XXV
derant, ea, nisi contra nominatim cautum sit, mandari posse. Nam si illa definitione vteremur, quid

opus esset enumerare notiones, atque decreta ea, quæ prætor, præsesue mandata non potest iurisdictione transferre? Enim verò, si quãdo eius generis notiones incidunt, auctores iuris mandari non posse, frequentes exprimunt. Nec verisimile fit, si plena ac leuis cognitio in ea re separarentur, nulla id veterum præceptione, nullo testimonio iuris declarari. Quinimo decretorum omnium, atque cognitionum communis & promiscua ratio. Tribunal enim vbique necessarium est. Nulla cognitio, nullum decretum à prętore procedente interponitur. Itaque si vbicunque necessarium est, prętorem Paulus ita desiderat, vt mã datum excludat, nulla certè cognitio, nullum decretum mandari poterit: generaliter ille loquitur, sine distinctione, sine exceptione vlla. Age verò, quæ desiderant plenam caussæ cognitionem, ea mandari, non semel testatum est. Ita certè de in integrum restitutione obtinuit, quamquam de ea re inter consultos valde concertatum sit. Datio item possessionis bonorum ea, quæ decretalis appellatur, plenam, ac adeo duplicem cognitionem desiderat, tribunal desiderat; & tamen Vlpianus, ac Paulus misto imperio illas species tribuũt, quod quia iure magistratus cópetit, posse mã dari sępius docui. Quid? iudicis iudicijq; datio vtriusque litigatoris præsentiam, cognitionem, ius, atque tribunal postulat, & tamen mãdata iurisdictione trãsferri demonstratum satis est. Itaque distinctionis pars illa saluis iuris capitibus constare nõ potest. Sed illud iam quęram quibus alijs ex capitibus, qua iuris ratione hanc inuehant cognitionum separationem, plenã mandari non posse, leuem posse? Sanè quidem cũ prætor sine caussæ cognitione decernit, aut cum leui, & aliqua

XXVI.

aliqua cognitione tantùm, multo plus in ea imperij elucet, quàm si plena exactaque cognitio adhibita sit, plus est periculi in mandato eo, quod liberum, & solutum est, quàm eo quòd delegatum, cognitionis iudicijque vinculis alligat: tum vrgeam, cur illa mandari possint, hæc non possint? At inquiunt, vt illa mãdentur, vtilitatis caussa receptum est, quo id tempore, qua caussa, atque vbi receptum sit, vnde hoc didiscerint, expecto, cur eadem vtilitatis caussa ad plenæ cognitionis iudicia non procedat? Tribunal, inquiunt, magistratuum maiorum est insigne. Tũ ego scire cupiam an eæ caussæ, quæ plena prætoris cognitione expediuntur, iure ei magistratus competant? Si negent, legem proferant, quæ illas specialiter prætori concesserit. Sin autem iure magistratus competũt, quod sane vel ipsum tribunal magistratus insigne sua det, mandari posse, necesse est. Ita Papinianus sine distinctione definit. At Pet. Faber iurisdictionẽ, inquit, non cognitionem mandat, quam ille iurisdictionem narrat? quæ suprema est? non opinor, nec enim ab ea plenæ cognitionis caussas diuelleret. Igitur de ea iurisdictione loquitur, que iure magistratus competit, cuius species sunt mistum imperium, & iurisdictio infima. At videre virum doctissimũ oportuit extraordinarias cognitiones iure magistratus competere, & quę iure magistratus competunt, ea omnia mandata iurisdictione transferri. De prætoris tribunali, de prętorio, de secretario multa eleganter, & copiosè Petrus Faber, rectè item, cum magistratum non esse, qui à populo vel principe non creatur. Vnde etiam aptè concludas legatum magistratum non esse. Ceterum vt magistratus non sit, magistratus tamẽ vice fungitur. XXVII.

Itaque

Itaque non suo iure, sed alieno beneficio tribunal habebit, habebit tamen. In eã sententiam Antonius Goueanus propendet. Quæ mihi valde probatur. De l. vltima vbi, & apud quẽ in integrum, non multum laborandum est, ad rem non valde pertinet, & obscura impedita, atque ambigua est. Vt de ea nihil certum efficias. His cõsequens est: Cum prętor extraordinem cognoscit, vt titulo de varijs & extraord. non eum iure speciali vti, sed magistratus. Itaque mandata iurisdictione vniuersa etiam cognitiones eas trãsferri, in quibus hoc præcipuum est, ac singulare, vt per actionis formulam res non expediatur, vt iudices priuati non dẽtur. Quod ad ius ordinariũ spectat. In ea-
XXVIII que re vehementer Anton. Goueanus decipitur. Pessimè etiam ex eadem l. non distinguemus. §. de liberali D. de arbitris, docent liberalis causæ cognitionem, quasi lege specialiter delata sit maioribus iudicibus, mandari non posse. Peruertunt item l. ij. C. de pedaneis iudicib. in eandem rem Sed ratione dissimili. Romæ quidem liberalis causæ controuersia prætorũ extraordinarię cognitioni reseruata minimè fuit. Itaque passim in iudicio liberali actor ad iudices reijcitur l. cognitio l, si pariter. D. de liberalib. caus. plures in ea re iudices fuere l. Pomponius. N. xxxvj. l. tunc autem. D. de re iudicata. Ijque maiores. d. l. non distinguemus. Maiores autem accipio non magistratus sed centum viros, apud quos hoc iudicium exercebatur l. inter pares. D. de re iudicata. Vel ex illorũ ordine decem viros, qui non semel cognitionem illã
XXIX suscepere l. v. l. vij. D. de in officios test. in prouincijs tamẽ pedanei datiue iudicis cognoscere non potuerunt. Hoc est extraordinaria præsidum cognitio fuit

l. si

l. si pater. vij C. ne de statu defunctor l. ij. C. de pedan. iudicib. Itaq; Romę liberali caussę cognitiò extraordinaria non fuit, sed exerceri per datos iudices potuit, maiores tamē. Dati iudices alij maiores sunt, alij inferiores. Maiores Centumuiri, Decemuiri, inferiores ex reliquo iudicum selectorū albo. Quinimò illa Pauli verba, quia fauor libertatis est, vt maiores iudices habere debeat, nihil impedit, si de magistratibus ipsis accipias. Liberalis caussa iudices ipsos magistratus habere dicitur, non solum si ipsi cognoscant extraordinem, sed etiam si actionem permittant, iudiciū dent, sententiam exsequantur. Falsò itaque dicas liberalis caussæ cognitionem Romę extraordinem agitari, falsò item mandari non posse. In prouincijs autem rectum est, cognitionem status non per iudices, sed per præsides ipsos extraordinem exerceri. Illud verò, in prouincijs rectum non est, cognitionem status mādari non posse, quia extraordinem tractatur. Nam extraordinē cognitiones, quoniam ad mistum imperium pertinent, rectè mandari demostratum est. Goueanus iudicis dandi licentiam ijs legis notionibus adnumerat. Goueano pręstantissimi interpretes assentiūtur. Omnes de Pauli loco l. cū prætor, D. de iudic. F. Duaren. & Petrus Faber ita Paulum explicant, vt magistratibus urbanis, more maiorū, & propter vim imperij datio iudicum permissa sit. Proconsuli verò lege non speciali sed ea, quæ Prouincialibus vrbanorum magistratuum ius detulit. Itaque mandata iurisdictione iudicis dandi licentiam in proconsulis legatum transferri. l. legatus de offic. proconsul. Ego verò quod ad hanc definitionem attinet, Pauli loco nihil muto. Nam vrbi pręfectum, ceterosque Romę ma- XXX

gistratus

gistratus more maiorum, & propter vim imperij, hoc est iure suo, & iure magistratus, dare iudices omnibus conuenit, & illorum verborum hanc esse potestatem antea demonstraui. Ergo Romæ iudicis dandi licentia, non iuris, sed iurisdictionis est. Vt in hoc articulo planè Goueanus teneatur. Videamus nunc de proconsule, cui Paulus ait lege datũ esse, vt iudices det. Equidem obseruaui iam diu in libris iuris eadem sententia dici, habere iure suo, & iure magistratus, aut à lege rẽ aliquam delatam. Ait Iulianus eum mandare iurisdictionem posse, qui habet iure suo, id est, magistratus. Paulus eum posse mandare, cui lex iurisdictionem defert, eadem planè sententia l. more l. & quia, D. de iurisdictione, quæ tamen responsa commodè conciliari posse F. Hotomanus negat. Et verò hæc obseruatio vel illo Pauli loco illustratur, ait eum iudices dare posse cui hoc lege conceditur, vel constitutione, vel senatus consulto, legis concessionem tribus explicat exemplis. Proconsulis primum, deinde eorum, quibus mandata iurisdictio est, tum magistratuum, quibus more datio iudicum permittitur. Vt appareat quoniam ijs, quibus mandata iurisdictio est, (de ijs enim generatim loquitur nec res ex legato procõsulis verbi exemplique caussa nominatio coarctanda est) quoniam inquam delegatis, & Romanis magistratibus lege concessum hoc ius dicitur, non lege speciali, nec nominatim concessum esse, sed eo modo, quo lex magistratibus potestatem iure magistratus, munerisque sui defert. Quid? cum Vlpianus ait, eum, qui iudicare iubet, magistratum esse oportere, non etiam ait dationem iudicum iure magistratus competere? l. eũ qui. D. de iurisdictione. At videamus magistratus nomine

Lib. obseruan. ix.

nomine quem accipiat. *Magistratus*, inquit, *vel is qui in potestate aliqua sit*, vt puta, proconsul, vel prętor, vel alij qui prouincias regunt. Itaque quod ad hanc rem attinet, cōfundit vrbanos, prouincialesque magistra
tus. Sed progrediamur ad reliqua. Ius edicti perpetui XXXI
proponēdi, quasi mādari nō possit, in hūc notionum Numerū Goueanus reponit. Eguinarius verò posse mādari contēdit, neuter ex lege. Sed legē is proferre
debet, qui delatum à lege contendit. Quid de actioni
bus popularibus? mandari posse Goueanus item ne- XXXII
gat. Ex. l. non distinguemus. §. idem dicendum est. D. de recept. arbit. quo loco Græci interpretes non populari, sed pupillari legunt, monuit Iac. Cuiacius. Sed vt illa lectio retineatur, Paulus certè hoc ait, arbitrū non cogi de actione populari sentētiā dicere, ex quo nō illud efficitur. Neq; enim arbiter cogitur, si pœna cōmissa sit, si sacerdotiū obuenerit, si de re trāsactū sit quæq; caussa notioue sit. Nō cogitur innumeris alijs in caussis, quas tamē oēs idcirco si posse mādari neges nō argumētū ratione, sed sūma peruersitate cōcludas. Quod verò ad doctrinæ rationē attinet, actione populari siquis ita experiatur, vt & priuata cōmoda defendat, per actionis priuatæ formulā procuratore etiā cōstituto res disceptatur. l. licet in popularib. l. nō cogēdū. §. qui ita de publico. D. de procurator. vt si is conueniatur, qui ὁδὸν δημόσιον ἐκαινοτόμησε καὶ ἐνεπόδισε τοῖς τοῦ γείτονος, ἢ καὶ ἄλλως αὐτοῦ ἔβλαψε, si forte vt ijde Greci explicāt, via publica per nouū opus impedita iter in alterius fundū reiecit & fere popularia iudicia sic sunt, idest forensia, nō criminalia, atque ita vsurpantur tametsi publicis iudicijs per multa conueniant. Quod si criminalia dicas, meri imperij legibus res existimanda erit. Deniq;

L. licet in popularib. D. de procuratorib.

ad ea quæ iuris sunt, quidam ascribunt, notionem eã, qua prætor creditoribus separationem bonorum defuncti, & hæreditatis indulget, ex illis Vlpiani verbis: *De his autem omnibus, an admittenda separatio sit necne prætoris erit, vel præsidis notio, nullius alterius*. l. 1. §. de his. D. de separationibus, quo loco illa verba: *Hoc est eius, qui separationem induturus est*, nata videntur ex Glossemate illis verbis affixo, prætoris vel præsidis. Idem etiam statuunt de cognitione ea quę prætori ad mutandum post litem contestatam procuratorem ex edicto conceditur, eiusdem Vlpiani similibus ex verbis: *Hæc autem cognitio procuratoris mutandi prætoris est*. l. in caussæ, de procuratorib. ad nectitur etiam cognitio de abolitione quæ pro tribunali, nõ de plano impetrari solet, *Nec præsens*, vt inquit, Martianus : *hanc cogitationem alteri demandare potest*. l. 1. §. abolitio, D. ad. S.C. Turpill. hic tamen aliquis legem desiderabit, qua prætori cognitiones illæ nominatim deferuntur. De cognitione tamen ea, quam pręor ex senatusconsulto habet, si à familia dominus occissus esse dicetur, nemo dubitabit, cum Papinianus dissertè posse mandari neget. l. 1. D. de officio eius.

SVMMAE RERVM AC SENTENTIARVM.

j *Hæc cognitio iam olim dubia & cur de ea dubitatum.*

ij *Hodie imperatorum rescripto posse mãdari. Explicatur. l. cognitio. D. de officio eius.*

iij *L. 1. §. suspecti tutoris. D. ad. S. C. Turpillianum.*

lianum.

Explicatio. F. Hotomani, refellitur.

IV P. Fabri sententia, plena & leuis cognitio an separentur.

Refellitur, explicata l. 1. D. de suspectis tutoribus.

V Alia sententia P. Fabri, refellitur.

VJ Franc. Balduini sententia refellitur.

VIJ Antonij Goueani sententia refellitur.

VIIJ Iacobi Cuiacij sententia.

IX Vocatur in dubium, & refellitur ex multis.

X Legatis proconsulum nihil noui imperatores tribuisse.

Refellitur Fabri sententia de l. 1. D. de suspect. tutoribus.

XJ Aliorum sententia de l. 1. §. Damus D. ad S. C. Turpillia.

XIJ Confutatio illius sententiæ ex P. Fabro.

Fabri diligentia requiritur.

XIIJ Martianum Diuo Seuero & Antonino posteriorem ex multis ostenditur.

Martianum superuixisse diuis fratribus.

Expenduntur ætates ac tempora multorum responsorum.

Explicatur l. Diuus Claudius. §. imperatoris nostri. D. de iure patronatus.

XIV. Quo tempore Martianus scripserit.

Quid consulti, cum aiunt imperator noster.
Martianus & Macer æquales.
xv *Expēditur. l. cognitio. D. de officio eius.*
xvj *Præsidem iurisdictionem mandare posse.*
xvij *Iudicium & præceptio de tota quæstione.*
Expēduntur l. 1. D. de suspect. tuto. l. cognitio. D. de officio eius.
xviij *Contraria sententia. I. cusacij.*
Idem iudicandum de legatis præsidis, & pro consulis.
xix *Legatum proconsulis multa habere præcipua, & iurisdictionem propriam.*
xx *Defenditur hanc cognitionem à præside posse mandari exemplo prætoris.*
Explicatur. l. 1. D. de suspect. tuto.
Expenditur. l. 1. D. ad. S. C. Turpillianum.
xxj *Misingeri aliorumque ratio de ciuili aut criminali intentione separanda refellitur.*
Lex Cornelia publicum & priuatū continet.
xxij *Suspecti tutoris cognitionem mere ciuiliter intendi non posse, neque pecuniariter agi.*
xxiij *In suspecti tutoris cognitione neque actio, neque iudex est.*
Differt à priuatis delictis, non intenditur per procuratorem.
xxiv *Explicatur. l. non solum. §. vlt. D. de procuratoribus.*

xxv *Cur damnati iudicio famoso non notentur infamia, si res per procuratorem agatur.*

xxvj *Suspectus tutor condemnatus etiam per procuratorem infamia notatur, & cur?*

xxvij *Non posse cognitionem suspecti criminaliter intendi.*

xxviij *Hanc cognitionem suo quodam, & præcipuo iure constare.*

Tit. X. De cognitione supecti tutoris.

Seiungi cognitionem hanc, de eaque separatim à reliquis præscribere consilium fuit. Consilij nostri caussam rationemque tractatio totius rei facile aperiet. Ergo de suspecti tutoris postulatione, an superioribus adiungenda esset, vel ipsis juris au ctoribus olim dubium fuit. Forte quia vt publicum I. iudicium non sit, ad eius tamen naturam accedit proximè, hinc in ea re frequens criminis, accussationis, & punitionis mentio, alij quia populare, alij qiua ex lege xij tabularum & quasi actio legis videretur. Primum est Diui Seueri atq; Antonini rescripto ad Braduam proconsulem Aphricæ, constitutum esse videtur, vt mandata generali iurisdictione legatus procósulis cognoscere de suspecto tutore posit. Deinde II. prudentum interpretatione productum, hoc est, ad eum, cui suam prætor iurisdictionem mandat. l. cognitio. D. de officio eius. l. 1. §. damus, D. de suspect. tutorib. principi inst. de suspect. tut. Verum occurritur huic omni doctrinæ, Martiani loco, ceu Achille ali-

quo

quo, quo interpretum omnium coniecturæ rationes
III. que collineant: *Suſpecti tutoris, inquit, accuſſatio pro tri-
bunali tantum examinari poteſt, & nullus alius de huiuſmodi
quæſtione, quam præſes pronuntiare poteſt*. l. j. §. ſuſpecti tu-
toris. D. ad. S. C. Turpilianum. Franc. Hotomanus
rem ita temperat, Legatum poſſe quidem cognoſce-
re, non tamē pronunciare. Nam ſolus præſes, ſeu pro-
cōſul pronunciat. At verò Martianus examinare ac-
cuſationem, & pronunciarè eadem plane notione, at-
IV. que vi extulit. Pet. Faber tutorem poſſe apud legatū
ſuſpectum poſtulari, ipſum legatum aliquatinus de ea
quæſtione poſſe cognoſcere. Plenè tamen cognoſce-
re, id eſt examinare, & pronuntiare non poſſe. Sed, vt
reor, doctiſsimi viri nō hæc rectè ſeparant. Vlpianus
tractaturum ſe ſecundo loco pollicetur, *Apud quos po-
ſtulari quis poſsit ſuſpectus tutor*. Tum ad rem his verbis
ingreditur: *Damus autem ius remouendi tutores ſuſpectos*
I. Explicata verò re, inquit: *Oſtendimus qui poſſunt de ſuſpe-
cto cognoſcere*. Vt triplici dicendi ratione rem eandem
ſignificaſſe Vlpianum fatendum neceſſariò ſit. l. j. D.
de ſuſpect. tutoribus Vlpiano conuenienter Iuſtinia-
nus ait ius remouēdi tutores legatis proconſulum da-
tum eſſe. Et cum hoc oſtendiſſet, ſubijcit: *Oſtendimus*
II. *qui poſsint de ſuſpecto cognoſcere*. Inſt. de ſuſpect. tutorib.
quo loco nihil ille de ſe conſtituit. Itaque veriſsimi-
le non ſit, cum ſuſpecti tutoris cognitionem mandari
ſeparatim poſſe, & generaliter quoque Macer affir-
mat, iſta leui de cognitione intellexiſſe in. l. cognitio.
V. D. de officio eius. Quare cū in ea interpretatione Fa-
ber non acquieſceret, rem iterum ita explicat. Si le-
gato ſuſpecti tutoris cognitio competit, non ex man-
data iuriſdictione, ſed proprium hoc legis beneficio
illum

illum habere, vt dationem tutoris. Cui tamen non assentior. Nam si legis singulari beneficio hæc cognitio competeret, non eam sine lege Vlpianus ad eum generaliter detulisset, cui iurisdictionem prætor mandat suam, in. l. j. D. de susp. tuto. neque simpliciter, & præcisse Macer scriberet mandari cognitionem hanc posse per se, vel coniunctè. d. l. cognitio. D. de officio eius F. Balduinus aliam explicandæ rei rationem instituit. Prætorem ait, proconsulisque legatum habuisse dumtaxat ius remouẽdi aliquem a tutela. Punire autem remotum tutorem extraordinem non potuisse. Sed vnum in prouincia præsidem, aut vrbi præfectũ, ad quem tutor mittebatur. l. j. §. item solent. D. de offic. præfecti vrbi. Sed quis illa verba: *Suspecti tutoris accusatio pro tribunali tantum examinari potest*, aut illa: *nullus alius quã præses de huiusmodi quæstione pronuntiare potest*, nõ de ea accipiat cognitione, quæ remotionem tutoris antecedit, aut sententia, quæ remouet, sed de pœna qua remotus extraordinem deinde afficitur? Remotiora hæc sunt, abhorrentque longè à consuetudine communis intelligentiæ Anto. Goueanus, si proconsul etiam præsidis nomine, quod generale est, intelligatur, ita Martianum explicat. Cum legatus proconsulis cognoscit, quia vice proconsulis cognoscit, proconsulem ipsum videri cognoscere. Quod si præsidẽ eo loco propriè accipias, hoc est pro eo qui proconsul non est, rectè dici in prouincia ea, cui præest, solũ præsidem cognoscere, quia præter eum nemo pro tribunali cognoscit. Præsides enim legatum non habuisse. Illud verò huic sententiæ aduersatur; cognitionẽ hanc solam vt species alias iurisdictionis, vel generaliter cum vniuersa iurisdictione auctore Macro mandari

VI.

VII.

dari posse. l. cognitio. D. de officio eius. Ita receptum esse vt prætor, qui legatum non habet, eam prætori alteri mandet, vel priuato cuicunque. l. j. D. de suspectis tutorib. quod si prætori licet cur idem hoc præsidi non liceat, qui iurisdictionem suo iure, non alieno beneficio habet ex positione. l. more. l. prætor. D. de iurisdicton. Præterea quod dicitur præsidem non habuisse legatum, non sine contentione, & controuersia dicitur. Illud verò in controuersiam vocari non potest, præsidem iurisdictionem priuatis vel

VIII. alijs mandare potuisse. Iacob. Cuiacius, rem ita expedit. Cognitionem remouendi tutoris prætori, præsidi, eiuè qui tribunali præsit nominatim lege. xij. tabularum concedi. l. j. §. suspecti. D. ad. S.C. Turpillianū, itaque mandari non posse. Hodie verò non ipso iure, sed ex constitutione propter pupillorum fauorem proconsulis legato dari, atque adeo ijs etiam, qui ex prætoris mandato ius dicunt, prudentum interpretatione permissum esse. d. l. j. & l. cognitio. Ei verò, cui præses iurisdictionem suam mandat, idem hoc non esse concessum. Tametsi par vtilitas, fauor pupillorum exigeret. In datione tutoris idem quoque receptum

IX. esse. Vrget tamen contra generalis illa Martiani præceptio: *Cognitio*, inquit, *de suspectis tutoribus mandari potest. Imo etiam ex mandata generali iurisdictione propter vtilitatem pupillorum eam contingerè constitutum est*. Neminé excipit, neminem secludit, siue ex mandato proconsulis, siue prætoris, aut præsidis ius dicat. Idque eò magis quod Martiani lex sumta est ex libr. j. de officio præsidis. Vrget etiam, quod antea obiectum est, tutoris suspecti cognitio, si lege nominatim vt quæstiones reliquæ, defertur, quo pacto ab Vlpiano sine lege,

ſine conſtitutione deferri ei potuit, cui prætor ſuam iuriſdictionem mandat. Aut ſi ideo potuit, quod in prouincia hoc ab imperatoribus reſcriptum eſt, cur etiam, quod ijs conſequens eſt, idem in præſide non efficiatur? Cur à prouincia in prouinciam, hoc eſt, à proconſule ad præſidem argumentum non trahatur, ſi in vrbem tractum eſt? Nec obſtat de tutoris datione. Nam ius tutoris dandi Diui Marci oratio nominatim legatis proconſulis dedit, non interpretatio prudentum. Notiones iuris ei tantum cõpetunt, cui lex vel ſenatuſconſultum, vel conſtitutio principum nominatim dedit. Vlpianus, in. l. muto. §. tutoris datio. D. de tutelis, non ait, cui prudentũ interpretatio. Mihi etiam, quod Goueanus probat, veriſsimile fit, Seueri, & Antonini verbis nouum ius legatis non eſſe tributum. *Cum propriam*, inquiunt, *iuriſdictionem legatis tuis dederis, conſequens eſt, vt etiam de ſuſpectis tutoribus poſsint cognoſcere.* Macer. Addit Vlpianus, *quia mandata iuriſdictione officium ad eum totum iuriſdicendi tranſit*. Faber ait hoc contingere, non quia hæc cognitio iuriſdicendi officio contineatur, ſed quia æquum ſit, eum de ſuſpecto tutore cognoſcere, qui iuris dicendi officium habet. Sed Fabri hæc, non Vlpiani ſententia eſt, quæque diuellat potius, ac labefactet illud ipſum, quod voluit apta ratione Vlpianus concludere. Aliorum denique ſic ſententia eſt. Martianum ex iure antiquo ſcripſiſſe, quo iure legatus proconſulis hanc iuris notionem non habuit. Deinde Seuerum, & Antoninũ, qui Martiano ſuperſtites fuere, priſco iure imminuto conſtituiſſe, vt legatis hęc quoque cognitio, & remotio ſuſpecti tutoris competeret. Petrus Faber ſubtiliter hoc non vere repertum autumat. Quia Vlpianus diſtin-

X.

XI.

ctione adhibita cognitionem ab accusatione separat. Qua de interpretatione antea explicui. Nunc ego Fabri doctissimi viri diligentiam, sedulitatemque requiro, qui tempora notata præposterè, & manifestam ἀνυστορησίαν in refellenda illa sententia non accuset.

XIII. L. Septimij Seueri, & M. Aurelij Antonini, aut Diuorum Seueri, & Antonini, quorum rescriptum est ad Braduam Mauricium, rescripta, & constitutionis frequens Martianus laudat. Vt in. l. aduersus. §. tutores. D. de inofficioso. l. quāuis. D. de iudicijs. l. siquis. D. de condictione indebiti. Et sexcentis locis, etiam in tutorum caussis horum principum rescripta non semel refert. l. j. §. ex illa quoque. D. ad. L. Corneliam de falsis. Quin verò vnus profert Diuorum Seueri, & Antonini plura rescripta, quàm reliqui Iureconsulti omnes. Quod verò temporibus ijs, quibus Seuerus & Antoninus imperatores fuerè, Aelius Marcianus supervixerit, ex eo intelligimus; quod post Seuerum mortuum anno Christi. ccxij. nominat non semel M. Aurelium Diui Seueri filium Antoninum magnum, & Marc. Aurelium Seuerum Alexandrum, qui soli deinceps imperium tenuere. Vt in. l. interdum. §. Magnus Antoninus. D. de publican. & vectigalibus, quo responso cum Seueri, Antonini semel, atque iterum meminerit, Antonini Magni rescripta, quæ sine dubio posteriora sunt, recitat in. l. rescriptis. D. de diuers. & tempor. præscriptio, in. l. qui rei postulati. §. siquis autem tædio. D. de bonis eorum, qui ante sententiam. Ad Alexandrum autem respexit in. l. Diuus Claudius. §. imperatoris nostri. D. de iure patronatus. Vt rectè Anto. Augustinus animaduertit.

XIV. Quod verò imperatorem nostrum appellat,

appellat, coniectura non dubia ducitur Martianũ sub Alexandri tempora ſcripſiſſe. Etenim is eſt Vlpiani mos, atque aliorum Iureconſultorum in imperatoribus appellandis frequens. Ita etiam Aemilius Macer, Imperatoris noſtri Alexandri ad prætorium militem reſcriptum refert. l. vnica. D. ſi pendente appellatione. Vt inde preſpicuũ ſit Macrum & Marcianũ æquales, ac ſub vno eodemq; imperatore ſcripſiſſe. Nec eorum quemquam Seueri, & Antonini reſcriptũ potuit latere. Macer igitur in d. l. cognit. diſſertè ſcribit, ſuſpecti tutoris cognitionem per ſe, & ſeparatim mandari poſſe. Tum mãdata iuriſdictione vniuerſa, eam quoque cognitionem trasferri. Prior certè enuntiatio infinitè concepta eſt. Nec video cur ad eum non pertineat, qui præſidis mandato ius dicit. De præſide quęſitum eſt, an legatum habeat. Negat Goueanus, atque alij. Vel eo argumento, quod titulus conceptus non ſit, de officio præſidis, & legati, vt in proconſule. Quod tamen leue ſatis, & infirmum eſt. At verò vt legatum præſes non habuerit, iuriſdictionem tamen omnem, vel ſpecies aliquas, niſi lege prohibitus eſſet, rectè eum mandare potuiſſe dubitandum non eſt. Cui rei vel maximum documentum dat, quod idem Martianus lege nominatim cautum eſſe refert, ne præſes abolitionis cognitionem mandet. l. j. §. abolitio priuatim. D. ad. S. C. Tertillianum. Idem ſcripſit Vlpianus de datione tutoris. l. neque mandante. D. de tutoribus, & curatoribus, quod certè ſuperuacaneum foret, ſi præſes mandare iuriſdictionem prohiberetur omnino. Expoſui ſingula in vtramque partem, & minutè fortaſſe nimis, quæ valerent ad huius rei enucleationem. Quod ſatis ei fuit, qui ſe ab

XV. (margin, beside "latere. Macer igitur…")

XVI. (margin, beside "ſitum eſt, an legatum…")

 omnino

omnino assensum sustinere decreuerã. Ne tamen hæc nostra sustinentia aliter, atq; est cuiquã videatur, collatis iam caussis, quid mihi simillimum veri fiat, explicabo breuiter. Liberum cuique suum atque integrũ

XVII. vt iudicium sit. Censeo cognitionem de suspectis tu-

L. j. D. de suspect. tutorib. toribus hodie, & iure magistratus competere, & de Martiani sententia mandari posse. Illa Vlpiani verba: *Damus autem ius remouendi tutores Romæ prætoribus, in prouincijs præsidibus*, Mihi nihil afferunt, quod cum speciali legis cõcessione sit commune. Dubitatum quidem reor, an generali iurisdictionis mandato hæc quoque cognitio contineretur: & Diuus Antoninus cum Seuero respondit contineri. Macer huius responsi caussam exponit, vtilitatem pupillorum. Ipsi imperatores, *Quia* propria iurisdictione legatis mandata, consequens hoc est, vt de suspectis tutoribus possit cognos-

L. cognitio D. de offic. eius. Dict. l. j. cere. Vlpianus eandem rationem explicat illis verbis: *Quia mandata iurisdictione officium ad eum totum iurisdicundi transit*. Vt necesse sit officiũ iurisdicũdi paulo angustiore notione pro iurisdictione ea, quę iure magistratus competit, Vlpianum accepisse. Demonstrat adiuncta conclusio: *Ergo & si prætor*, inquit, *mandet iurisdictionem simili modo dicendum est, suspectum posse apud eum postulari, cui mandata est*. Nam si officium iurisdicundi primo loco, vt est latissimum, acciperetur, cõtineretque ea, quæ non sunt iurisdictionis modò, sed etiam iuris, assumta Vlpianus prætoris iurisdictione, quæ longe angustior est, viciosè concluderet, etiam eum de suspectis tutoribus posse cognoscere, cui prætor iurisdictionem suam mandat. Nam prætor mandata iurisdictione solum ea transfert, quæ iure magistratus competunt, non quæ iuris sunt. Vitium facillimo negotio

enuda-

enodabitur si Dialecticorum more orationem minute concludas. Is potest de suspectis tutoribus cognoscere, qui habet supremam iurisdictionem, id valet latissimum ius dicentis officium, at is, cui prætor iurisdictionem mādat, habet iurisdictionem, quæ iure magistratus competit. Potest igitur de suspectis tutoribus cognoscere. Hoc nemini opinor cōsectarium videbitur, sed imprimis hebes, nisi in prima sumptione officium iurisdicundi angustè pro ea iurisdictione accipiatur, quæ iure magistratus competit. Quod verò Vlpianus ait, transferri officium iurisdicundi totum, etiam interpretatione coerceri potest, vt totum sit, pro ferè totum. Nam in iure nostro sæpe fit, vt quanuis lex dicat totum, vel omne, non tamen omnia complectatur. Sed semper aliquid inde excipiat. l. in omnibus. D. de solutionib. l. maritus. ij. D. soluto matrimonio. l. & exheredatus. D. de rè iudicata, si cui forte commodior hæc ratio explicationis videatur.

Quorum autem ratio in hac quæstione explicanda sic est. Cognitionē de suspectis tutoribus ex lege xij. tabularum nominatim primum delatam esse pretori, præsidi, atque ijs, qui tribunal habent. l. j. D. ad S.C. Turpillianū. Hodie tamen propter vtilitatē pupillorum constitutione imperatorū etiam legato proconsulis esse cōcessam. l. j. D. de suspectis tutorib. Atque adeo, quoniam fauores legis interpretatione adiuuandi sunt. l. cū quidam. D. de liberis & postu. quod constitutio Seueri legato proconsulis dedit, idem receptum esse in eo, qui ex prætoris mandato ius dicit. His ego non valde repugno, si modò dederint hoc ad eum pertinere, cui præses suam iurisdictionem mandat. At occurrunt ad alios temere trahi non posse, XIX.
quod

quod legato proconsulis cōceditur. Habet enim multa, quæ ei, cum alijs, qui ex mandato ius dicunt communia non sunt non ex ijs quæ iuris sunt, cognitio publicæ quæstionis ei permittitur. l. j. C. de officio proconsulis. Et tutoris datio. l. & legati. D. de officio proconsulis, quæ non ei permittitur, qui ex mandato præsidis ius dicit. l. viij. D. de tutorib. & curatoribus. Denique legatum proconsulis propriam haberè iurisdictionem, inde intelligi, quòd neque eligitur ab ipso proconsule, sed ei ex S. Consulto datur vt Appianus scribit, quod adsessores habet. l. vj. §. penul. D. de pœnis, quod etiam sellam, lictores, & fasces in quibusdā prouincijs, vt legatus proconsulis Aphricæ Spartiano autore. Quod à legato proconsulis proconsul ipse quasi alius quidam appellatur. l. ij. D. quis à quo appellatur. Quod certè non fieret, si proconsulis illius vice, non suo quodam iure ius diceret. Itaque Vlpiani illa verba: *Quia mandata iurisdictione officium iurisdicendi ad eum transit*, contendunt in legatum proconsulis conuenire, in alium prætereà neminem. Dixi huic me sententiæ nō valde repugnare, modo id mihi dent, quod ab inuitis extorquebo. Quod legato proconsulis Diui Seueri constitutio dedit, id etiam receptum esse in eo, cui prætor suam iurisdictionem mandat. l. j. D. de suspect. tutor. qui certè ex ius dicētis officio, iurisque notionibus nihil prorsus decerpit, nihil habet iurisdictionis proprium, non fasces non lictores, non sellam. Itaque non ob eas caussas, sed quia consequens fuit prouincia consulari ad vrbem argumētum trahi. Atque adeò, quod consectarium est, & sponte sua fluit, à prouincia consulari ad prouinciam præsidialem. Nimirum vt is qui mandatu pręsidis ius dicit,

Lib. j. de bello ciuili.

In Seuero.

L. j. D. de suspect. tutorib.

XX.

dicit, de suspectis etiam tutoribus posit cognoscere. Nam vt Vlpiani ratio, quod illi assumunt, in legato proconsulis specialis sit, certè ea, quam Macer adfert, communi est omnibus, qui ex alterius mandato ius dicunt. *Propter fauorem, & vtilitatem pupillorum*. Cuius fauoris, & vtilitatis caussa pleraque in iure constituta sunt. l. ij. §. videtur. D. de testamentar. tutel. l. iij. §. præterea. D. de suspect. tutoribus. l. j. §. vltim. D. de vsuris. Igitur par vtilitas, par ratio exigit, vt exemplum constitutionis Seueri, & Antonini à legato proconsulis trahatur etiam ad eum, cui prætor vel præses suam mandauit iurisdictionem. Itaque quod Martianus ait de quæstione suspecti tutoris nullum alium quàm ipsum præsidem cognoscere posse, intelligendum est, nisi mandata ab eo iurisdictio sit. Nam qui de eius mandato pronuntiat, pro præsidis iurisdictione non imperio suo pronuntiat. l. & si. D. de officio eius, & solus præses pronuntiare videtur, cum is pronuntiat, qui eius vice ac loco est. Idem Martianus abolitionis cognitionem non de plano, sed pro tribunali expediri scripsit, & quia ex eo non confestim efficiebatur mandari cognitionem illam non posse, nominatim addidit: *Nec præsens hanc cognitionem mandare alteri potest*. Quod fecisset quoque in suspecti tutoris accusatione, si eius rei mandatum esset prohibitum. Itaque Martianus, & Macer inter se congruũt. Progrediamur ad reliqua Mysingerus, & plerique interpretes, vt de hac tota re despiciant, distinguendũ esse cẽsent, ciuiliter an criminaliter hęc postulatio instituta sit, quod mihi prorsus nõ probatur. Didici docuiq; iam pridẽ eiusdẽ rei iudiciũ diuersa ratione ad agẽtis voluptatẽ proponi posse. XXI.
Vt

Vt de Cornelia lege Paulus ſcripſit.l. licet.§.ad actio
nem.D.de procuratorib.nam & ſi pro publica vtilita
te exercetur, priuata tamen eſt. Vbi ſcholia Græca.
ὅμως πριβάτον ἐστὶ τοῦτο δὲ νόησον ἔνθα χρηματικῶς κινεῖ. Priuatum ni-
mirum tum eſſe cum pecuniariter quis agit. §. in
XXII. ſumma inſtitut. de iniurijs. Nego tamen in ſuſpecti
tutoris poſtulatione id poſſe contingere, vt duplici
forma intendi exercerique poſsit. Hoc eſt eo nomi-
ne ſeparatim neque ciuilem actionem meram, neque
criminalem competere. Articulos expediam. Ciuilis
mera non eſt. Quia quocumque modò poſtuletur, po
ſtulationis ſcopus remotio eſt. Remotionem condē-
natio continet. Neque pecuniariter eum agere dicas,
qui tutorem remoueri poſtulat. Aio etiã in hac cog-
nitione pecuniariter agi non licerè, quoniam in eam
rem actio pupillo competit tutelæ, quæ intendi ante
finitam tutelam non poteſt.l.j. & paſsim alijs capiti-
bus ſub tit.D.tutelæ. At verò ſuſpecti tutoris poſtu-
lationè ideo vtimur, vt tutelæ tutor adminiſtratio-
nem deponat. Eaque per remotionem finita locus ſit
actioni tutelæ. Poſtulatio itaque ſuſpecti exercetur
adminiſtratione pendente, eaque prohibita interea.
Quod ſi tutela vel morte tutoris vel alio modo finia-
tur, quia remotio inde ſuapte ſequta eſt, quaſi ſuper
vacuum iudicium ſuſpecti ſoluitur.l.poſt finitam. D.
XXIII. de ſuſpect.tutorib. Deinde cum pecuniariter res agi-
tur, ordinario iure rem geri antea ex poſui, hoc eſt, a-
ctione atque iudice dato. In iudicio autem ſuſpecti
neque actio, neque iudex eſt. Sed prætor cognoſcit
extraordinem, aut illius mandato qui ius dicit. Indi-
cat verbum ipſum cognitionis.l.j.D. de ſuſpectis tu-
torib.l.j.§.ſuſpecti.D.ad Tertullianum. §. j. inſtit.de
ſuſpe-

ſuſpectis tutoribus. Hæc verò cognitio longè differt ab actionibus ijs, quæ priuatis ex delictis pecuniariter mouentur. Hæ facile procuratorem defenſoremque admittunt. Cognitio ſuſpecti defenſorem non facilè. *Non facile*, inquit Vlpianus, *per procuratorem quis ſuſpectus excuſabitur.* Ita legendum eſt. l. non ſolum. §. vltim. D. de procuratoribus. Quod ſi legas, vt vulgo, *accuſabitur*, explicandum eſt, non facile accuſatio ſuſpecti defenſore adhibito ſuſcipitur. Ita Græci ſcholiaſtes retinēt, & intrepretantur. Nam ad defenſorem illa verba pertinere, euincunt, quæ poſtea ſequuntur. Non facile, id eſt, niſi nominatim mandatum á tutorè ſit, aut eo non defenſo prætor cogniturus. Ijdem Græci rectè. Addit Vlpianus, *Quoniam famæ cauſſa eſt.* Vnde diſcrimen alterum, & nobilis illa quæſtio; Suſpectus tutor, ſi per procuratorum defenditur, cur notetur infamia; cum eodem Vlpiano auctore nemo ignominia afficiatur, cuius ad defendēdū procurator admittitur. l. furti. §. ſiquis alieno. l. j. D. de ijs qui notantur infa. In iudicijs furti. Manifeſti, nec manifeſti, aut famoſis alijs, cū exſecutione prętermiſſa, res per actionis formulam diſceptatur, procuratores defenſionem reorum ita ſuſcipiunt, vt ipſi quidem damnentur; exſecutio tamen in dominum fiat dict. §. ſiquis alieno. Et. l. Plautius. D. de procuratorib. Ceterum procurator defenſorue, tametſi nominatim in ſententia appellentur, infamia non laborant. Quia non ſuo ſed alieno nomine damnantur. Non item domiuus, quia condemnatus ipſe non eſt. At verò in cognitione ſuſpecti aliter fit. Non enim per actionis formulam ius dicitur: ſed extraordinem ſuſpitionis cauſſa agitur, & condemnatio in ipſum fertur tutorem, qui remo-

XXIV. XXV. XXVI.

uendus eſt. Si quidé ob dolum, quæ illum infamia aſpergat Baſilic. Scholiaſtes in hanc ſententiã ita præcipit. titul. de procurator. vt apud me ſunt. M.S. quædam ſchedæ. ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἐστὶν ἀσοσὴκ ινθυμ ενή, ἀλλὰ ἐξτραόρδινεμ γυμνάζεται τὸ τῆς ὑποψίας ἔγκλημα, καὶ ἡ καταδίκη εἰς τὸν προτύπων ἀναφέρεται, καὶ εἰκότως ἀτιμοῦνται. Itaque non ſolum ciuilis actio, ſed ne a-
XXVII. ctio quidem. Non item criminalis mera. Nam ſi atrociora quis in tutela facta admiſſerit, is ad præfectum vrbi remiſſus accuſabitur proprio peculiarique iudicio. Hic ergo non quaſi ſuſpectus remouebitur, neq; ad ſuſpicionis cognitioné hæc accuſatio pertinebit. l. j. §. ſi quis. l. tutor. §. tutor qui ad alimenta. D. de ſuſ-
XXVIII pect. tutorib. maneat itaq; in hac ſpecie pecuniariter quis ſi agerè velit, ei in eã rem proditã eſſe actioné tutelæ. Si verò criminaliter, apud vrbi pręfectũ exercédam accuſationem eſſe. Propria ſeparataque iudicia: quæ ſuſpecti tutoris cognitionem non continent, ſed ſequuntur. Ac quod ad iudicij naturam attinet, ſuſpecti tutoris poſtulatio vtriſque interiecta, ſuis ita conditionibus conſtat, vt alterutram à ſuis finibus arceat, non publica, non forenſis eſt, non pœnam, neque pecuniam perſequitur, à lege deſcendit, neque tamẽ lex eam nominatim defert: aut ſi defert, magiſtratibus non perſonis defert, vt quæ olim mãdari nó vſquequaque potuit, hodie iure magiſtratus competat.

SVMMAE RERVM AC SENtentiarum.

j. *Qui mandare iuriſdictionem poſsit.*

Explicatur. l. more. D. de iuriſdict.

More maiorum quid? Iure magiſtratus quid?

ij. *Explicatur. l. & quia. D. de iuriſdict.*

Magiſtra-

Magistratus potest mãdare sed nõ dare iurisd.
Arnobij locus.
Delegatus non potest subdelegare.
iij. *Delegatus potest iudices dare.*
iv. *Datus iudex nõ potest delegare, neq; dare iudices*
Excipitur datus à principe.
Item casus in quibus dat arbitros.
v. *Iurisdictio mandatur priuato, vel magistratui.*
vj. *Mandari potest omnis iurisdictio quæ competit iure magistratus.*
Iudicis dandi licencia.
Mistum imperium, & eius omnes species. Lu. Charondæ error.
vij. *Item exsqeutio sententiæ.*
viij. *Mandatur vniuersa iurisdictio, vel species eius certæ.*
ix. *Explicatur. l. solet. xvj. l. prætor. xvij. D. de iurisdictione.*
Mandatur caussa vna. In personas certas.
x. *Delegatus vbi nõ potest ipse iudicare, rectè delegat.*
Aduocatus in eadem caussa non potest ius dicere, neque consilium præbere, vt adsessor neque dicere testimonium.
xj. *Cur pars vna mandari possit.*
xij. *Etiã vna specie mãdata modica coërtio cõpetit.*
xiij. *Merum imperium mandari non potest.*

xiv. *Legis notiones delegari non possunt.*

xv. *Delegata iurisdictio finitur morte delegantis.*
Legatus proconsulis non admittit iurisdictionem morte proconsulis.
Mandatum finitur morte mandatoris.

xvj. *Auctoritas tutoris eius morte re integra finitur.*

xvij. *Re integra quid sit?*
Quando dicatur iudex adiri. Quando res geri.

xviij. *Datio libelli an faciat contestationẽ litis.*
Explicatur .l.j.C.quando libellus principi datus.

xix. *Explicatur .l.siquis maior.C.de transactio.*
Explicatur .l.libertus.D.de in ius vocando.

xx. *Iudex non amittit iurisdictionem morte dantis. Et cur?*
Explicatur .l.venditor.§.vlt.D.de iudic.

xxj. *Magistratus ex furore superuenienti non abrogatur.*

xxij. *Explicatur .l.iudex datus.D.de iudicijs.*
Ciceronis locus de necessitate muneris iudiciarij.

xxiij. *Quid sit morbo sontico remitti necessitatem iudicandi.*
Plinij locus.

xxiv. *Morbus sonticus quis dicatur, An perpetuus.*
Explicatur .l.vlt.§.j.D.de Ædilitio edicto.

Expen

Multæ

Tit. XI. De mandato iurisdictionis.

EX positis partibus, & quasi formis vniuersæ iurisdictionis reliquus locus est de mádato iurisdictionis nobilis imprimis è toto argumento. Vtimur enim eo quasi differētia quadá ad singulas species cōstituēdas. Nec vlla est nota certior, qua iurisdictionē iure magistratus cōpetentē ab ea internoscamus, quæ conceditur à lege nominatim, quā prohibitione mādati, aut cócessione. Itaq; in superioribus capitibus huius loci tractatio ita incidit, vt nō solū non prætermissa, sed perfecta potius videatur, aut affecta quidē. Persequamur tamē quod reliquū, & memorabile est. *More maiorū*, inquit Iulianus, *Cōparatum est, vt is demū mādare iurisdictionem possit, qui eā suo iure, nō alieno beneficio habet.* I.
Papinianus etiā, *verius est enim more maiorū iurisdictionē quidē transferri.* l. more. D. de iurisd. l. j. D. de offic. eius. More maiorū ꝙ magistratus habet, suo quidē iure habet. Suo iure, propter vim imperij, pro imperio suo, hoc est iure magistratus, & eo ipso, quo creatus magistratus est; etiā si à lege nominatim eidatum nō sit, modo nominatim lege non sit ademtū. l. magistratus. D. ad municipal. Ita Paulus vrbanis magistratibus more concessum esse, ait, vt iudices dent. l. cū prætor. D. de iudicijs: quod quia iure magistratus competit, producitur ad magistratus cuiuscumq; ordinis. l. vltim. D. quis & à quo. Ita etiā Agellius nominatim scribit magistratus vrbanos habere multæ dictionē more maiorum iureuè suo. Quod verò Iulianus ait eum mandare II.
nō posse, qui habet iurisdictionem alieno beneficio, interpretor alieno beneficio, id est, ex mandato magistratus. Enimuerò is, qui mandatā iurisdictionē suscepit, etsi forte magistratus sit, mandare alij non potest.

Quia

quia eam alieno beneficio, id eſt, mandato, non iure ſuo habet, neque ſua ex perſona, ſed eius, cuius vice fungitur. *Et quia*, inquit Paulus: *data ei non eſt principaliter, ſed magiſtratui*. Magiſtratus autem iuriſdictionem mandat, non dat. Neque enim dare magiſtratus iuriſdictionem poteſt, ſed mandare tantum. Solius eſt populi, vel principis dare iuriſdictionem. Quod eſt facere magiſtratum. Magiſtratus magiſtratum facere nō poteſt, proinde nec dare iuriſdictionem poteſt, ſed mandare tantum. Ait deinceps Paulus: *Neque ipſa lex defert, ſed confirmat mādatam iuriſdictionem.* Legem accipio iuſſum populi, vel qui pro lege eſt, morem maiorum. Valde differunt, deferre, & confirmare, tutelam, & hæreditatem lex defert. l. j. D. de legiti. tutel. teſtamentariam confirmat, non defert. l. xx. D. de teſtament. tutel. l. lege. D. de verbor. ſignificat. lex itaque ſoli magiſtratui defert iuriſdictionem, ei verò, cui mandata eſt, confirmat, non defert. Quare cum propriam neq; ex magiſtratus, neque ex legis conceſsione habeat, reliquum eſt, vt nec mandarè poſsit. Simili ratione Arnobius concludit ſolum Deum animas immortales facere poſſe, non alium quemquam etiam diuini beneficij munere immortalem factū. *Qui*, inquit, *fieri potis eſt, vt alijs præſtare id quod ipſe eſt, valeat. Cum alienum id habeat, & maioris potentiæ commodatum?* Tenendum tamen in ea re præceptum eſt. Quanquam is, cui mandata iuriſdictio eſt, quoniam mandantis non ſua vice fungitur, mandare alij non poſsit. l. & ſi prætor. l. mandatum. D. de officio eius. l. more. l. & quia. l. ſolet prætor. D. de iuriſdictione, iudices tamen dare rectè poteſt. l. iij. D. de iuriſdict. l. cum prætor. D. de iudicijs. l. legatus mandata. D. de officio proconſul. At verò qui

Libr. ij. aduerſus gentes.

III.

qui datus iudex est, neque mandare iurisdictionem potest, quam propriam alienamuè non habet, neque iudices alios dare. Excipitur qui à principe iudex datus est. l. à iudice. C. de iudicijs. l. vnica. C. qui pro sua iurisdict. excipiuntur arbitri rationibus putãdis, probandis fideiussoribus, distrahendis ijs, quę mora deteriora fiunt; quos dare etiam speciales iudices de Cuiacij sententia possunt. Quod itaque Iulianus ait, eum qui iure suo iuris habet dictionem, posse alij mandare, accipiendum est non solum de vrbano magistratu, sed etiam de prouinciali quocumque. Prætereà illum mandare posse tam homini priuato, quàm magistratui. l. etsi prætor. l. vlt. D. de officio eius. Sic apud Liuium prætor peregrinus Vrbano iurisdictioné mandat. Et præses duumuiris. l. iv. §. j. de damno in fecto. Iurisdictionis autem verbo complectimur simplicem nudamque iurisdictionem, & mistum imperium. De iudicis dandi licentia satis anteà nos disputauimus. Misti imperij nominatim in eam sententiam Papinianus, & Paulus meminere. l. j. §. vlt. l. vlt. D. de officio eius. Eius plures species, quæ mãdari possunt, refet Macer. l. iv. §. vt possessio. D. de officio eius. Neq; eximenda est ex eo numero exactio, Gæcis ἐκβιβασμός, hoc est missio in possessionem, vel capio pignorum ex caussa rei iudicatæ. Quàm nos exsequtionem dicimus. Habet verò is, qui ex mandato ius dicit. l. iubere cauere. D. de iurisdict. l. ea quę. D. ad municipalem. Nec solum si ipse sententiam tulerit, sed etiam si iudex ille, qui ab eo datus est. l. à Diuo Pio. D. de re iudicata. Pręterea, quod ad hunc articulum pertinet, si datus iudex iudicandi munus recuset, eũ iudicarè iubet non solum magistratus, sed & is, cui magistratus iurisdictionem

IV.

Lib. obser. ix. c. xxiij.

V.

Lib. xxiv.

VI.

VII.

dictionem mandat. Quid enim hoc ei non liceat, cũ hęc iubēdi vis, & quasi exactio misti imperij sit? Quę que iurisdictionem necessario comitatur. Itaque non rectè Ludouicus Charondas has species separat, & iubendi facultatem ei denegat, cui mandata iuris-
VIII. dictio est. Omnino autem prætor aut iurisdictionem vniuersam mandat, aut speciem vnam: l. solet. l. prætor. D. de iurisdictione. Speciem vnam, vt cum prætor magistratui municipali mandat iubere caueri dãni infecti, & vt vice cautionis in possessionem mittat. l. iv. §. j. D. de damno infecto. Mandat etiam vt idem Vlpianus libro primo opinionum scribit in
IX. personas certas, vt in publicanos vel mancipes. Aut ex iusta caussa in litem vnam, vt si prætor paulo ante præturam qua in lite aduocatus fuerit, eadem de lite ius postea dicere non debet, sed alij id mandare, quò
X. pertinet Pontificia definitio in cap. iudex de offic. delegat. l. vj. id quod iuri satis consentaneũ est. Nam qua de lite aduocatus quis fuerit, in ea neque esse debet in consilio ius dicentis. l. penul. D. S. tit. proximo de offic. adsess. l. vlt. C. de adsess. nec de ea re testimo-
XI. niũ dicere. l. vlt. D. de testib. Quod verò magistratus vel omnẽ iurisdictionẽ, vel ad vnam rem tantũ mandare alij possunt, nota iuris ratione constat. Itidem vt priuati rerum suarum procurationem deferrè alij possunt, vel mandatis ei negocijs omnibus, vel vna tantum re atque specie. l. j. D. de procuratoribus, & quemadmodum procurator, operæ nostræ vicariam operam interponere, & iuris nostri vicarius Tullio dicitur; ita etiam is, cui iurisdictio mandatur, alienam
XII. non suam iurisdictionem exsequitur. Ceterum & si vna species aut caussa vel minima à prætore mandetur,

tur, coërcitio modica, sine qua explicari iurisdictio non potest, mandato semper continetur. l. vlt. D. de officio eius. l. ij. D. de iurisdict. Præterea quoniam Iu lianus ait eum posse mandare iurisdictionem, qui habeat suo iure, docẽdum nobis est, si quid magistratui à lege specialiter, & nõ iure magistratus, concessum sit; id mandare alij non posse, quia nõ habet pro iure, & imperio suo, sed ex beneficio legis specialis. Vt me rũ imperiũ. l. j. ff. de offic. eius. l. solẽt. D. de offic. pro consulis. Excipitur species quæstionis ex lege Iulia, quæ à proficiscẽte rectè mãdatur. d. l. j. itẽ dationẽ tu toris, quã ex lege quidã magistratus habent, mandare nõ possũt. l. nec mandãte. D. de tuto. & curat. quæ di finitio procedit ad omnes notiones legis, seu quæstio nes ciuilis, quas nõ imperij, nõ iurisdictionis esse, sed iuris antea demõstraui. Ex eodẽ quoq; capite manat quod apud Paulum est; mãdatum iurisdictionis solui eius interitu, qui mãdauit. l. & quia. D. de iurisd. Hoc enim non fieret, si iurisdictio ei suo iure, vel iure magi stratus cõpeteret. Itaq; qui legato procõsulis propriã esse iurisdictionẽ defendunt, cõstãter docent si pro consul fortè decedat re etiã integra, legati iurisdictio nẽ nõ extingui. Illud enim ad mãdatũ pertinet. Quod solui morte mãdatoris re integra vulgo præcipiũt. l. mãdatũ. C. mandati. l. inter. in princ. D. mandati. Idẽ obtinuit in quacunq; auctoritate, vt si tutor adeũdæ hereditatis pupillo auctor fuit, anteaq; decessit, quã pupillus adiret: nã illa tuctoris autoritas prorsus sol uitur. l. si per epistolã. D. de ad qui here. Simile aucto ritati mandatũ est: ꝙ autẽ de mandato in vniuersum dicitur, iurisdictionis mandato aptè cõuenit. Nã nec quiquã potest ei⁹ nomine agi, qui nõ est: & principali

XIII. XIV. XV. XVI.

iurisdictione extincta reliqua quæ inde fluunt, facilè vt Goueanus ait, ruunt. Omnino autem sciendũ hoc demum ita vere dici, si is qui mandauit iurisdictionẽ, reintegra, decedat, id est, antequam is, cui mandata iurisdictio est, adiri, & negocio de quo aditus est, operam dare cæperit. Aditur iudex si lis apud eum contestata sit. Sed non eo modo tantum. Nam & dato libello oblatisque precibus adiri dicitur, & rem gerere si iudex ab eo petatur, necdum si iudicem, aut actionẽ det. Varij sunt adeundi iudicis modi, variæque partes. Aditione iudici non competenti iurisdictio paritur. Nobilis quæstio est in loco de prorogata iurisdi-
XVIII. ctione. Sed valde dubitatum est an libello data aditus iudex, contestataque lis videatur. Paulus planè negat, eum libertum, qui principi vel præsidi aduersus patronum libellum dat, in ius vocare patronum. l. libertus. D. de in ius vocando. Idem auctor respondit, qui libello principi dato se aliquem accusaturum minatus est, si non accusauit, verbis senatusconsulti non teneri. l. quæsitum. D. ad. S. C. Turpillianum. Vt libellus pro vocatione in ius pro accusatione nõ sit. At litis contestationẽ ex eo existere docent ex. l. j. C. quãdo libellus principi datus, & . l. siquis maior. C. de trãsactionib. Sed illa cõstitutio nihil generatim definit. Ad præscriptiones dumtaxat interrumpendas dationi libelli, principisque rescriptioni vim litis contestatæ tribuit. Hactenus vt actiones contra temporis præscriptionem perpetuentur. Non ciuiles, sed prætoriæ annales; atque adeo neque ciuilis, neque prætoriæ si longiore tempore perimendæ sunt. l. ij. C. eo. tit. l. iij. C. de præscriptione xxx. annorum. Quod veró in cõstitutione altera ex libello principi

oblato

oblato pœna committitur, fama læditur, & amittitur res: id efficit vis iuratæ conuentionis. Alioquin, qui contra transactionem venit, pœnam conuentam deberet, non tamen rem amitteret, aut infamia notaretur. Pactio item nuda, si iurata sit, ex nouella Leonis. lxxij. actionem parit. Paulus autem dationem libelli à vocatione in ius in edicto illo meritò separat: nam libertus pœna edicti idcirco tenetur quòd patronum inuitum in ius non sine contumelia verecundiæ patronalis rapiat. Nam si volentem traheret, haud dubiè ei impunitas ab edicto esset. l. quamuis. D. de in ius vocando. Quod itaque pertinet ad quæstionem nostram, si datus libellus prætori sit, isque ad eum respóderit, quoniam rem gerere quoquomodo cœpit, arbitror rem non integram esse. Itaque mandata iurisdictio non soluitur. Iurisdictio inquam non notio, non iudiciũ. Nam qui iudex factus est, iudex quoque permanet, tametsi is decesserit re integra, à quo datus est. l. venditor. §. vlt. D. de iudicijs. Ratio discriminis ferè explicata. Magistratus alium magistratum facere non potest, iudicem verò specialem ad vnam caussam, vnamque litẽ rectè potest. Creatio magistratuũ ad solum principem vel populum spectat. l. quidã. D. de re iudicata. l. j. D. ad legẽ Iul. de ambitu. Datio verò iudicũ ad solum magistratum vel principem. l. cũ prætor. l. qui iurisdictioni. D. de iudicijs. Iudex datus alium rursus dare iudicem non potest. Quoniam itaque magistratus dare notionẽ potest, iurisdictionem verò non potest, quem semel iudicem magistratus fecerit, is magistratu mortuo etiam re integra iudex manet. Ille autem, cui mandat suam iurisdictionem, quoniam nec eum fecit iudicem, nec facere potuit magistratum,

XIX. (margin, beside line 2)

XX. (margin, beside "ctio non soluitur" line)

stratum, neque iudex, neque magistratus est. Nec adeo
XXI. mandata iurisdictione quidquam adpeperit, quod pe
nes eum resideat, si mandator re integra decessit. Sed
videamus an furore mādantis, proinde ac interitu, iu
risdictio soluatur. Quid etiam de iudice, atq; iudicio
in ea re statuendum. Vlpianus magistratū ex nouo fu
rore prætori aut pręsidi nō abrogari definit. Si quid
tamen per furorem ac dementiam gesserit, nullius es
se momenti. l. nec mandante. §. j. D. de tutorib. & cu-
XXII. ratorib. datis Paulus datum iudicē scribit licet furere
cœperit, permanere in eodem officio, iudicandi tan
tum necessitate liberari. l. iudex datus. D. de iudicijs,
caussam Paulus adfert. Quia rectè ab initio iudex ad-
dictus est. Paulum ita accipio, quanquā eo tempore,
quo dabatur iudex, furore quis teneretur, rectè tamē
eum iudicem dari, quia vbi furor consederit, rectè po
terit iudicantis officio perfungi, sententiamque pro
ferre. l. cū furiosus. D. de iudicijs. Itaque Pauli locus
non de perpetuo continuoq; furore accipiendus est;
sed de interuallis, & requie interiecti temporis, quòd
plerumq; adsolet. l. Diuus. D. de offic. præsidis, quòd
verò apud Paulum sequitur: *Sed iudicādi necessitatē mor
bus sonticus remittit*, ad iudicē etiam datū, non ad magi
stratum pertinet iudicandi munus publicū, & neces-
sariū est, quod etiam inuitis defertur. l. vlt. §. iudican
di. D. de munerib. & honorib. l. penult. §. qui autem.
D. de vacat. munerib. Cicero pro. C. Rabirio: *Potentis
simo, & nobilissimo Tribuno plebis M. Druso vnā quæstionem
in equestrem ordinem ferenti, siquis ob rem iudicatā pecuniam
cepisset, aperte equites R. restiterunt. Quid hoc licere volebāt?
minime, neque solum hoc genus pecuniæ accipiendæ turpe, sed
etiam nefarium arbitrabantur. Attamen ita disputabant: Eos
teneri*

teneri legibus oportere, qui suo iudicio essent illam cōditionē vitæ sequuti. Et paulo post: *Tam es tu iudex quā ego senator. Ita est. Sed tu illud petijsti, ego hoc cogor. Quare aut iudici mihi nō esse liceat, aut legem lege senatoria non timere.* Itaque iudicandi munus defugere nemo potest. Ceterū si vbi iudex factus est, deinceps in hūc furorē inciderit, excusare se potest, vt ne interuallis quidē per quę sensu saniore est, iudicarè cogatur. Et hoc est quod Paulus ait iudicandi necessitatē morbo sontico remitti. Atque adeo mutarì debere, nimirū si hoc ipse desideret. Ita explicādus est Paulus. Incidēte infirmitate iudex mutatur. l. si lōgius. D. de iudic. neq; pugnant interse iudicē manere, & volentē abstinere, atq; mutari. Aliud est solui iudicandi necessitate, aliud iudiciū solui, seu iudicē esse desinere. Plinius: *Fuerunt qui dicerent, nō modo liberari iudicandi necessitate sed etiā tollendū de iudicū numero.* Itaq; iudex datus qui furere cœpit, si velit, liberari potest iudicādi necessitate. Rursus si etiā velit, dū ex morbo vacat, perfungi iudicis officio poterit. Nam morbus sonticus ex lege. xij. tabularū nō abrogat iudicandi potestatē, sed si iudex vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicij esse difissum. l. ij. §. siquis iudicio. D. siquis cautionibus. Furor autē, qui relaxat, datq; interualla, sonticus etiā morbus dicitur. Vt tertiana, vel quartana recens. l. quæsitum. D. de re iudicata. Vt morbus comitialis, Græcis ἴφιμος sonticus apud Philoxeni scholia appellatur: licet perpetuò nō noceant. Sed obstat nō leuiter. l. vlt. §. j. D. de ædilitio èdicto. Vbi Cassius negat sonticū eum morbū dici, qui ad tēpus noceat. Respondeo Casij sentētiā ad ædilitiū edictū pertinere ex quo mancipij venditori redhibitio est ob morbū, vel vitium

XXIII. (margin, beside "Itaque iudicandi")

Lib. x. epistolarum. (margin, beside "Plinius")

XXIV. (margin, beside "siquis cautionibus")

vitiũ quod latebat venditionis tempore. Edictũ morbi simpliciter, non sontici morbi mentionẽ fecit. Cassius itaq; quamuis fateatur sonticũ eum morbum esse qui noceat, tamen quod ad redhibitionem attinet. negat eum nocere, qui perpetuò non noceat. Quę certè Casij sententia alijs eiusdẽ scholæ Iureconsultis nõ probatur. Nam Iulianus in. l. Quæsitum. D. de re iudic. arbitratur sonticum esse morbum, qui tempore finiatur. Et Iabolenus libro. xiv. ex Cassio decissa illa posteriore sẽtẽtia: *Morbus*, inquit. *sonticus est. qui cuique rei nocet*. l, morbus. D. de verbor. signific. Quin etiam

XXV. hoc iure vtimur, vt edictum illud non tantum ad perpetuos morbos, verum ad temporarios pertineat. l. Pomponius. D. de ædilitio edicto. Scriptũ autem generaliter est de morbo, non de sontico morbo. Quia ibi nihil agitur de ea rè, cui hic ipse morbus obstet. l. iv. §. illud. D. de AEdilitio edicto. Morbus sonticus ex his est, quæ referuntur ad aliquid. Hoc est, qui nocet alicui rei agendæ, vt liti agendæ, iudicio disceptando, qui diem iudicij diffindit, qui comitia dirimit. Nã is morbus noxius dicitur, qui alicui rei nocet. Qua de rè, quia nihil in edicto agitur, nihil etiam attinuit morbum sonticum appellari. Maneat itaque, mandatum iurisdictionis solui mandãtis morte re integra. Quod tamẽ ad datum iudicem accomodari omnino non potest. Habet illa definitio quamuis infinitè concepta multas cautiones, neque vsurpari temerè propter rerum dissimilitudinem in re alia potest. Ad ex-

XXVI. tremũ sciẽdum est, ab eo, cui mandata iurisdictio est, mandantem non appellari, sed illum ipsum, qui appellaretur ab eo, qui mandauit. l. j. D. quis à quo appelletur. Sed obijcitur puod proxime sequitur, ex Venuleij

leij responso à legato proconsulis procósulem appel
lari. l. appellari. D. quis à quo appell. difficilis in toto
hoc genere nodus, quique facile nō expediatur, qua-
cunque aditum tentes. Quidam generali definitione XXVII.
sic se se explicāt, postquā mandata iurisdictio est, om-
nino eā vniuersis delegatis iure proprio cōpetere. Ve
rum hæc sentētia in multorū reprehensiones merito
incurrit. Nam qui mandatam iurisdictionem habet,
mandātis vice, non sua, fungitur, neque suo imperio,
aut iure, sed alieno, hoc est, eius qui mandauit. l. solet
prætor. D. de officio eius. l. more maiorum. D. de iuris
dictione. In eandemque sentētiam toties iteratur: eū
qui mādata iurisdictione vtitur nihil habere propriū
l. j. §. qui mandatam. l. cognitio. §. imperatores. D. de
offic. eius. l. legati proconsulis. D. de officio procon-
sulis. Pugnant verò, eundem in eadem re sua, & aliena
vice fungi, proprio quid imperio, & non proprio sta
tuere, eandem iurisdictionem propriam simul, & mā-
datam esse. Adde quæ propria, quæ Paulo principalis
iurisdictio est, eam à magistratibus, penes quos rema-
net, etiam post mandatum non recedere, ab eis nemi-
ni dari, neque posse verò. Aliunde quàm à lege pro-
pria iurisdictio oriri non potest. Lex solis magistrati-
bus defert; delegatis nō defert. Permittit quidem vt
mandari possit, id est, mandatam confirmat. Ita Paulū
non de Goueani sententia accipio in. l. & quia. D. de
iurisdict. Itaque quod olim multa cōcertatione vexa
tum est, id hodie in quæstionē ne vocari quidem pos
se Eguinarius, Goueanus, Cuiacius, Duarenus, Faber
arbitrantur. Vt ex eo capite nihil existat ad enodatio
nem illius loci. Iac. Cuiacius eum, cui à prætore, præ-
side, alijsue, mandata iurisdictio est, fatetur proprie XXIX.

eam iure non habere. Proconſulis tamen legatum, vbi mandata ei iuriſdictio eſt, iuriſdictionem ſuo pręcipuoque habere iure contendit. Nimirum qui proconſuli etiam inuito ceu adiutor detur; qui ſuos item comites, & adſeſſores iuris peritos habet: qui faſcibus, qui ſella vtitur. Propriam itaque huius legati iuriſdictionem eſſe, non tamen antea, quam ei proconſul ſuam vtique mãdauerit. Idq; concludi ἐξ ἀντιδιαστολῆς ex. l. legati. D. de offic. proconſulis, rectè quidem ex illo Vlpiani reſponſo efficitur, legatum proconſulis, qua fungitur mandata iuriſdictione, nihil habere proprium. Item illud tametſi paulò ſubtilius, poſt mandatam iuriſdictionem pręterque eam proprium aliquid habere. Aliquid aio, non omnia, hoc eſt, non eam illam iuriſdictionem, quam ei proconſul mandat. Nam qua demum ratione propriam ſimul, atque mandatam habeat? Aut quid eſt, quod ei proconſul mandet? Quæ vis & efficentia mandati? Cur mandata iuriſdictione ſæpius quæritur an proconſul ſuſpecti tutoris cognitionem, an dationem tutoris, an totum iuriſdicendi officium transferat? Proprium ne det proconſul, quòd vni principi, aut populo permittitur? Quod ſi ſuo legatus iure iuriſdictionem habet mandarè certè poſsit. Tamen id nusquam relatum vidimus. De-
XXX. nique ex alijs hæc ſententia attentatur. Petrus Faber cenſet à legato proconſulẽ appellari non debere; poſſe autem: nõ tamen generatim, ſed in quibuſdam certisque cauſsis. Quas notiones legato procõſulis proprio ait ſpecialique iure à lege contingere. De datione tutoris nemo ibit infitias. In cognitione ſuſpecti tutoris quid verius eſſet, non paucis antea diſſerui. Reliquum eſt vt videamus de dictione multæ. Multa

duplex

duplex eſt. Vna irrogatur delictis quam Paulus à pœ
na ſeparat non ſemel. l. aliud eſt fraus. l. ſi qua. D. de XXXI.
verbor. ſignificatione. Ab ea prouocatio eſt. l. & in
multis. C. de appellatio. l. ſi qua. D. de verbor. ſignific.
hanc neque proprio, neque alieno iure proconſulis
legatus habet. l. ſolent. l. ſi quid erit. D. de offic. pro-
conſul. Quia ad merum imperium pertinet. Et verò
maxime: ſi quid Goueano aſſentimur, qui quæſtionũ
capitalium iudices idcirco negat habere merum im-
perium, quia pœnas legum decernunt. Aut exſequun
tur potius quàm decernunt, cum iudicum in ea re-
partes nullæ ſunt. Quod verè adeo dicitur, vt in re-
rum capitalium ſententijs pœna ſæpe expreſſa non
ſit. Atque eo tralatitio capite apud noſtrates Gotho
rum leges in iudicum foro vtuntur. Alterum multa- XXXII.
rum genus eſt, quas iudices non obtemperantibus iu
riſdictioni, aut ijs, qui citati neque reſpondent, ne-
que excuſantur, dicunt. Quod rectè poteſt mandari
auctorè vel ipſo Fabro, quoniam pertinet ad modicã
coërcitionem ſine qua vana eſt omnis iuriſdictio ac
luſoria. l. vlt. D. de officio eius quoniam verò ab in-
terloqutionibus appellatio non eſt. l. vlt. C. quorum
appellatio, non recipiuntur. l. apertiſsimi. C. de iudi-
cijs. Ab huius quoque multæ dictione prouocari itẽ
non poſſe ptæcipiendum eſt. Docui anteà multæ hu-
ius dicendæ ius iudici cuivis paſsim non permitti.
Non Rationali, aut procuratori Cęſaris, non logiſtis
neque defenſoribus ciuitatum tit. C. de modo multa-
rum. Et. C. de defenſorib. de duumuiris quæſtio fuit.
Ex poſui magiſtratuũ nomine duumuiros ſignificari
apud Vlpianũ in. l. aliud fraus eſt. D. de verb. ſign. Quę
certè ſi iuris ratione cõſtãt, difficile eſt Pet. Fabri tueri

 ſenten-

XXXIII sententiam. Nam primum genus multæ non permittitur procõsulis legato. Alterum permittitur ei quidem, sed ex vi mandatæ iurisdictionis, vt idem Faber etiam scribit. Quod si ex mandato proconsulis, non iure proprio multam legatus dicit, relinquitur proconsulem à legato non rectè appellari; ne à se ipse appellari videatur. Adde à multis ijs prouocationẽ non esse. Vt ex Fabri sententia datio tutoris reliqua vna sit, in qua proconsul appellari à legato posſit. At Venuleius generaliter loquitur, & in vniuersum, vt ad eam speciem, nisi delũbata sententia, illius responsum coangustari non posſit. Quam ob rem Anto. Goueanus hunc ita locum expedit. A legato eppellari quidẽ

Libr. j. lict. c. penult.

XXXIV posse, non proconsulem tamen, neque id à Venuleio exprimi; sed principem. Venuleij responsum ita legit: *A legato proconsulis appellari potest*. Ceterum si legatus multam dicat, de eius iniquitate proconsulem cognoscere, ac id quod optimum ei videatur, statuere. Nimirum minuere, aut tollere. Idque sine appellatione. Goueano, Ludouicus Russardus asſẽtitur. Dissentiunt tamẽ alij, & Venuleij Saturnini locũ in maiore multa accipiunt, vel eo nomine quòd appellatio, quæ ab ea interposita est, recepta fuit. Sed sumunt, quod Goueanus negat, appellationem aut interpositam, aut receptam esse. Deinde se se in alios laqueos induunt; cum legato proconsulis permittunt maiorem animaduersionem, seu multã quæ pertinet ad merum imperium. Idem Venuleius Saturninus libro altero de officio proconsulis ea de re ita scribit: *Si quid erit, quod maiorẽ animaduersionẽ exigat, reijcere legatus ad proconsulẽ debet. Neque enim animaduertendi, coërcendi, vel atrociter verberandi ius habet.* l. si quid. D. de offic. procõsul.

Enim-

Enimuero non ſolum ille coërcerè reos, ſed ne liberare quidem poteſt. Atque etiam ſi quando cuſtodiarũ cognitionem habet, extraordinem habet. l. ſolent. D. de offic. proconſul. Itaque ob eam cauſſam nunquam ego à Goueani ſententia deducerer. Ille mihi potius reſidet ſcrupulus de multarum appellatione. Qua de rè quidquid precipitur, nego impeditũ non eſſe. XXXV. Neque ſatis mihi de diſcrimine illo multarũ liquet. Multandi quidem ius conſulibus in eos lex Valeria detulit, qui iuriſdictioni non parerent. Deinde Aeternia ſeu Aterina lege ad magiſtratus alios productum eſt. Tum ſequta æſtimatio decuſsis, atque centuſsis viginti poſt, & quatuor annos à L. Papirio, & L. Iulio Coſſ. facta. Poſtremò ex Arcadij, atque Honorij conſtitutionibus pro dignitate iudicum variatũ eſt. XXXVI. Omnino autem in hoc genere leuis grauiorque multa ſeparantur, non autem quæ nõ parentes punit, aut delictis irrogatur. Quaſi ab hac prouocatio fuerit, ab illa non fuerit. Quinimo quæ de multarum prouocationes leges ſcriptæ ſunt, eæ confuſſè, & generatim loquuntur de multis omnibus. Multarum quoque modus ſine vlla diſtinctione conſtituitur. Adde ad minorem quoque contumaciæ multam pertinuiſſe prouocationem. Indicat Ciceronis locus de legibus: *Magiſtratus neque obedientem, & noxium ciuem multa, vinculis, verberibuſque coërcento. Ni par maiorue poteſtas, populusue prohibuiſset, ad quos prouocatio eſto. Cum magiſtratus iudicaſſit, inrogaſsitue, per populum multæ poenæ certatio eſto.* Lib. iij. Quãobrem de Labeonis Vlpianique reſponſis ſtatuendũ eſt. XXXVII. Multam eſſe non certorum peccatorum, aut certa legis prefinitione ſtatutam, ſed dicẽtis arbitrio poteſtatique permiſſam, quæ pecuniariã hodie animaduerſione

uersionē habet. Deinde sciēdū est capitaliū iudiciorū hunc olim exitum fuisse. Vt condēnationis sentētiæ æstimatio litis, & animaduersio subesset. Lis in peculatus, & repetundarū caussa pecuniæ certæ redditione æstimata fuit. Animaduersio legitimā pœnā, aut multā coutinuit. Verberatio, coërcitio, talio per eius magistratus, cuius de ea re iudicatio fuit, lictores facta sunt. Infamium cura Censoribus demandata est. Exilium condēnati vrbe relicta confestim obiere in multa verò magistratus ipsi pecuniam exigebant. Idque eo magis quod pecuniariæ multæ media saltem pars in publicum inferebatur. Ita apud Frontinum. In S. Consulto de spatijs, quæ interductus aquarum vacare debent, statuitur pœna pecuniaria in eum, qui aduersus S. C. fecerit, ita vt pars in publicum redigatur, pars detur actori. Et hoc forte est, quod apud Plautū legitur, sed legirupam qui damnet, det in publicum dimidium. Itaque si ex dicta multa pecunia dissoluta non erat, ad pignorum capionem peruentum est, proscriptis auctionique subiectis bonis. Emtores tum suppositi pensitabant multas pecuniarias. Ac postea venditabant populo singulas quasque res pro suo compendio. Qui Festo, & Asconio sectores appellantur. Itaque in criminali caussa pars ea condēnationis, quæ non ex legis prescripto, sed magistratus arbitrio in pecuniæ ponebatur exactione, multa erat. Solebant quoque magistratus multas ante sentētiam dicere. Si in ius vocatus non isset, si præstituta die non stitisset, si alia ratione iudicis dicto non obtēperasset, contumaciæ, id est, leuiore crimine indicta caussa ita vindicato. Vtriusque multæ is olim modus habitus est, vt ne magirstatus crimine vel contuma-

Libr. ij. de aquæ ductibus.

In Persa. Scena. Veterem.

XXXVIII

XXXIX.

cia punienda fines grauissimæ multæ excederet. Hoc est duorum ouium, & triginta boum. Vel post legem Meneniam trium millium, ac vicessis æstimationem. Nam quod Festus Pompeius oues à bobus separat, vt in minoribus delictis duorum ouium, in maioribus triginta boum multa fuerit, & secum ipse, & doctissimis cum viris pugnat. Nam minima multa vnius ouis, id est, æris deni fuit. In maxima autem, tantum abest, vt boues ab ouibus separati sint, vt etiam religio fuerit in dicenda multa antea nominare boues, quàm oues. Plura idem Festus, & Verrius in argento signato, & legis Memneniæ tempore peccant, si modo Verrij, atque Festi sunt illa capita. Verum constitutum posteà ab Arcadio, & Honorio est, vt grauissimam multam, quæ hodie. L. librarum auri præfectis prætorio permittitur, alijs alia, egredi tamen liceat in peculatibus, manubijs, furtis, concussionibus. l. eos qui ordinario. l. illustres viros. C. de modo multarum. Quod referendum videtur ad æstimationem litis, quæ inita furtorum ratione ad pecuniæ redditionem damnato fiebat. Quoniam autem huius restitutionis iudicium non modo concipiebatur in simplũ, in quo, vt Iustinianus scribit, actor passus damnum est, sed etiam in duplum, triplum, & quadruplũ. §. omnes actiones. §. tripli. inst. de actio. cẽsendum est, quod ad subtractę rei quantitatẽ adijcitur arbitrio iudicis, si quidẽ agitatur crimẽ extraordinem, id omne quasi multę vice locoq; esse. Atq; idcirco intra modũ, atq; fines legitimę multę illud quod excurrit cogi oportere videbatur, negãt tamẽ imperatores. Fit certe ex eò, vt in peculatus explicatione Festus multę nõ ab re meminerit. Quod tamẽ Ant. Agustino

Verb. peculatus.

XL.

iniecit

XLI. iniecit mendosæ lectionis suspicioné. Ex his opinior, quæ brebiter disputata sunt, varietas & dissimilitudo multarum apparet. Itaque eius multæ, quę delictis irrogatur, quoniam pars cõdemnationis est, & finitiua sententia continetur, prouocatio quidem est. Neque antea debetur, quàm aut prouocatum nõ est, aut victus est prouocator. l. si qua. D. de verborum signicat. prouocatio itaque non permissa modo, sed etiam necessaria. Nisi fortè in dicenda multa iudex legis nõ
XLII. teneat modum. l. certa ratione. C. quando prouocare non est necesse. l. & in multis. C. de appellationib. in multis verò, quibus ante sententiam nec obedientes puniuntur, prouocatio idcirco non est, quia prouocatio omnino prohibetur ante euentum sententiæ. l. apertissimi, C. de iudicijs. l. ante sententiæ. C. quorum appellationes non recipiantur, dictio multæ præiudicium est. Præiudicium appellatur, quidquid iudex ante finitionem iudicij, id est sententiam, sine recitatione, & libelli documento decernit. Ita constitutio triũ imperatorum ad Basilium exaudienda est. In. l. omné de appellationib. in Codice Thedosiano. Et eiusdem codicis titulo. Quorum appellationis non recipiantur, per omnes constitutiones iteratur. A pręiudicijs interpositæ appellationes ne recipiantur, ac multæ præiudiciales appellantur, quas iudex interloquédo dicit. Ipsa verò interloqutio, præiudicium, articuli, articulus. Et articuli, vel præiudicij condicione is teneri dicitur, qui ob appellationem ab articulo, & præiudicio interpositam L. libras argenti multæ nomine soluit. l. ab executione. §. vltim. C. quorum appella-
XLIII. tio, non recipi, nam & pecuniaria pœna, quæ soluitur ex legis præscripto ante sententiam, multa dicitur.

tur. Ceterum, quamquam ab his multis prouocatio XLIII.
non eſt, tamen quia ſprǽtor poteſt, quæ interfando decreuit, tollere contrario imperio, poterit quoque iudex, qui multam irrogauit, eam remittere, ac moderari ex cauſſa vt damnati ex inopia. l. illicitas. §. præſes prouinciæ. §. remiſſa. D. de officio præſidis. Ita remitti poſſe multam, niſi paupertas condemnati ſuaſerit, Imperatores negant. l. eos qui ordinario. C. de modo multarum. Neque ſolum minuere, & moderari, ſed abrogare iudex, ſi maior ſit, poteſt Plinius. *Prætor Senatori multam dixit. Egit ille in ſenatu cauſſam ſuam ſic vt deprecaretur, remiſſa eſt multa.* Qui autẽ apud proconſulẽ de iniqua multa queritur, vtitur querela, nõ appellationis remedio. *Cuius verbum*, vt inquit Conſtátinus Imperator, *In maioribus rebus dici oportet. Similiter*, ſubijcit, *& ſi ad exactonẽ annonaria nominatus de iniuſticia queratur, nõ appellatio, ſed querela eſſe videbitur. Ideoque neq; tẽpora appellationũ ſeruãda ſunt, ſed mox ſuper huiuſmodi querimonijs diſceptãdũ.* l. ſi nominatus de appell. & pœnis eorũ in Cod. Theodoſiano, hæc autẽ querimonia ab appellatione re, & vtilitate nõ valde differt. Itaq; ſub appellationũ titulo illa cõſtitutio collocatur. Vt Venuleij reſpõſum in Pãdectis. Quinimo Arcadius & Honorius appellationis verbo hãc querelã cõplectũtur nõ obſcurè, cũ aiunt ab ijs nominationibus, quib' ſollẽnia nõ deſunt, appellationẽ neceſſario interponi oportere. l. nominationes. C. de appel. differte cũ appellatronẽ duo Philippi requirunt. l. ſi ad ſcribatũ. C. eo. tit. ſcio nominationũ ſpecies in illis conſtitut. ab alijs diſtingui. Fuſius hęc a nobis, & copioſi' ſed impedita nimis ſunt. Iac. Menochius pręſtantiſsimus iuris interpres de Goueani ſentẽtia, & tota hac rè aliter diſ

Lib. iv. epiſtol.

 putat.

putat. Adſentiturque vir nobis ob ſingularem eruditionem amiciſsimus. A quibus niſi ratione reddita, re-
XLIV. petitaque altius diſcedere ius non fuit. Quam obrem placet de multa ea, quam legatus dixit, proconſulem etiam non appellatum rectè cognoſcere. Placet querelam hanc, qua proconſuli iniquitas multæ proponitur appellationem dici. Dubitatum aliquando fuit an à proconſule prouocatio eſſet. l. à proconſulibus. C. de appellationib. neq; ab re igitur Venuleius, quod de proconſule conſtitutum erat, idem de legato, qui eum refert, ſtatuit à legato appellari primũ poſſe principem ſi ex Goueani lectione legẽ illam accipias, aut certè proconſulem ſi ad iniquioris multæ querelam
XLV. reſponſum totum referas. Siquis tamen vrgeat, vt tutoris dationem, ſic aliàs notiones, quæ iuris ſunt, legato proconſulis permiſſas eſſe. Cum verò legatus de eis id eſt, iure ſuo cognoſcit, nihil eſſe cur ab eo proconſul, non appelletur. Non ego valde repugno huic ſententiæ, quæ Petri Fabri fuit. Modo rei totius natura è ſuperiore noſtra ratione enodetur. Quòd verò in hoc tractatu quæſtionum nunc iudices, nunc prætores appello, ſciendum eſt vtrumque vocabulũ promiſcuum, & commune omnibus magiſtratibus eſſe. Cicero lib. iij. de legibus: *Regio*, inquit, *imperio duo ſunto, ijque præeundo, iudicandoc, onſulendo prætores, iudices, conſules appellantor* Prætores itaque olim etiam conſules dicebantur, & quidem magiſtratus omnes, quibus exercitus parebat, vt ait Aſconius libr. iij. in Verr. hinc prætorium tabernaculum, & prætoria porta apud Feſtum. Conſules etiam dicti iudices ſunt, ſed poſtea. Libius lib. iij. *Fuere qui interpretarentur, eadem Horatia lege conſulibus quoque, & prætoribus, quia eiſdem auſpicijs,*

quibus

quibus consules crearentur, cautum esse. Iudices enim consules appellari. Quæ refellitur interpretatio, quod his temporibus non dum consulem iudicem, sed prætorem appellari mos fuerit. Itaque quòd Pomponius prętorem creatũ refert, anno. ccclxxxix. ab vrb. cond. id ad magistratus, non ad verbi originem pertinet. Nos verò interdum his appellationibus communiter, sed iudicum plerumq; ita vtimur, vt ad disceptateres, & pedaneos verbum referatur. Ex his, itaque, quæ à nobis de iurisdictionis mandato exposita sunt, perspicuum satis est quàm multis XLVI.
differant is cui mandata iurisdictio est, & iudex datus ac specialis, perstringam aliqua. Mandatur iurisdictio 1
vel vniuersa. l. xvj. &. xvij. D. de iurisdictione. Vel species iurisdictionis certa vt de fideicommissis. At 2
datus iudex, qui & specialis dicitur, suus cuique liti *L. vlt. D. de*
datur. Iudex datus notionem habet non iurisdictionem. l. vlt. C. vbi & apud quem caussa. l. ait prętor. D. *offic. prætor.*
de re iudicata. Is cui mandata iurisdictio est iurisdictionem habet. Iudex datus iudicem dare non po- 3
test nisi sit datus à principe. l. A iudice. C. de indic. l. j. C. qui pro sua iurisdict. iu. d. p. Alter rectè potest. l. cum prætor. D. de iudic. quoniam datio iudicum iurisdictionis est. l. iij. D. de iurisdict. Iudex datus notionem habet seu cognitionem propriam. Is autem cui
mandata est iurisdictio, iurisdictionem habet nõ pro 4
priam, sed quasi commodatam, & vicariam. l. & quia D. de iurisdict. Iudicium non soluitur morte eius qui iudicem dedit. l. venditur. §. vlt. D. de iudicijs. Man-
datum iurisdictionis soluitur morte mandantis, si res 5
sit integra. d. l. & quia. A iudice dato is appellatur,
qui eum dedit. l. j. &. l. iij. D. quis & à quo. Ab eo au- 6
tem cui mandata est iurisdictio, non is qui mandauit,

 sed

ſed qui appellaretur ab eo qui mandauit.l.j.§.vlt. D.
quis & à quo.Nam ipſe rem iudicaſſe videtur,quæ ab
eo iudicata eſt,qui illius vice fungitur. At nõ ille qui
iudicem dedit,iudicaſſe id videtur,quod datus iudex,
cuius propriam de lite cognitionẽ fecit,ſtatuit & iu-
dicauit.Etenim ſua non illius vice iudicat is, cui non
mandatum , ſed cognitio datur . Plus eſt dare , quàm
7 mandare.Is cui mandata iuriſdictio eſt,habet quoque
ius exſequendæ ſententiæ , quod miſto imperio con-
tineri docui. At iudex datus ſententiam quam protu
8 lit non exſequitur.l. à Diuo Pio.D. de re iudicata . Is
cui mandata iuriſdictio eſt, mandatum acciperè nulla
ratione cogitur. At iudex qui iudicare iubetur, iudi-
candi munus defugere nulla ratione poteſt,cum illud
etiam inuitis iniungatur. l. vltim. §.iudicandi.D. de
munerib.& honorib. & iuſſus mandatique differen-
9 tia hoc præ ſefert . Rurſus magiſtratus ſuam cuique
mandare iuriſdictionem ſolet, ſed non cogitur. l. ſo-
let. §.j. D. de iuriſdictione . Quo fit vt hoc manda-
tum beneficium appelletur.l. v. D. de iuriſdictione.
At iudicem dare cogitur , quia ipſe iudicare ordina-
rio iure non poteſt.l.ij.C.de pedaneis iudicib.hoc eſt
ſe ipſe ſpecialẽ iudicẽ dare non poteſt.l.prætor, neq;.
D.de offic.prætoris.l.præſes prouinciæ.D.de officio
præſidis.l.prætor ipſe.D. de tutor. & curator. notus
eſt Ciceronis locus ad Q.Fratrẽ: *Quid? Prætor ſolet iudi-
care debere? vbi ſunt,negatis prætorẽ iudicarè poſſe.* Extraor
dinẽ tamen iudicare poteſt. Qui locus accuratè ſatis à
10 nobis explicatus eſt . Dati ſpecialeſq; iudices ſi malè
iudicauerint tenentur actione in factũ ex.l. vlt. D. de
11 varijs,& extraordin.cognit.magiſtratus ſi ius inique
ac iniurioſè dixerit actione ea nõ teneri prius oſtẽdi.
Si

Siquis in ius vocatum apud magiſtratum vi eximat, locus eſt edicto ſiquis eum qui in ius vocabitur, vi eximat. Ceſſat verò edicti pœna, ſiquis ad pedaneum iudicẽ vocatũ eximat. l. iij. D. ne quis eum qui in ius. Poſtulare in ius dicitur, qui apud magiſtratũ vel eũ, qui illius vice fungitur; deſideriũ ſuum exponit. Item vocari in ius, qui ad eos vocatur. l. j. D. de poſtulãdo. Ad datum iudicem nihil horum pertinet. Qui cæcus eſt, rectè ab initio iudex datur, & poſt retinet iudicandi munus. Ad magiſtratum autem cæcus aſpirare quidem non poteſt, verum non amittit iam cœptum. l. j. §. caſum. D. de poſtulando. Vnde excepta eſt. l. cæcus. D. de iudicijs, quæ ſine hac diſtinctione malè accipitur. Cicero quæſtionem illam, ſiquis ob rem iudicatam pecuniã cœpiſſet, ad iudices ſpeciales pertinuiſſe negat. Sunt & alia quædam non pauca à nobis ſuperioribus expoſita. In quibus enucleandis ſicui noſtra diligentia minuta videatur, ſciat nullam rem à veteribus ignoratam eſſe, quæ maiorem caliginem, ac tenebras huic argumẽto obduxerit. Ad extremũ ſciẽdum eſt datorũ iudicũ, quod prius nõ ſemel explicui, non vnũ eſſe genus. Nam iudex qui à magiſtratu datur, etiã ſi datus ſit ex auctoritate principis nominatim iudicẽ qui daretur declarantis, iudicem aliũ dare non poteſt. l. vlt. D. quis & à quo. l. j. § denique. D. de appell. Ceterũ ſi datus ſit à principe ipſo certã, vt ſæpe fit ad litẽ, tum iudicẽ poteſt, dare vel ſubdelegare, qui de ea re cognoſcat. d. l. à iudice. C. de iudic. & à iudice eo, quẽ ſublegit, non princeps, ſed ipſe qui dedit appellatur. l. j. C. qui pro ſua iuriſdict. quoniã iudex à principe datus habet inſtar magiſtratus. Ita adſeſſores ei dãtur. Nouella. lx. & apparitio propria. l. penul. C.

12 (margin, beside "Poſtulare in ius dicitur" line)

XLVII. (margin, beside "tenebras huic argumẽto" line)

de fructib. & lit. expens. vnde Accursius, cui Ia. Curacius adsentitur, ius exsequẽdæ sentẽtiæ his iudicibus tribuit. Sed apud me valde obstant Iustiniani constitutiones in. l. apertissimi. l. cum specialis. C. de iudic. vbi iudicibus quos imperator dederit, ad sociatur exsecutor, qui sententiam ad exitum perducat. Quòd certe non fieret, si ius hoc exsequendi ipsis competeret. Itaque amplius videndum est.

SVMMAE RERVM AC SENTENTIARUM.

j. *Extra territorium ius dicenti impune nan paretur.*
Procedit in cuiusque prouinciæ iudice.
Limitatur in iurisdictione contentiosa.
S.C. Articuleiani casus excipitur.

ij. *Iurisdictio voluntaria rectè exercetur extra prouinciam.*
Hoc in solo proconsule verum est. Non in præside alijsue. Ita coangustari. l. ij. D. *de offic. proconsulis, & similes.*
Maius imperium proconsulis, quàm præsidis.
Ornatur ex multis.
Noua explicatio. l. non distinguemus. D. de arbitris.

iij. *Magistratum supra suam iurisdictionem non posse ius dicere.*

Prætoris

Prætoris tutelaris, fideicommissarij, Vrbani potestas restricta.

Item iudicum municipalium.

iv. *Exceptio iurisdictionis non competentis necessario proponenda apud iudicem vocantem.*

v. *In maiorem vel æqualem magistratum, si ipse patiatur, rectè ius dicitur.*

vj. *In pari iudicum suffragio pro reo iudicandum est.*

Plures cautiones eius rei.

Conciliantur. l. inter pares. D. de iudicijs, & l. duo iudices. D. de re iudicata.

vij. *In re sua nemo iudex.*

Iudices secundum leges iudicarè debēt. Ex iure iurando.

Quando iudex contra leges iudicare dicatur.

Veterum iudicum in iudicando mos.

viij. *Sententia contra ius quando ipso iure nulla.*

Explicatur. l. si expressum. D. de appell. l. ij. C. quando prouocare non est necesse. l. cum prolatis. D. de re iudic.

ix. *Lites instantiæ. Intra certum tempus finiendæ.*

x. *In reum confitentem iudicium non datur.*

Iudicia absolutoria omnia.

Tempus ad soluendum indulgetur confitenti.

xj. *Continentia caussæ non scinditur.*

xij. *Iudex vbique reum addere volentem audit.*

Iudicum

Iudicum datorum relationes voluntariæ. Neceßariæ, quæ: quid?
Excipiuntur casus aliqui.
xiij. *Iudex extra suam iurisdictionem de re incidenti cognoscit.*
xiv. *Restitutionis iudicium prius ceteris.*
Explicatur. l. si de vi. D. ad. L. Iuliam de vi publica.
xv. *Maiori caußæ per minorem præiudiciũ ne fiat.*
Explicatur. l. per minorem. D. de iudic.
xvj. *Sententia cognitioni par.*
xij. *Dubia pro actore interpretanda.*
xiij. *Victus expensas luet.*
xiv. *In litem iurabitur ex dolo.*
xv. *Iudicium non potest eße in pendenti.*
Explicatur. l. non quemadmodum. D. de iudic.
Et. l. non potest videri. eod. tit.
xvj. *Annuo reditu petito cur debitor ad soluẽdos futuros reditus condemnetur.*
xvij. *In iudicium omne id venire quod exceptum non est.*
Explicatur. l. solemus. D. de iudicijs.
L. licet iudice. C. de iudicijs conciliatur, cum l. si cum tibi. C. eod.
xix. *Alius pro alio ne agat, neu obtineat plus, quàm ad eum redeat.*
xx. *Explicantur. l. cum quidam. §. suum hæredẽ. D. de*

D. de adquir. hered. l. si pater. D. de solutio. l. antiqui. D. si pars hered. petatur.

xxj. *Heres pro coherede quando agat.*

xxij. *De mandato procuratoris.*
De ratihabitione.

xxiij. *Tutores & curatores sine mandato pupilli recte agunt.*
Non contra.
Excipiuntur aliqui casus.

xxiv. *Iudicium cum pluribus susceptum si quidam abesse cœperint, non differtur.*
Excipiuntur casus.

xxv. *Qui absens putabatur, si defunctus sit, an eius nomine lis gesta valeat.*
An solutio eum eiusue heredem liberet.
An soluens repetat.

xxvj. *Iudicum dandorum morem obsoleuisse.*
Explicatur. l. ij. C. de ped. iudicibus.

xxvij. *Charondæ sententia refellitur.*

xxviij. *Impetrationē actionum sublatam iterū Charonda reprehenso.*

xxix. *Formulæ actionum sublatæ.*
Item actus legitimi.

xxx. *Prætoris decus omne, & auctoritatem exstinctam.*

Tit. XII. Communia de iurisdictione.

REstant opinor perpauca ad huius totius rei explicationem, attingemus ea sine delectum quod fieri posit brebissimè. Idque nostrorũ exemplo, qui simili capitis inscriptione ceu euerriculo quodam reliquias persequi solent. Ergo illustratur primũ hic locus ex definitionibus ijs, quas in vniuersum de hoc generè pronuntiatas reperimus. Cuius
I. certè modi rarisimæ sunt. Principio proponi illa solet. Extra territoriũ ius dicenti impunè non paretur. l. vlt. D. de iurisd. ostendi Paulũ de magistratibus municipalibus tantum scripsisse. Verum tamen est, quod in territorio dicitur, in prouincijs quoq; procedere, vt suos quisq; magistratus fines, ac terminos prouinciæ non excedat in iure dicundo. Simili ratione cõstitutũ est, ne vltra prouinciæ terminos criminis in ea prouincia commisi accusatio instituatur. Neu, quod consequens est, eius criminis cognitio in alia prouincia ab alio præside vindicetur. Coërcenda tamen hæc definitio est, in iurisdictione cõtentiosa. Idq; excepto vno casu, si fideicommissaria libertas ex S.C. Articuleiano petatur absente herede, à quo relicta est. Nam in ea re rectè operã suam interponit pręsie, licet heres nõ sit eius neque ad eius pertineat iurisdictionem. l. non tantum. §. sed Articuleiano. D. de fideicomiss. li-
II. bertatibus. F. Duarenus, quasi consectarium hoc sit, adnectit. Voluntariam iurisdictionem extra propriã prouinciam in quacunque alia rectè exerceri posse. Vt emancipationes, manumisiones, atque alia quæ volun-

voluntariæ iurisdictionis sunt. Quod de proconsule, dum in itinere est, atque extra prouinciam nominatim perscriptum est. l. emancipari. §. j. D. de adoptio. l. ij. D. de offic. proconsul. Plinius ad Fabatum pro socerum: *Calestrius Tyro*, inquit, *proconsul prouinciæ Rheticæ per Ticinum est perrecturus, spero facilimè impetraturum vt ex itinere deflectat ad te, si voles seruos vindicta manumittere*. Sed hoc præcipuo singularique iure proconsuli concessum videtur. Itaque non diffundi ad magistratus municipales etiam eos, quibus actio legis data est. l. iv. D. de adoptio. l. vlt. C. de vindic. libert. Non itē ad præsides. Maius imperium proconsulis, quàm præsidis est. quod vno exemplo ostenderè satis est. Proconsul de liberalibus, & ingenuitatis caussis, cognoscare potest, non præses. l. j. l. vij. quemadmodum testamenta aperiantur. l. vltim. D. quod quisque iuris. Plinius Trajano. *Postulantibus*, inquit, *quibusdam vt de cognoscendis liberis restituendisque natalibus secundum exempla proconsulum ipse cognoscerem, respexi ad S. consultum, quod de ijs tantum prouincijs loquitur, quibus proconsules præsunt*. Et hac sententia dixisse Paulum quidam interpretantur liberalem caussam maiores iudices habere. l. non distinguemus. D. de arbitris, tametsi Seuerus hoc postea præsidibus ita demum indulsit, si in aliam caussam ea cognitio incidit. l. j. l. xiij. C. de ordin. cognitionum. Probus verò, in quacunque specie. l. ij. C. de pedan. iudicib. l. iam dudum. C. vbi caussa status. l. cum status. C. de ordin. cognitionum. Præterea quod ea definitio ad præsidem temerè non trahatur, etiam illo argumento docetur. Quod insignia fere comitatur iurisdictio. Proconsulem autem proconsularia insignia vbique habuisse statim, atq; vrbem egressus

Lib. vij. epis. xvj.

Guido Pancirolus in noticiam. De proconsulib. cap. C.

Epis. xvj.

est

est testatur Vlpianus in.l.j.de offic.proconsulis, non
III. idem de præside alijsue magistratibus relatum est. Ex
eodem Pauli loco generatim definitur. Magistratum
supra suam iurisdictionem ius non posse dicere. Cui
sententiæ locus est, siue eius potestas intra res certas
circunscripta sit, vt prætoris tutelaris, fideicomissa-
rij, vrbani, vt eius qui capitalia iudicia exercet. Ijs ex
tra iurisdictionem eam ius dicere ius non est, nisi spō-
te sua adierint eos litigatores. l.j. D. de iudic. idque
sine errore. l.si per errorem. D. de iurisdict. l.ij. D. de
iudicijs. Huc pertinent. l.si conuenerit. D. de iurisdi-
ctione. l. penult. C. de pactis. Quæ in alium locum reij
cimus. Idem erit si magistratus iurisdictio ad summā
Lib.v. sen- certam restricta sit, qualem magistratuum municipa-
ten. tit. de lium fuisse antea docui ex Paulo. Nam supra eam sum
offic. sent. mam ius dicere non possunt. Huius autem æstiman-
dæ summæ ratio quo pacto ineunda sit, explicatum
est in. l. cum quædam. §. vlt. l. si idem. D. de iurisdictio
ne. Postremò manat ex eodem capite, vt cui modica
IV. tantum coërcitio est, grauiore ne vtatur animaduer-
sione. l. magistratibus. D. de iurisdictione. Omnino au
tē cōstituendū est, siquis ex aliena iurisdictione voca
tur adire iudicē debere, vt is existimet anm in eū ius
dicere debeat. l. ij. D. siquis in ius vocatus nō. l. siquis
aliena. D. de iudicijs. Si tamen nō adierit iudicē, mul-
tabitur ille quidē arbitratu iudicis, nō tamē patietur
bonorum possessionē ex edicto. Quē falsò dicas fru-
strandæ actionis caussa latitare. l. iij. D. de iudicijs.
Post susceptam verò cognitionem serò à quoquam
postulari, vt ad proprium iudicem remittatur. l. vbi
ceptum. D. de iudicijs. l. cum quædam. D. de iurisdi-
V. ctio. l. vlt. C. de exceptio. & præscriptio. Generaliter

etiam receptum est, eoq; iure vtimur vt siquis maior, vel æqualis subijciat se iurisdictioni alterius poſ it ei, & aduersus eam ius dici. l. est receptum. D. de iuris dictione. Consentiunt. l. iv. D. de arbitris. l. ille à quo. D. ad S. C. Trebellianum. Huc etiam pertinet peruagata illa sententia, si pares numero iudices diuersas sententias tulerint, illud obtinere quod pro reo iudicatum est. l. inter pars. D. de iudicijs. Nobilis vel illo Orestis iudicio, qui cum in Areopago caussam diceret, & à sedecim iudicibus damnatus, à quindecim absolutus esset, Minerua sapientissima dea, vt inquit Cicero, extremum ille calculum addidit, atque ita. VI.

Νίκᾷ δὲ Ορέςης κἂν ἰσόψηφος κριθῆ. *AEschyl. in Minerua.*

Vincit nimirum Orestes etiam si pares numero sententiæ fuerint. Et vir ille iudicio cædis seu sanguinis absolutus est. Paulo post. Ανὴρ ὅδε ἐκπέφευγεν αἵματος δίκην Ισον γὰρ ἐςὶ τἀρίθμημα τῶν πάλων. Hoc tamen verũ est, si plane intelligatur vter reus sit: nam si vterque reus, vterque actor sit, quod in duplicibus iudicijs accidit. l. in tribus. D. de iudicijs. l. iij. D. vti possidetis, vtraque sententia in pendenti erit, donec competens iudex vnam earum confirmet. Ita Modestinus in. l. duo iudices. D. de re iudicata. Quod si Modestinũ de quocunque iudicio definisse potius placeat, cum Paulo ita cõiungi poterit. Si pares numero iudices sententias diuersas tulerint, eam obtinere, quæ pro reo sit: ad exitum verò non prius perduci, quam iudex, cui exsecutio competit alteram confirmet, eam tamen confirmabit, quæ pro reo est; non semper, sed nisi aliter in iure cautum sit. Vt in conseruatione testamẽti. l. si pars. D. de inofficios. testam. l. vel negare. D. quemadmodum testa. aperi. In caussa dotis. l. in ambiguis. D. de

iure

iure dot. In caussa libertatis. d. l. interpares. Vbi Paulus, quod caussa liberalis meminit, caussam fauorabilem exemplo eo demonstrauit. Quod autem subijcit, in alijs, explica, quæ non sunt fauorabiles caussæ. Vel
VII. potius quibus ius nominatim non fauet. Iam illud non sumus admonendi, est enim in promtu iudiciorum ac iurisdictionis commune præceptum. Neminem rei suæ iudicem fieri. titul. nequis in sua caussa iudicet vel ius dicat libr. iij. C. titul. v. quod certè verum est, & si rès posteà ad iudicem pertinerè cœperit propter communionem fortasse: & hæc caussa est quàm ob rem iudex ex suspicione mutetur. l. Iulianus. xvij. D. de iudicijs. Et prætor mandet suam iurisdictionem. l. prætor. xvij. D. de iurisdictio-
VIII. ne. Illud quoque prætermittendum non est, quod primum locum obtinet in hoc tractatu, iudices magistratusque omnes secundum leges iudicare oportere. Non solum quoniam ita legibus sanctum sit, sed etiam propter religionem iurisiurandi, quod de ea rè & iudices, & magistratus pollicentur. l. rem nó nouam. xij. C. de iudicijs. Nouella Iustiniani. viij. hoc est, quod apud Aeschylum Minerua ait suorum ciuiú optimos se se legisse, qui litem verè deciderent iurati nihil se iniusti in animo continere, hoc est, secundum leges iudicaturos. κρίνασα δὲ ἀςῶν τῶν ἐμῶν τὰ βέλτατα Ηξω διαιρεῖν τοῦτο πρᾶγμα ἐτητύμως Ορκων πέρωντας μηδὲν ἔκδικον φρεσίν. Si iudex contra leges quid fecerit, statuerit, litem suam facit, eo, que nomine tenetur ei, contra quem iudicatum est, actione infactum. §. j. institut. de obligatio. quæ ex quasi delicto. l. vlt. D. de varijs, & extraordin. cog. in veram litis æstimationem, aut quatenus indicantis religioni visum fuerit ex distinctione ea,

quam

quam antea exposui, contra leges, aut non iure iudex pronuntiat, quoties de iure constitutionis, non de iure litigatoris pronuntiat. Vt siquis liberorum numero, aut ætatè pro excusatione muneris vtatur. Et iudex neque filios neq; ętatē ad excusationē prodesse dixerit, de iure constitutionis pronuntiasse intelligitur. De iure autem litigatoris, si neget eum de ætate, aut numero liberorum probasse. Ita Macer. l. j. D. quę sententiæ sine appellatio eleganter Franc. Duarenus admonuit veterum Romanorum in ferendis sententijs hunc fuisse morem, vt cum iuris nō facti quæstio esset, id est, cum status caussæ iuridicialis nō coniecturalis esset, de iure generatim & infinitè pronuntiarent. Ac adeo veluti ius quoddam sententia sua cōstituerent. Quo fiebat, vt si in ea rè erratum esset à iudice, sententia ipso iure, & citra appellationē esset nulla. l. si expressum. D. de appella. vt cum iudex at præside datus pronuntiat minorem. xiv. annis testamentum facerè potuisse. l. ij. C. quando prouocare nō est necesse. Hoc tamen intelligendū est, si cōtra ius certū pronuntiatū sit, non si dubiū, & cōtrouersum sit. Profertur constitutio, ex qua per ratiocinationem quid colligitur, quod pertinere videatur ad caussam. Iudex ad caussam pertinere non putat, & pronuntiat. Imperitè certè, non tamen sententia, vt nulla sit ipso iure. l. cum prolatis. D. de re iudicata. Præclarè autem olim, iudex, qui male iudicauerat, caussam dicerè cogabatur apud iudicem appellationis. Et dies ei dicebatur proinde ac litigatori. Hodie eo iure non vtimur. Sunt prætereà definitiones quædam contractiores, quæ spectantur in disceptandis iudicijs, & cognitionibus extraordinem.

Lib. dispu. j. c. xlj.

VIII.

nem. Paucis attingemus. Principio curandum omni
iudici est, ne lites vltra legimum tempus protelentur.
lege ciuilibus caussis triennium præstitutum est, criminalibus bienniũ. l. properandum. C. de iudic. titul.
vt intra certũ tempus quæstiones criminales. libr. ix.
C. nisi forte iudiciũ ex iustis caussis sustineatur. l. interdum. D. de iudicijs. Litem hic vocamus, quæ vulgo instantia dicitur. Instãtia itaq; perit, nõ actio quæ
2 institui denuo potest. Quinimo si reus se debere con-
X. fiteatur, & soluere paratus sit, iudicium non reddet
in inuitum sed audiet eum. l. si debitori. D. de iudic.
eo nomine absolutoria omnia vocantur iudicia. §.
vlt. inst. de perpet. & temp. actionib. nullæ quidem in
confitentem sunt partes iudicis. l. proinde. D. ad. L.
Aquiliam, indulgere tamen confitenti ad soluendam
pecuniam poterit tempus modicum. Hoc est arbitri
& æstimatoris, non iudicis partes sumere. De modi-
3 co autem eo temporè alio loco exposui. Illud etiam
XI. iudici videndum est, ne caussæ continentia, & quasi
nexus diuellatur. Quod certè fiet, si apud vnum possessio, apud alterum proprietas eiusdem rei agitetur.
l. nulli. C. de iudicijs. Quod temperandum tamen est
propter iudices diuersi fori, si vno iudicio res termi-
4 nari potuit. Quod vero iudici festinandum esse dixi-
XII. mus, hactenus ille tenebit, vt caussam plenè audire
non grauetur. l. iudices oportet. C. de iudicijs. Ex ea
constitutione iudices sæpius rogare litigatores didicere an quid noui addere desiderent. Quod etiam faciunt, siue ipsi definiant, siue ad maiorem potestatem
referenda res sit: id verò pertinet ad veterem iudicũ
datorum morem, qui, vbi quæstio iuridicialis erat,
referre ad magistratum solebant, magistratus vero ad

principem,

principem, qui de iure ipsis rescribebat. In prouinciji verò pręsides. l. eum quem. §. 1. D. de iudicijs. Solebãt inquam sponte sua, vel aliquando iuris necessitate, vt si decurio á preside damnandus esset, vel reus deportandus in insulam. Hæ verò consultationes Grecis ἀναφοραὶ, nostris relationes appellantur. Relatio est actorum & opinionis suæ à iudice ad principem facta præscriptio, ante sententiam vel post apellatione non recepta. Sed ad rem: excipiuntur ex hac definitione iudicia nonnulla, quæ brebia & summaria sunt vt possessionis, & actionis ad exhibédũ l. iij. §. secũdũ. D. ad exhibédũ. Sępe iudicem admonemus vt intra suę iurisdictionis modũ se teneat; nũc certè docẽdus est, cũ in iudiciũ eius rei, dequa cogniturus est, quęstio aliqua inciderit, quæ ad eius cognitioné nõ pertineat, eũ tamé posse deilla cognoscere. Vt si apud pedaneũ iudicé de petéda hereditate quis agat, & alter de hominis códitione, quod seruilis sit obijciat. Rectè ille destatu cognoscet l. quoties. C. de iudic. l. 1. C. de ordine iudiciorum, tametsi ille de statu non possit cognoscere. l. ij. C. de pedan. iudicib. aut si ciuilis criminalisue quæstio apud eum inciderit, qui de alterutra iurisdictioné tantùm habeat. In ordine iudiciorum iudici opera dã da est vt restitutionis iudicium iudicio proprietatis anteferat. Itaque contra eum qui experitur vnde vi proprietatis exceptionem non audiet. l. si de vi. D. de iudicijs. l. qui cętu. §. si de vi & possessione. D. ad l. Iuliam de vi publica. Prædium significat possessionis nomine ex iurecósultorum more. l. interdum. D. de verbor significat. Nec patietur etiam vt per minorem caussam maiori pręiudicium fiat. l. per minorem D. de iudic. præiudicium hic iudicium appellat, quod

XII. (margin, beside "hibédũ. Sępe iudicem admonemus")
XIV. (margin, beside "anteferat")

V. iudicaturis exemplum adfert, aphorismi sententia est ne per ciuilis iudicij disceptationem preiudicium fiat criminali. Si duarum actionum contentio sit, quarum altera ad vindictam; altera ad rem pertineat familiarem: vt de occisso seruo Aquilæ legis de damno, aut Corneliæ de crimine actionem instituere si-
8. quis velit. Illa prorsus ad iudicem spectant, vt de qua recognoscere cęperit, de ea quoque pronuntiet
9. ñe inuitus cogatur. l de qua re. D. de iudicijs. Vt si quid ambiguitatis in actoris intentatione sit, in sententia ferenda, rem semper secundum actorem inter-
XII. pretetur l, si quis intentione. D. de iudicijs. l. inter sti pulantem. lxxxiij. §. si stichum. D. de verb. obligat. aliter atque in stipulatione, vbi mutuo consensu est
10. opus, vt eleganter eo loco Vlpianus scribit. Eum etiam qui in iudicio vincitur, ad sumtus litis iudex
XIII. condemnabit. l. eum quem temere. D. de iudicijs, habet tamen hoc præceptum multas cautiones, caput illarum est, nisi ratio litigandi probabilis victo fuerit. l. qui solidum. §. etiam Respub. D, de leg. ij. cuius rei e-
11. xistimatio iudicis arbitratui permittitur. Locus item
XIV. de in litem iurando propter dolum aduersarij instar pręcepti habet. l. non à iudice. D. de iudicijs. Incidi-
12. mus paulo ante in contractus atque iudicij discrimen quoddá, cui discrimini adiungendum est, quod elegáter Iabolenus ait. Iudicium in pendenti esse non posse, aut de his rebus, que postea futuræ sunt aliter at-
XV. que obligatio, quæ impendenti potest esse, vel in futurum concipi, l. non quemadmodum. D. de iudicijs, itaque si quis pecuniá se mihi daturum promisserit, eius obligationis nomine, quæ futura est, rectè fideiussor accipi potest, iudicium verò ante quam debeatur, non

non poteſt, nam ad iudicium futuri temporis tractatus nihil pertinet. l. 1. §. 1. D. de vſuris, & huc pertinet quod Paulus ait l. non poteſt videri. D. de iudicijs. Si quis mutuam pecuniam dederit, & ſtipulatus ſit vſuras, vſuræ quidem, quæ debentur accepti iudicij tempore, petuntur rectè, aliæ verò, quæ aduenturæ ſunt, peti quidem poſſunt, ſed alio iudicio, alia, inquit Paulus, interpellatione eſt opus. Nam vſurarum curſus per litis conteſtationem non interrumpitur l. 1. C. de iudicijs l. lite cõteſtata. D. de vſuris. Nec obſtat, quod XVI.
annuo reditu petito, debitor non ſolum condemnatur ad præſtandum reditum temporis elapſi, ſed etiam futuri. l. 1. C. de fideicõmiſsis: nam in hac ſpecie de annuo reditu aliquid in obligatione eſt tum, cum iudiciũ accipitur. Iabolenus & Paulus loquuntur, cum nihil in obligatione eſt, ſed iudicium inſtituitur, ex eo quod futurũ eſt, vt debeatur. In hac tamẽ ipſa ſpecie, cũ quid ad tẽpus vel ſub conditione debetur, ſi debitor male vtatur ſubſtãtia ſua, iudex eũ condẽnabit ad interponendam cautionẽ ſe ſoluturũ, cum dies aduenerit. l. in omnibus. D. de iudicis. l. ſi creditores. D. de priuileg. creditor ſimile exẽplum in legatis. tit. vt legat. nomin. caue. nam legata & fide commiſſa bonæ fidei iudicia imitantur l. in minorum. C. in quib. cauſ. in integ. reſt. n. e. neceſſ. Ceterum ſi agatur de re ea, 13.
quæ deduci in iudiciũ poteſt, petitione generaliter concepta omnia cõprehẽdi placuit, quæ ſpeciatim à litigatoribus excepta non ſunt. Hoc eſt, vt Vlpianus XVI
ait, id non venire in iudicium, de quo nominatim actũ eſt, ne veniret l. ſolemus. D. de iudicijs, cui definitioni locus eſt iudicijs ijs, quæ vniuerſalia ſunt, vt

negotiorum gestorum, petitionis hereditatis, tutelæ. Nisi fortè in tutela cum variæ essent administrationis species, vnam tantum pupillus persecutus esset. Nam aduersus exceptioné rei iudicatæ, quæ ex actione tutelæ generaliter mota oritur, replicatione doli mali pupillus ex ęquitate vtitur ad instituendam iterum actionem tutelæ. l. licet iudice. C. de iudicijs. Vt prosequatur reliquas species quæ distinctæ separatæque sunt. Aliter censendum est, si vna administratio sit, ac id prætermittatur, quod cum ea cóiuctum erat. Vt si cum tutore, qui pupilli nomine prædia comparauerat, euictionis cautione venditori remissa, tutor agat de comparatione, imputationeque precij, neque omissæ cautionis quæstionem mouerit. l. si cum tibi.

XVIII. C. de iudicijs. Illa verò cautio iudici negligenda non est, ne plus in iudicium quisquam perducat, quam habet. Non heres coheredis partem. l. si petitor. D. de de iudicijs, vnde nobilis illa quæstio, si pater decesserit relicto vno filio, & vxore prægnante, an filius à creditoribus parté crediti petat dimidiam, an minus

XX. plusue. Vlpianus ex Tertuliano Sextum Pomponiú putasse refert suum hæredem, cum vxor prægnans relicta est, ex parte dimidia, nó ex quarta vt Iulianus putabat heredem fieri. l. cum quidam. §. suum heredé D. de adquirend. heredit. ipse Iulianus ad Vrsium Ferocem, quartam, aut sextam partem illis tribuit, quia tres, aut quinque nasci possunt. l. si pater. D. de solutionib. vt planè vterque nihil certum definiat. In hac tamen varietate illud obtinuit, quod iuris auctores prudentisimè secutos esse Paulus refert: *Vt quod fieri non raro ad modum potest, id intuerentur. Id est quia fieri poterat,*

vt tergemini nascerentur, quartam partem superstiti filio adsignarent.l. Antiqui.D.si pars hereditatis petatur. Idẽ auctor eius sentẽtiæ auctores Sabinum & Cassium nominat.l.sed etsi restituatur.§.vlt.D.de iudicijs. Quod verò præceptam & vnum ex cohæredibus in aliorũ fraudem non admitti solum, intelligendum est nisi cauerit coheredes ceteros id ratum habituros, vt de cõsortibus eiusdem litis perscriptum est.l. ij. C.de consortib.eiusdem litis: & hoc est quod vulgo dicitur ratihabitionem comparari mãdato.l.ult.C.ad.S.C.Macedoniam. Passim verèque pręcipitur procuratorem rem in iudicium rectè deducere.l.si mater.§. hoc iure D.de except.rei iudicatæ. Modò tamen habeat mandatum. Si mandatum non habeat falsi procuratoris exceptio quocunque tempore opposita infirmat iudicium.l.licet.C.de procuratoribus, excipitur tamen ille casus, si dominus ratum habuerit, cui exceptioni locus est, siue sententia pro falso procuratore lata sit, siue contra eum, nam ratihabitionis hæc potestas est vt mandato comparetur. Excipiuntur etiam tutores & curatores, qui pupilli, adultiue rem in iudicium rectè perducunt sine mandato, non contra pupillus vel adolescens sine tutore aut curatore, quinimo in eos sic dicta sententia nulla est.l.iij. C. si adolescens rem iud.l. acta.§.vlt.D.de re iudic. quod hodie obtinet etiam in caussis criminalibus.l.iv.C. de auctoritate pręstanda, minor sine curatore legitimus ligitator non est, vt neque Respub.l.1.C.de iure Reip. neque filius familias sine voluntate patris. l. vlt.§.necessitate.C. de bonis quæ liberis nec omnino seruus, qui etiam personam non habere intelligitur.l.seruus.D.de iudicijs. Attamen in causa momenti, idest repetendæ possessionis

15. XXI.

16. XXII.

27. XXIII.

pupillus

pupillus ſine tutore, & adoleſcens ſine curatore admittentur. Modo petitio, id eſt, actio propietatis ſecunda legitimæ perſonæ, id eſt, curatori eo colore nõ auferatur l vlt. C. qui legitimam perſonam in iudicijs
19. habent, vt legitimum iudicem ita etiam & litigatorem eſſe oportet, eumque ipſum intereſſe. Vnde & de
XXIV. finitio alià frequens & trita vulgi ſermone iudicium cum pluribus ſuſceptum non differri, etſi quidam cæperint ab eſſe l. non idcirco. D. de iudicijs, quod tamen intelligendum eſt, ſi præſentium, & eorum, qui non defenduntur, adminiſtratio diſcerni, & æſtimari poſsit. Hoc eſt, ſi res diuiſionem recipiat. Nam hoc caſu, quot erunt perſonæ, tot erunt cauſſæ, tot lites, nõ alias ſi cauſſæ communio tanta eſſet. Quid ſi is qui ab
22. erat, viuere putabatur, & tamen deceſſerat cepti iudicij tempore? Paulus reſpondit neque iudicis datio-
XXV. nem valuiſſe, neque ſententiam aduerſus eam dictam vires habere l. Paulus. §, idem reſpondit. D. Quæ ſententiæ ſine appellatione. Vtimur eadem definitione in principis beneficio l. Neratius. D. de reg. iuris. Verùm quamuis hęc ſententia heredi non noceat, in ea ſpecie, ſi quis, cum abſentem defendere vellet, pro eo iam mortuo iudicium acceperit, & condemnatus ſoluerit, reſponſum eſt, iudicium, quod iam mortuo debi-
...uendo. tore per defenſorem eius accipitur, nullum eſſe. Idcir-
...neg. co, tametſi ſolutio aquocunque facta debitorem liberat, ex defenſoris ſolutione heredem ſtricto iure non liberari. Rurſus defenſorem, quoniam ex cauſſa iudicati ſoluit, repetere non poſſe, quamuis enim iudiciũ nullum ſit, ſatis eſt ad impediendam repetitioné, quod quis ſe condemnantum putet l. cum putarem. D. familiæ erciſcundę. Poſtremò, quoniam heres debitoris ta-

metſi

metsi stricto iure per defensoris solutionem liberatus non sit, tueri se tamen, aduersus actorem, si ab eo conueniatur, potest exceptione doli mali, habet quoque defensor aduersus ipsũ heredẽ actionẽ negotiũ gestorũ, quę ei cõpetit etsi stricto iure quis liberatus nõ sit l. si rem. D. negot. gestor. propter eã vtilitatem, quam ei desẽsor sua solutione peperit. Ita elegãter Iulianus de finit in l. De qua re. §. cum absentem. D. de iudic.

Sunt & alia, quæ ad forum competentem indicandum expectant, de quibus alio loco dicendum est. Restat iam vt in extrema hac parte, & conclusione capitis pauca quædam attingamus, quæ posteriorum legum correctione sublata sunt. Dixi Romæ magistratus, atque etiam in prouincijs caussis disceptandis singulis dedisse iudices apud quos actio ex præscripti iudicij formula disceptaretur. Ipsos per se non cognouisse, nisi exceptis quibusdam de caussis idque extraordinem, sciendum tamen est hunc iudicum dandorũ morẽ paulatim post obsoleuisse. Itaq; a Diocletiano Imperatore ad Iustinianũ vrbani magistratus caussas omnes sine vllo delectu per se ipsi disceptarunt, & iudicia omnia facta sunt extraordinaria, in prouincijs verò ipse Diocletianus edita constitione sanxit, vt in caussis his, quę præsidum cognitioni reseruatę legibus nominatim sunt, iudices omnino dare ne possent. In alijs autem, in quibus hoc anteá permissum erat, iudices itidem ne darent nisi cognitionum multitudine obruti, aut publicis districti negotijs. l. ij. C. de pedaneis iudicibus. Vt post illam costitutionem statuere planè possis omnia iudicia esse extraordinaria, & pedaneos iudices, non qui à magistratibus dari soliti sunt XVVI.

ti sunt

ti sunt, sed abusiuè qui neque illorũ expectato iussu humiliores lites diiudicant, placet quod dicitur in l. caussa. De iurisdict. C. Tho. præsidialis potestatis iniuriam esse, de paruis ac minimis rebus iudicare. Ita à Iosepho dicuntur, δικασάι τῶν ευτελεσέρων διαφορῶν. Zenon Græca constitutione cuius meminit Iustinianus diætas eos vocat, & certo numero circumscribit. In quorũ locum idem Iustinianus nouella lxxxij. duodecim in-

Libr. II. de bello iudaico.

XXVII. stituit pedaneos iudices. Hactenus iudicum datorum & pedaneorum inuectum esse discrimen placet, vt tamen, quod Ludo. Charoncas scribit, titulum de pedaneis iudicibus nihil differre ab eo, qui scriptus est, de eo cui mandata est iurisdictio, & præsidibus non iudicum dationem ademtam esse illa Diocletiani, & Maximiani constitutione, sed ius & facultatem mandandi iurisdictionem, mihi planè non probet. Ait delegatos & pedaneos iudices non semel pro eodem accipi idque fateor verè dici, dati iudices sæpe delegati dicuntur. Addit, mandatum & delegationem iurisdictionis promiscuè à I. Consultis vsurpari, hoc verò non ostendit, quanquam se id facturum pollicetur. Vt tamen ostenderet, non inde efficeretur, quod vult. Per se cognoscere, & notionis suæ examen adhibere, non mandato iurisdictionis sed iudicum dationi opponuntur in. l. 2. iam verò iudices arbitri. l. 1. iudices disceptatores, l. 3. denique quæcunque in eo titulo tractantur ad eos non pertinent, quibus mandata est iurisdictio, quod verò. l. 3. D. ne quis eum, qui in ius v. v. exide eo interpretatur, cui. P R. vniuersam iurisdictionem mandat, qui eius vice fungitur, qui tribunal habet, vt antea docui & hunc ipsum ab Vlpiano iudicem pedaneum vocari vult. Exposu

quoque

quoque, priusquam iudex adiretur, impetrationem actionum olim fuisse necessariam, quæ quasi iudicum dationem præ se ferebat. Hodie tamen hanc ipsam impetrationem Theodosius, & Valentinianus sustulere. l. ij. C. de formulis, & impetrationibus actionum sublatis. Vt iam ipso iure ex edictis ac legibus omnes actiones nobis competant, etiam si non postulentur. Itaque si aptam rei, & proposito negocio competentem actionem quis proponat, eam a prætore non postulasse, hoc est, actionis non impetratæ exceptio ei non oberit. Placet in eo titulo legi, actionis non impetratæ vt in C. Theodosian. libr. ij. titul. iij. in eoque assentior Ludouico Charondæ. Quòd verò ille existimat actionum, iudicijque dationem, & impetrationem ex illa constitutione sublatam non esse, id mihi planè displicet. Nam si hæc impetratio adhuc necessaria esset, sanè obstaret agenti actionis non impetratæ exceptio. Prætereà apud veteres iure consultos, quos eo nomine aucupes syllabarum M. Tullius vocat, actionum certę erant sollemnesque formulæ. Vt[a], qui caderet a syllaba, caussam quoque perderet. Eas formulas, quæ cunctis insidiabantur aucupatione syllabarum, prorsus Constantinus sustulit l. j. dict. tit. de formulis & impetrat. actio. sublatis Frigere quidem cœperat formularũ conceptio, postquã extraordinaria iudicia frequentata sunt, non tamen sublata erat, neque prohibitũ siquis mallet, ne ea vteretur. His tamen constitutionibus tolli planè videtur cum ordo iudiciorum, tum formulæ iuris in omnibus negotijs, atque adeo in actionibus legis, quæ ea potissimum nota à reliquis discernebantur. Itaque quæ olim speciali iure delatæ sunt, & mandari non poterãt,

XXVIII

XXIX.

 de-

detractis hodie sollemnibus plæreque in ciuiles actus abiere. Vt manumissio, emancipatio, adoptio. Nam in manumissione impositio vindictæ, adhibitio lictoris, & verba domini sollemnia non requirūtur. l. ego. l. manumissio. D. de manumiss. vindict. neq; circumductiones, serui, & sallapitæ. l. vlt. C. de emt. libertor. Adoptio etiam, quæ olim non tabulis, sed sollemni iuris ordine, id est, trina emācipatione, & vna manumissione fiebat, hodie apud acta publica citra sollemne aliud fit. Ac in arrogatione pro comitijs curiatis rescriptum principis substitutum est. l. adoptio. l. arrogationes. C. de adoptionib. emancipationis autem nudum, & inane verbum superest sine vnius nummi adpensione, sine rapismate, & cetera iuris prisci formula. l. vlt. C. de emancipat. libertor. De prętorū etiā imperio ac iurisdictione docendum est vix quidquā in posteriores seculi prætores conuenire. Nam, antiquæ maiestatis nec vmbra quidem retenta, intra exiguos cognitionis fines conclusi è senatoribus legebātur spectaculorum editionibus operam nō sine fraude, & damno præbituri. Vt qui apud Romanos prius eximius pręter ceteros honos fuit, in molestissimum postea onus conuerteretur. Neque semel à senatoribus recusatus est, aliquādo reiectus etiam, atque adeo quod priscæ magistratuum leges nō tulissent, a minoribus, addo à fœminis etiā certa quadā ratione susceptus, atq; obitus. Cuius rei cognitio ex Codice Theodosiano petenda est. Constantinus tres præturas eo titulo commemorat Flauialē, Cōstantinianam, Triūphalem. Vocabula quidem, quæ ludicras potius equorum turmas quàm magistratum deceant.

Lib. vj. tit. iv.

ANTONII QVINTANA-DVEGNÆ.

DE IVRISDICTIONE, & imperio.

LIBER. II.

EXPLICANTVR EAdem, atque alia capita ex interpretump lacitis, moribus, & iure pontificio.

SVMMAE RERVM.

j. *Iurisdictionis generalis definitio.*

ij. *An in iudice sit necessitas iudicandi. Refellitur Iasonis opinio.*

iij. *Principem teneri ius reddere.*

iv. *An excommunicatus, an extra territorium iudex teneatur iudicare.*

v. *Alciati sententia refellitur.*
Explicatur. l. non quidquid. C. de iudicijs.
Et. l. j. C. quomodo, & quando iudex.

vj. *Quando iudex etiam inuitus cogitur iudicare.*
Quando & in quibus arbitratur.

vij. *Eguinarij distinctio refellitur.*

viij. *Explicantur verba. Iurisdicendi.*

ix. *Tres formæ seu species iusticiæ.*
De æquitate, epicheia, quid sit. Eius munus, an sit ius vel melior iure. Explicatur locus Aristotelis.

x. *Munus & functio æquitatis. Æquitas & lex relatiua.*
Nullam esse æquitatem scriptam. l. placuit. C. de iudic.

xj. *Regulæ quando liceat ab æquitate propter legem scriptam discedere, & contra.*
Explicatur. l. in omnibus. D. de regu. iuris.

xij. *Altera regula. Quando liceat à lege scripta discedere.*

xiij. *Hoc*

xiij. *Hoc permitti iudicibus inferioribus nedum auditoriys.*

Ad principem quo casu pertineat interpretatio legis.

Explicantur. l. j. & . l. vlt. C. de legibus.

xiv. *Quando non liceat à lege scripta prætextu æquitatis discedere.*

xv. *Alciati sententia refellitur.*

xvj. *Iurisdictio populorum est propria deinde ad principes.*

xvij. *Iustus principatus quis sit.*

xviij. *Principatus Castellani regni primum electione deinde successione delatus est.*

Goth. reges ex nobilitate.

Ius iurandum regum Hispanorum.

xix. *Apud Castellanos omnẽ iurisdictionem in ipso rege esse.*

xx. *Regis intẽtio ipso iure fundata in iurisdictione.*

xxj. *Item dominorum qui ab ipso rege titulum iurisdictionis habent.*

xxij. *Ius creandorum iudicum vni regi competit nõ populis.*

xxiij. *Iurisdictienem dominis cumulatiue non priuatiuè competere.*

xxiv. *Bartoli sententia temperatur, vt iurisdictio dominis ex priuilegio vel præscriptione possidentis priuatiuè competat.*

xxv. *Iuris-*

xxv. *Iurisdictio adquiritur præscriptione excepto sublimi gradu qui neque alienabilis est.*

xxvj. *Apud Castellanos si rector ciuitatis decedat, aut rex nimium moretur in mitendo correctore, potest decurionum corpus creare magistratum interim.*

xxvij. *Licet populis si regia familia deficiat nouum regem creare.*

xxviij. *Hodie mortuo correctore Vicarius administrat.*

xxix. *Hodie multis hispanorum populis licet creare sibi ordinarios.*

xxx. *Concesso Castro, an iurisdictio territorij concedatur.*

Quid si venditum aut alienatum?

xxxj. *An concessa iurisdictione, vtrunque imperium concessum censeatur.*

xxxij. *Quid in concessione castri, cui iurisdictio non erat?*

Couarruuiæ, & Molinei dissensio.

xxxiij. *Concessa iurisdictione, & imperio, prima ne instantia tantum, an instantia appellationis veniat.*

Suprema iurisdictio neque donatur, nec amittitur tempore.

Castellaniæ ius apud Gallos.

xxxiv. *Apud Hispanos quid? ius creandi ordinarios*

populis

populis rex reliquit. Correctores ciuitatũ extraordinem mittuntur & cur? Alcaldes maiores qui in ciuitate Burgensi.

xxxv. *Sanctio Ioannis .ij. Guadalaxaræ edita an authentica, & obseruanda.*

In Toletana, & Compostellanensi diocesi cur obseruetur.

xxxvj. *Prima instancia sine appellationis gradu quo casu concessa intelligatur.*

xxxvij. *Prima instantia quando adempta videatur populo vendito, aut donato qui eam habebat.*

xxxviij. *Refellitur opinio Baldi existimantis iurisdictionem à rege concessam passim tolli ab eodem posse.*

xxxix. *Prima instancia ex titulo generaliter concessæ iurisdictionis rectè adquiritur præscriptione.*

Ad interpretationem priuilegij satis esse vsum decem annorum.

xl. *Prima instantia sine vllo priuilegio rectè adquiritur etiam contra regem. Quo tempore?*

xlj. *Vbi dominis oppidorũ competit prima instantia, cumulatiuè competit cum ordinarijs non priuatiuè.*

Regẽ vbique iudicis ordinarij partes habere.

Prima

Prima instantia variè competit Dominis.

xlij. *Dominus, etiam si primam instantiam habeat cumulatiuè, appellatur ab ordinarijs locorũ, etiam si eos confirmet.*

Is tribuit iurisdictionem, qui confirmat.

Plures appellationes, quæ non consumunt instantiam.

A iudice appellationis Rex, non Dominus appellatur.

xliij. *Licet appellare auditoria regia, ommisso iudice appellationum, quem Dominus præfecit.*

Item vrbium, & maiorum ciuitatum Correctores.

xliv. *Regulariter prima instantia Dominis non concessa censetur.*

xlv. *In omni priuilegio censentur excepta Regalia.*

Quæ sint Regalia.

Creatio iudicum inter Regalia non est.

xlvj. *Regalia non possunt alienari, an iure appanagy possint? an ad tempus?*

xlvij. *An liceat Regi alienare regna sua sine consensu subditorum, plures historiæ alienati regni.*

xlvij. *Alienatio regnorum interdicta Regibus.*

Regum potestas describitur comparatione Tutorum, Curatorum, administratorum.

An his personis alienatio permittatur.

xlix. *Subditi homines liberi, & ingenui quorum cõ*

mercium non est.

Non licet seruum manumittendum ex testamento alij permittere.

L. *Regnum successione relictum non licet alienare.*

Neque tenetur successor his alienationibus.

Lj. *Idem in regno per bellum parto.*

Natura & leges regni non mutantur adquisitione bellica.

Adquisitio bellica quatenus iure, & in quibus rebus, stet.

Lij. *Regunm electione delatum non est alienabile.*

Conditiones & pacta regnandi seruanda.

Liij. *Gradus inferioris iurisdictionis, vt prima instantia prima appellatio alienabiles.*

Domini oppidorum vulgo Correctores vel Alcaldes perpetui.

Liv. *Iurisdictio quatenus patrimonialis est, venditur, diuiditur, alienatur, oppigneratur, iure exsequtionis.*

Iurisdictio venditur, & donatur magno periculo & damno rerum publicarum.

Lv. *Iurisdictio in delegatione strictè & contentè accipitur.*

PES-

PESSIME de recta doctrinæ ratione meritus ille est, qui in artibus studijsque tradendis rationem rectè loquendi, & recte sentiendi primus fallaci compendij opinione distraxit. Quæ inter se naturæ fæderè adeo coherent, vt nemo de re vlla dilucidè atque illuminatè dicat, qui eodem modo de illa non sentiat. At rursus si penitus compręhensa animo res sit, eadem facile verba rapit, & nec cogitanti vltro ministrat. Oratio enim interpres, est animi eiusque sensa vnà eloquitur, nec nitescere ornariue potest, quin eius nitoris atque ornatus pars bona ad animi sententiam redeat. Hæc autem orationis, sententiæque distractiò quàm perniciosa sit: multis diffinitionibus auctores nostri iuris præclarè docuerunt. Vt, si testator de re quadam, scripserit nominatim, & tamen sensisse voluisse ve aliter doceatur, responsum est, vtrumque pariter irritum esse, quod voluit, & quod scripsit, nuncupauitque. nam voluntati verba defuere, verbis autem voluntas, sunt sexcenta de eo genere. Quo summo iurè si cū nostris interpretibus agere iuuaret, atque ad eam rationem illorum placita inexplicando iurisdictionis argumento exquirire, plane nulla starent. Nam quæ passim vsurpant verba, iurisdictio, imperium merum mistum datio iudicum, actionum, iudiciorum, cognitio prætoris pro consulis officium, ea pertinent, haud dubie ad Romanorum iudicia. Verùm si paulo accuratius perpendas illorum doctrinam, præceptiones, versantur in seculi sui moribus, quæque hodie viget iurisdicendi iudiciorumque ratio in populis, municipijsque proprijs, eam describunt, diuidunt, atque persequuntur. Discrepat

itaque ab scripto sententia. Facturum tamẽ me operę precium esse censui, si illorum placita non euerterem, sed recenserem. Non solum quia prætermitti illa non debuere, quę ex omnium disciplinis ad nobilis huius loci illustrationem pertinẽt, præsertim ea, quorum hodie magnus vsus atque vtilitas est: sed etiam quia si ab antiquis responsis, quæ propter ignorationem historię minus rectè explicant, discedas, multa tamen accuratè verèque decernunt. Nec adeo magno incomodo peccant, exemplo certè magnorum hominum, qui dum in scrutandis verborum originibus, res ipsas quæ significantur, explicare apertius student, deflectunt sæpe à vera verborum notatione. Vt Stoici, qui fidem aiunt dictam esse, quod fiat id quod dictum est: & iureconsulti, qui omnes Stoici fuerunt, non verius de post liminio, de testamento scripsere. Quidquid de iurisdictione atque imperio apud plerosque populos, & nationes aut legibus hodie præscriptum est, aut obseruatur moribus, id suis libris complecti nostri interpretes voluerunt. Atque vt eius rei artem efficerent, verba primum quæ ex iure consultorum libris passim obuiam fuerunt, arripuere: aliena certè notione, atque sententia, fateor. Sed hæc tamen nostris legendis summa cautio sit. Cum merum, cum mistum imperium, cum iurisdictio ab illis vsurpatur, non ijs vocibus veteres notiones subiectas esse, sed eas, quæ ex definitionibus indicantur. His enim quasi fictis ad voluptatem notis verborum, res eas, de quibus explicant concludũt. Nec valde hic laborandum est, cum de rebus conuenit, si his aut illis nominibus appellentur. Hoc est, quanquã res illæ perierint, appellatio-

pellationibus tamen vtantur, quæ ſuperſunt, antiquis nimirum in re noua, atque inſolenti. Nuptiarũ quidẽ ſpem, quæ olim quoniam mutuis ſtipulationibus ac ſponſionibus contrahebatur, ſponſalium nomine ſignificata eſt, ſponſalium item nomine, quanquam ſublatæ ſponſiones ſunt, hodie ipſi iureconſulti appellant. Vt tribus aucto numero, & mancipationem, cui nulla ſunt venditionis imaginariæ ſollemnia, qua ratione conſtabunt interpretum decreta. Quod haud fieret, ſi ex veteris iuris regulis atque hiſtoria æſtimarentur. In ijs verò referendis hæc noſtra ratio fuit. Quæ interpretum placito, & auctoritate ſola approbantur, in his præter delectum atque iudicium nihil affero. Si quando definitionis auctoritas ex antiqua conſtitutione aut lege per ſimilitudinem, aut ratiocinationem ducitur, loca indico aut ſi perperam ab interpretibus indicata ſunt, diiudicato errore diſcrimen noto. In Pontificijs autem ita verſamur, vt quę illorum libris diſperſa diſsipataque ſunt, ea collecta, & ordine, atque via per nos digeſta facilè ſe ſe explicent, atque illuſtrent. Delabor etiam interdum vt quorundam canonum ſentẽtias quę noſtros interprętes latuit repetitis altius Patrum locis, & rerum fontibus explicem, longiore fortaſſe digreſsione. quæ tamen apud iuris Pontificij ſtudioſos veniam mercatur.

DE IVRISDI-ctione.

I. IVrisdictionis vocabulum genere quodam latissimè patet, & omne imperium atque simplicem iurisdictionem complectitur. Et qua genus est in hanc sententiam. [a] Accursius definit. Iurisdictio est potestas publica iurisdicendi ex scripto iure, aut ex bono & æquo cum muneris necessitate cōiunta. Iasso vir eximiè doctus hanc iurisdicendi necessitatem
II. iurisdictioni non esse varijs ex locis demostrat. Primum ex voluntaria iurisdictione. Sed perperam, nam, vt verum sit, litigatores ea iurisdictionis parte inuitos non vti, tamen verum non est compellatos iudices in ea re ius reddere non debere. l. 4. §. [b] si tam vicinum. D. de dam. infest. Deinde Principem ait nunquam inuitum ius reddere. l. princeps. D. de legibus. Sed Bartolus etiam principi ipsi hoc muneris imponi quia honestum atque decorum est, opinatur ex. l. digna vox. C. de legibus quinimo, si princeps per se vel
III. magistratus ius non reddat, eum de regno deijci posse [c] Alciatus affirmat ex. c. Alius xv. q. vj. c. Regum Rex debet. xxiij. q. v. Assentitur [d] Isernia qui aliter Principem lucrari fructus negat. Theologis scitum est Principem à lege cogi non posse sed dirigi & informari. Tum ait Iasso iudicandi necessitatem ei iudi-
IV. ci non imponi, qui à communione Christiani populi prohibitus est. C. ad aprobandum de re iudicat. Qui ve extra territorium deget. [e] Tamesi vtriusque iurisdictio sit. Sed posterius hoc vitiosè, quia iudici excommunicato iurisdictionis vsu interdictum est. Et iudicandi

a l. 1. D. de iurisdictione.

b Ange. Imola. Pani Alexan. 6.

c In. c. quod sedem n. 35 de off. ord.

d Titu. quæ sunt regalia vetigalia. ver.

e Gl. in. l. 3 D. de offic. præsid.

iudicandi munus iuris tunc necessitate manat, cum exercere iurisdictionem in tẽpore & loco potest, hoc est, si excommunicatus non sit & intra territorium. Adde extra territoriũ, si litigatores consentiãt, etiam iudicem necessitate iudicandi cogi idque receptum est. a Alciatus, necessitatis verbum ex difinitione iurisdictionis ideo eximit, quia multa iudex suo iure vel iurisdictione potest efficere, quæ efficere nulla iuris necessitate cogitur. l. non quidquid. D. de iudic. l. 1. C. quomodo & quando iudex. Sed earũ legum hæc sententia est. Ad iudicis officium hoc in primis pertinet, vt in iudicando leges sequatur. l. rem non nouam. C. de iudicijs. Si quis contra facit, legẽ offendit. l. non quid quid xl. §. iudex. D. de iudic. definiri verò nõ potest, vtrum secundum legem iudicet an non, nisi cognoscas quo pacto concepta lex est. Interdum iudici necessitatem imponit, interdum facultatem eius arbitrio permitit. Vt si dicat potest facere. d. l. non quid quid. D. de iudic. l. 1. C. quomodo & quando iudex. In hac specie si à lege recedat, contra legem non facit. Et omnino præcipiendum est iudici necessitatem iudicandi imponi, si lis quouis postulante agatur, actione proposita, aut re ea petita, quæ iudicis officio continetur. b l. de qua re. D. de iudic. l. 1. §. magistratibus. D. de magistratibus conueniend. Itaque apud nostrates, si iudex intra. vj. dies non interloquatur. aut intra xx. non finiat caussam, luet pœnam à lege decretam, à litigatoribus interpellatus sit, ab eoque ipso interpellationis tempore tempus legis numerabitur. l. 1. ti. xvij. lib. iv. nouæ c collectionis idem statuo de decurionibus ciuitatum, si litem non finierint intra tempus à lege præstitutũ. l. vij. tit. xviij. lib. iv. nou. coll. quinimo

a Not. in l. fi. D. de iu. & iur. & in cap. P. & Gl. 9. de of. de leg.

V.

VI.

b Innoc. in c. in literis de resti. spoliat.

c Di. Perez li. 3. ordi. ti. ij. l. fi.

quinimo in hac ipsa specie iudex non astringitur necessitate, in his quæ ad cognitionis, iudicijque ordinem pertinent. Itaque plus aut minus dilationis ad probationem concedet, in his enim quæ à mero iudicis officio pendent, integrum ei [a] est facere, aut omittere. c. consuluit de officio deleg. Atqui siue faciat id quod lex ei permittit, siue nō faciat, alterutrum tamen facere, hoc est, condemnare, aut absoluere iuris necessitate cogitur. [b] Eguinarius Baro Iudicandi necessitatem, alijs quàm datis à magistratu iudicibus afferri negat. Atque ijs ipsis, quod munere iudiciario fungantur, & facultas iudicandi absque iurisdictione inter munera personalia habeatur, fatemur datum iudicem delatum iudicandi munus non posse defugere l. munerum. §. iudicandi. D. de muneribus & honoribus. l. prætor. §. qui autem. D. de vacat. & excusat. muner. magistratum posse. Si tamen magistratus accepit, etiam inuitus postulantibus iura reddet. l. de quare. D. de iudic. Sequitur in difinitione, *iuris dicendi.* Ius ars boni & æqui est. l. 1. D. de iust. & iur. sed in Accursij difinitione accipiemus hęc verba, ius reddere, ex scripto, ne superuacanea sint, quæ sequuntur. Et quidem non nego, cum de iurisdictione id est potestate iudicis quæritur, id agi, quid iudex possit. De eius autem officio cum quærimus, tum an cogatur ius reddere. Sed quia hæc inter se valde coherent seuerius cum Acursio agi nō oportet. Sequitur *ex æquo & bono.* Iustitiæ tres sunt formæ. Recta, stricta, laxa, quæ laxior & remissior est, ex ea efflorescit æquitas, mitissima rerum humanarum moderatrix, quæ reliquas ita continet, vt obtussus angulus rectum & acutum: non enim recta solum, sed stricta ipsa, & quasi asperior iustitiæ ratio

a Docté Menochius de arbitrarijs li. 2. casu. 1 Dec. in. ca. ad hæc de appellatio.
b l. variar. Q. Q.

VII.

VIII.

IX.

ratio exerceri non poteſt, quin ex temperata & leni aliquid ei admiſceatur. Rectè itaque Accurſius addit *ex æquo & bono*. AEquitas, Ariſteli, Επιείκεια, eſt benignior quædam & humanior interpretatio legis ſcriptæ, quæ ſcripto comprehenſa non eſt, Hactenus tamen hęc interpretatio à lege recedit vt ei contraria non ſit, quinimo eius, qui legem tulit, voluntatem, conſilium animum ſedula perquirit: & quantum poteſt, ex rerum atque perſonarum varietate inueſtigat, cumque probè nouit, & quaſi ex intimo ferentis ſenſu hauſit: quod abeo vel ambiguè, vel obſcurè enuntiatum eſt, vel ſcripto generatim & vniuerſe ita comprehenſum vt ex anguſtijs, atque angulis verborum iniurioſa difinitio exiſteret, explicat, atque illuſtat, & ererum atque negotiorum natura ita vim legis vnicuique accommodat, vt ſi lex ipſa loqui poſſet, id ipſum præciperet. Itaque ęquitas ipſa ius eſt. Et quod Ariſtoteles libro v. ethic. ait, æquitatem iure potiorem eſſe, non ita intelligi oportet, quaſi aliud ius aliud æquitas ſit. Neque Ariſtot. ipſe ait æquitatem potiorem eſſe iure eo quod ſimpliciter ius dicitur, quodque natura ipſa & vere ius, honeſtumque eſt, adque idcirco imobile. Sed eo nimirum iure, quod ius eſt, quia decretum lege, & lege quidem generatim, ac vniuerſè ſcripta, non explicata pro rerum atque negociorum conditione pro ferẽtis conſilio, ſed literatè, ſed ſtrictè, quo pacto leges explicat verborum aucupatrix et malicioſa calliditas. Negat Paulus ius ciuile calumniari oportere, aut captari verba. Sed qua mente quid diceretur, animaduertere conuenire. l. penult. D. ad exhi-

bendū huc pertinent.l.ſcire leges.l.benignius.l.cōtra legem.l.fraus. D. delegibus. Itaque æquitas nihil de iure naturæ detrahit, nihil remittit, ſed ad antiquiſsimam illam & rerum omnium principem naturam leges hominum, vt inquit Cicero, dirigit. Denique, vt vno verbo dicam, quoniam legislator ſumma rerum capita generatim, & infinito quodam orationis ambitu complecti cogitur, quia ſingula perſequi fas non
X. eſt, hoc ſtatuo munus, functionemque æquitatis eſſe, vt legislatoris mentem accuratè diligēterque perſpectam fundat, atque diducat in caſus eos, qui lege non ſunt nominatim definiti, ſed incluſi & quaſi comprehenſi generali ſermonis conceptione, verbis ipſis nō coactis, & è propria ſignificatione detortis, ſed emollitis faciliori quadam interpratatione, & velut admonitis, vt aliquid legis rationi laxent, & ſententiæ non inuita cedant. AEquitas igitur non ſola & à ſe conſiſtit, ſed ad legem ſcriptam accomodatur. Nam lex & æquitas in ijs ſunt quæ cum alio conferuntur. Vt legem ſcriptam ſi tollas, nulla de inceps æquitas ſit: reciprocantur enim viciſsim, vt neceſſe ſit vtrunque aut neutrum exiſtere. Neque audiendi ſunt, qui ſcriptam æquitatem retinent in.l.placuit. C. de iudic. cum vocem eam ex.v.CC. fide delendā eſſe ſatis omnibus perſuaſerint. I. Ruſſard. Duaren. L. charōdas A. Auguſtinus, atque alij. Sunt autem formulæ quædam & quaſi regulæ à. Iur. Conſ. præſcriptæ quibus ducimur ad moderationem hanc legum quę ex æquo & bono ma
XI. nat. De ea re diligenter Alciatus & Corraſius commemorant. Multa etiam de antiquorum comentarijs alij neque Theologi ipſi locum hunc prætermiſſere. Generatim autem ſic fere præcipiunt. Cum in hypothe-

si scripta nulla lex est. & ratrocinatione nos vti oportet, si ex regulis placitisque iuris durius quid atque strictius ex istat, quod æquitatis ratio non ferat, ad æquitatem iudicem deflectere rectè [a] posse, & tristitiam iuris lenitate interpretationis mitigare. Nulla enim iuris ratio aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ salubriter pro vtilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione producamus ad seueritatem. Ita Modestinum F. Conanus [b] eleganter interpretatur. Et quidē in condendo iure, (vbi maxime æquitas de Pauli sententia spectanda est. l. in omnibus. D. de regu. iur.) non semel hoc iuris auctores fecerunt vt si conferas. l. repeti. §. rei mutatione. D. quib. mod. vsuf. amit. cum. l. seruitutes. xx. §. si sublatum. D. de seruitute &. l. 1. §. vltimo cum. l. iv. D. de in rem verso. Atque etiam cum scripta lex est, idque apertè & perspicuè, vt certum sit, quid iubeat vetetue, si tamen ipsa legis mens atque ratio omnino deficiat, ita, vt in proposita caussa tueri scriptū nemo illa ratione queat, quin iniquitas eius manifestò appareat ad æquitatem iudici abeundum esse frequentes pręcipiunt; cauentque periculum ei nusquam fore, vt violatæ legis reus caussam dicat, quibus in ea sententia satis Triphoninus & Modestinus fauent. l. credendum. D. qui petant tutores. l. Scire oportet. xiij. §. sed & si maxime. D. de excusat tutor & huc spectant præcepta illa. l. contra legem. l. fraus. D. de legibus. Id autem non solum suprēmis curijs, aut maioribus magistratibus sed etiam permitti iudicibus inferioris ordinis ex. l. placuit. C. de iudicijs. Nam si ex bono & æquo iudicare ijs non liceat, non etiam liceat legis sententiam vnquam sequi, sed verbis legis addictos XII.

a l. xxv. D. de legib. & S. Cōsulti.

b Lib. I. c. xi. n. III.

eos esse necesse est, quasi verò legis sententia lex non sit, sed scriptum. Ad principem quidem interpretatio pertineret, si ea ius perpetuum esset constitutura. l. vltima. C. de legibus. Idem esset si legis sententia ita esset obscura, vt ex eo, quod scriptum est, colligi nno posit quod ad caussam deiudicandam pertinet. Sic explicanda est. l. 1. C. delegibus fit legis sententia obscura, si cum ea scriptum pugnet, vel si ambiguis verbis scripta sit, non tamen dequocunque ambiguo verbo ad principem referendum est. Sed ita demum, si ex eo legis sententia obscuretur. Etsi consulto principe hoc iudex fecerit, adhibebit Celsum. l. in ambigua. D. delegibus. Sit LEX *qui noctu cum ferro deprehesus sit, punitor*, Deprehensus est, qui annulum ferreum gestabat aio sententia legis rectè eum excusari etiam in consulto Principe, nam vel in verba legis hic non incidit, vel vt hoc ambiguitas *ferri*, effecerit, profectò ea talis est, vt sententiam inconsulto principe iudex assequi posit, neque in receptam sententiam eo. Lubricus tamen hic locus & qui multas cautiones habet, nam æquitatis prætextu sæpe bonæ leges violantur. Itaque constituendum est, cum legis sententia dilucide, & perspicuis verbis e-
XIV. nunciata appareat, quanquam species incidat, in qua eam seruare præter æqum & bonum sit, si tamen eius ratio atque intentio non omnino deficiat, sed constare quocunque modo posit, vt cetero qui vna parte dura atque stricta nimis videatur. Tamen non iudici licebit faciliore interpretatione ab ea discedere, quia sic scripta est inquit Papinianus. l. prospexit. D. qui & a quibus manumissi. Et hoc est quod dicitur sententiam contra iuris rigorem prolatam non valere. At

qui

qui in omni hac re si æquitatis natura benè perspecta atque explorata iudici sit, non adeo difficile erit, rectum rationis modum tenere. hæc de æquitate.

Alciatus tamen æquitatis verbum ex hac difinitione eijcit. Sed sibi non constat, cum iurisdictioné ipse definiat; potestatem publicam iurisdicendi, ius verò æquitatis artem continet. Statuere, inquit, iurisdictionis est, & tamé iniqua statuta parédi necessitaté afferũt. C. cũ omnis. de cóstitut. opinor quia parere legi, nó legé diiudicare populos oportet, si lata ab eo sit, cui eius rei ius est. Enim verò iniquã legé si is tulit, qui tamé potuit ferre, non dicam hunc iurisdictioné non habuisse, sed vsum perperam ea, quam habuit, neque mirũ, si lata pręter æquitatem sententia cóstat, cum etiam constaret lata contra legem scriptam.

De iurisdictione verò sic præcipiendum est, iurisdictionem omnem penes singulos populos atque Respublicas, postquam legũ & sacrorũ omniũ cómunione sociati sunt, principe naturæ lege residere à populis in principes, vel optimates deriuari transferrique posse, frequentes omnes præcipiunt, eo modo. P. Romanus in imperatores potestatem omnem, atque imperiũ transtulit lege ea, quæ *Regia* Vlpiano dicitur. l. 1 D. de constitut. Princip. *Lex imperij*. l. ex imperfecto. C. de testamentis. Et verò vt Principatus iure atque legibus constitutus intelligatur vacetque omni tyrá nidis culpa, satis est dignitatem Regiam communi populi suffragio, aut iure hereditariæ successionis cuipiam deferri. Creatio, quæ per suffragia fit, expressum populi consensum, successio expressum item, aut saltem tacitum præsefert. Vtriusque idem iuditium est. In Castellana nostra. R. P. omnis potestas atque iurisdi-

XVI.

Couarr. in pract. ca. 1. n. 2.

XVI.

XVIII. iurisdictio primum quidem creatione, *a* deinde gentiliciæ succesſionis iure hoc eſt expreſſo, & tacito populi iudicio in principem translata eſt. Creationis atque electionis fidem faciunt Toletana concilia præſertim. v. canone. III. & viij. can. x. & .xij. can. I. quibus ex locijs cognoſcimus Gothorum Reges ex Gothicę gentes nobilitate, non plebis aut paucorum cóſpiratione, ſed Pontificum procerumque palatij ſufragijs fuiſſe delectos, nec leue in hanc ſententiam argumentum, ius iurandum ſollenne Regis, atque populi quo aſtricti ad aras alter alteri cóceptis verbis pollicebantur iuſtam ſeſe ex inſtitutis patrijs, atque more maiorum imperandi, atque parendi fidem præſtatu-. Refert Concilium Toletanum. viij. can. x. & Concil. vj. Canone. iij. Sed à Pelagio Tafilę Cantabriæ Ducis

XIX. filio, Cindaſunthi Regis Gothorum nepote, qui Regni Caſtulonenſis nomen à Mauris per tyrannidem occupatum exigua manu de populi Chriſtiani reliquijs confecta vindicare cępit. Caſtellanum regnum iure ſuſceſsionis in hunc vſque diem ideſt fere per octingentos annos poſteris omnibus delatum eſt. *b* De ea ſucceſsione nominatim Panormitanus aliquando

XX. ſcripſit. De Hiſpanorum regibus, idē fere tradidere. Oldraldus, Albericus, Cardinalis, Alexander, Paulus Caſtrenſis. Decius, atque alij plures quos Tiraquelus laudat eo libro *c* quem ſcripſit de primogenijs vt planè appareat penes ipſum Regem ciuilem hanc poteſtatém, & iuriſdictionem eſſe, ab eoque in reliquos deriuari. Id quod & Alphonſinis *d* legibus ſæpe teſtatum eſt. Ex eo capite multa definiuntur. Si quiſpiam de iuriſdictione cum noſtro Rege ambigat niſi idoneis probationibus fidem faciat ceſſurũ Regi vel eo nomine

a Pan. in c. venerabilē de electione & in c. intellecto de iur. iuran. Corſet' de poteſt. reg. q. 9. glo. in c. Moiſes. 8 q. I.

b l. 2. ti. 15 par. 2.

c In præfactione. n. 4.

d l. 2. 5. 6. 7 8. ti. I. p. 2 l. 18. ti. 4. l. 28. 19. 20 ti. p. 3 Auē. demandat. eius. c. I.

e 4. ti. I. li. 2. ord. Ioā. Lupus in c. per veſtras de donat. inter vi & vxore. 2. notabilir. §. I n. 4. 3. ſupra allegat vij col. 2.

nomine quod Regis intentio iure constituta intelli- XXI.
gatur. Quę diffinitio rectè producitur ad eum qui
ex Regis priuilegio, atque concessione iurisdictioně,
habet, si cum alio quàm cum ipso rege sit ei de iurisdi
ctione contentio, cum eadem iuris præsumptione ex
persona Regis vtatur, vt rectè Iasso, *a* atque alij. Nã
illud iuris explorati est Regem iurisdictionem alicui
rectè posse tribuere & ab eo creati iudices ab ipso re
ge creati videntur. *b* Iudicum autem & magistratuũ
creandorum qui quod aiunt ordinaria iurisdictione
vtantur, Principi ipsi non populis ius tributum est re-
cepta interpræetum sententia. *c* Apud Hispanos lege XXII.
id nominatim cautum est. *d* In qua re interpretum
præceptio ea valde commemoratur: iurisdictionem
ita iudicibus concedi, vt etiam concedenti ea compe-
tat, quod Doctores appellant cumulatiuè. Ductum
hoc est ex. C. dudum vers. nos igitur de pręben. libro
6. quam præceptionem etiam ad eos omnes, quibus
ex priuilegio iurisdictio competit, procedere voluit
Bart. *e* magno Doctorũ plausu exceptus, tẽperãda ta-
men eius sententia est, vt vera sit in iudice cui mune-
ris, officijque nomine iurisdictio tribuitur. Nã si vẽdi
ta iurisdictio sit vel alio nomine à principe tribuatur,
placet eum cui tributa est vnum atque solum exerce- XXIII.
rè posse, hoc est, quod. dd. aiunt priuatiuè. *f* Idem sta-
tuo de eo qui pręscriptione iurisdictionem tuetur.
Bernardus Glossarius *g* & Panormitanus.

Nam iurisdictionem præ criptione adquiri omni-
bus conuenit, *h* Excipio tamen sublimem supræmam

a Ias. in. l. si extraneus §. nisi forte n. 15. D. de condict. caussa data Faber in. l. 1. co. 4. C. de summa trinit Gui. Pp. deciß. 661.

b Afflictis in constit. sicil lib. 1. Rub. 48. n. 8. Bal. in. c. studuisti de offi. deleg.

c Bal. in. c. 1. quæ sint regalia Innoc. & DD. in c. cum accessi sina de constitut.

d l. 22. ti. 9 p. 2. lege. 1 ti. li. 2. ord. Auen. de exequẽ. mandat. c. in. 8.

e Bar. in. l. 1. C. de off. præfect. vrbis, Socin. in. c. cum contingat notab. vlt. de for. compet.

f Abb. Dec. Felin. in. c. pastorales de of. iu. ordinarij.

g Gl. in. c. Past. vice inuitam de of. ordin. vbi Abb.

h Cou. in reg. posess. 2. p. § 3. n. 5. Auen. de exequen. mand. 1. p. c. 1. n. 21. Molin. in consuet. Paril. § 1 gl. 5. n. 49. 53.

XXVI. que iurifdictionem, quæ regis maieftatem vna co-
mitatur nam ea neque vllo tempore præfcribitur,
a neque latifsimis concefsionis verbis continetur,
atque adeo neque alienari poteft. Quod auté diximus
penes noftram Hifpaniorum. R. Publicam nullum iu
dicum ordinariorum, creandorum ius manfiffe, tem-
perandum hatenus eft, vt fi ciuitatis Rector decedat,
interea dum alius á rege fufficitur, liceat Decurionũ
collegio magiftratum creare qui rem publicam capef
fat. Idem eft fi Rex in iudicibus mittendis nimium
ceffaret. Ita difinit Epifcopus Segouienfis. b Et qui-
dem rectè, cur enim populo hoc non liceat, cui, fi ex
XXVII. regia ftirpe atque familia nemo omnino fupereffet, li
XXVIII ceret etiam fibi Regem alium deligere tamen ex.l.vij.
XXIX. tit.v.lib.iij. nouæ collectionis in ea fpecie decurionũ
collegio neceffe effet, Rectoris de mortui vicario in-
terim vti, vbi Vicarius eft, præter illam præterea fpe-
ciem licet populis noftræ.R.P. ordinarios fibi iudices
deligere, qui prima cauffarum iudicia difceptét: cum
hoc eis ex priuilegio, Principis confuetudine, aut
præfcriptione licet, vt certè plerifqj licet.l.i.tit.ij.li-
bro.vij.l.i.tit.xv.lib.ij.ordinatio.

Iam verò multæ in hoc tractatu fuboriri quæftio-
nes folent. Et nobilis imprimis illa quæque multas a-
lias continet, an conceffo caftro, iurifdictio quoque
XXX. & territorium conceffum videatur. Et fic frequétius
explicatur. Si iurifdictio atque territorium Caftro an
nexum erat, eo tempore quo conceffum eft & in pote
ftate concedentis, translatum videri. Conuenit Ponti
ficijs & Cæfareis interpretibus. c Idem eft fi uenditũ
aut legatum, aut alia ratione alienatum d Caftrum fit:
hoc tamen verum eft, fi Caftrum ipfum, qua vniuerfi
tas

a l.i.tit.i. li.4.recop. l.6.ti.13.libr.3.ordena. Luc de Penna in.l. quacumque 2.C.de omni agro defcito libro. xi.

b In pract. c.4.n.3.

c Ex Bart. Bald. Caft. Anch. Hoftiẽ. I. And. C. Molin. in couſuet. Parrifienfib.ti.i.§.i. gl.v.n.44. & .46. Coua. in prac. .i.n.10.

d Innoc. & dd.in c. cũ ad Sedẽ. de reftit. fpoliator. & in c. ex literis de iure patronatus.

tas est, vel pars eius alienetur: nam prædijs his, aut illis ex Castro diuenditis, a iuriseictio non transfertur cum interea nihil commune sit, potest quidem iurisdictio per se constitui, b hoc est sine territorio. & territorium c absque iurisdictione. Et hinc fit vt si vasallus iurisdictionem prædijs fæudalibus adquirat, domino ne adquirat. Itaque si Castrum, cui neque iurisdictio coheret, à principe, qui qua princeps est, iurisdictionem habet, concedatur, vt si intra ciuitatis vel comitatus fines collocatum sit, placet iurisdictionem non transferri, nisi nominatim princeps eam largiatur eorumdem authorum sententia est. Sed quæsitum est, si nominatim princeps largiatur, an iurisdictionis nomine vtrumque imperium comprehendatur. Sed excutienda prius thesis est, an concessa iurisdictione merum, & mistum imperium cōcessum quoque videatur. XXXI. Alciatus d huius quæstionis definitionem ex eo aptam esse putat an merum imperium generali concesione contineatur, vel de ferri speciatim oporteat. Et quidem multis edisserit generaliter iurisdictione concessa merum quoque imperium contineri excipit tamen huius imperij gradum eum, qui maximus ab interpretibus appellatur. Denique quod cōsectarium erat, generaliter iurisdictione concessa, vtrumq, imperium etiam cōcedi, nisi sit aliquid, cur principis priuilegium coerceri necesse sit receptum est. e Idem definitum est, si Castrum, cui territorium & iurisdictio adheret, concedatur: vtrumq; etiã imperium concedi, vt ex multis f Molineus. Nũc tractanda est hypothesis, Castro, cui iurisdictio non erat concesso si nominatim eam princeps largiatur an iurisdictionis nomine vtrumque imperium contineatur. XXXII.

a Bar. in l. 1. D. de iurisdictio.
b Paul. Cõsil. 56. vol. 2 Alex. consil. 76.
c Bar. l. 1. D. de iurisdict.
d In c. quod sedem n. 41 de off. iud. ordinar.
e Ex Bart. Bat. Alex atque ali Cou. in practic. c. 1. fine.
f In cõsuet Paris. ti. 1 §. 1. glo. 5 n. 48.

a D. n. 48. Molineus negat *a* contineri, nisi nominatim princeps de imperio comemoret. Authores habet hæc sententia Speculatorem, Ioan. Andream, Iassonem, & Iuniorem Curtium. Episcopus *b* Segouiensis ex verbis principis spectari rem oportere ait, si plena, si omnis iurisdictio concedatur, etiam concedi vtrumque imperium, qui casus ei cum Molineo conuenit. Si hoc adiectum non sit, satis addubitat, sed demum propendet in contrariam Molinei sententiam: quæ tamen nisi ex consuetudine, aut alijs coniecturis ducatur, non temere probanda est.

b c. 1. in fi.

XXXIII Iam verò quæstiones illæ magna contentione agitari solent, donata iurisdictione; atque ipso mero & mixto imperio expressim, an prima causarum cognitio, tantum donatario competat, an etiam altera, cũ appellatio interposita est, vt à se ipse appellari possit, aut certè à sententia iudicis sui, is item iudex, quem appellationibus definiendis præfecit? *c* Angelus Carol. Molineus & noster Segouiensis Episcopus opinantur in ea specie prima tantum iudicia quæ vulgo appellantur *prima instantia*, à donatarijs exerceri posse, appellationum caussas nunquam posse, & eorum sententia vera atque recepta est. Quin etiam eo procedit, si plena, si omnis iurisdictio concessa sit vt neque appellationum cognitio concessa videatur, eius definitionis caussa est, quoniam in omni concessione, atque beneficio ius appellationis excutiendæ, nisi disertè explicatum sit, in re dubia nunquam concessum esse interpretamur, *d* quasi opinor pertineat ad summum illud regiæ potestatis ius, quo in primis continetur, vt Rex ipse quasi Princeps Paterque patriæ ab omni iudice appelletur. Siue eum Rex ipse dederit, siue populus, aliusue etiã si Episcopus aut Ecclesiastica dignitate prædictus sit,

c Ang. in l. 116. qui mãdatã D. de off. eius Molineus in cõsuet. Paris. titu. 1. §. 1. gl 5. n 49. Couarr. in pract. ca. 4. n. 6.

d Faber in stitu. de actio. tutor in princip. Guido Pp. d is. 518

a sit, modo potestas atque iurisdictio temporaria sit. Nam cum ab ipso semper rege ducta ea necessario intelligatur, hactenus translata est, vt amplissimam hãc potestatem suo iure semper princeps retineat. Atque etiam vel si maximè velit, omnino eam alienare, neque ipse poterit, b neque inuito vlla temporis præscriptio auferet. c. cum non liceat de præscriptio. apud nos. l. vj. tit. xiij. lib. 3. ordinat. atque ideo in omni cõcessione exceptum hoc ius intelligitur. Non nego salua hac potestate rectè appellationis quasi vnũ gradum posse concedi, si demum ad Regem ipsum res per ventura sit. Ita Castellaniæ iure castra apud Gallos passim conceduntur. Sed hoc ipsum aio explicari disertè atque nominatim oportere. Ita interpretum sententia est. Apud nostros certè Hispanos dissentiẽtibus cũ legibus, tunc interpretibus constitui vix quidquam certi potest ex illorum decretis. Plerique enim in ea sententia sunt. Concessa iurisdictione primam caussarum cognitionem, nũquam, aut certè raro, contineri ius appellationum semper contineri. Orta inde dissidia sunt, quod creandorum iudicium ordinariorum ius, quod ad regem pertinere sine contentione paulo ante commemorabam, tamen Rex ipse apud nostros priuilegio, aut tacita quadam cõsensione populis omnibus permisit. Sic moribus obseruatum est, neque te ciuitates omnes commoueãt, quibus ab ipso Rege rectores præficiuntur. Nam eo iure non ita pridem vtimur. Hoc est non ante. cxx. annos, vt ex Enrici. ij. Ioannis ij. Ferdinandi, & Elisabethæ edictis discimus. Et quidem ideo vtimur, quia ab omnibus hoc ciuitatibus communi suffragio postulatum est. Facit eius rei inditium commune correctorum stipendium quod

a Pragmatica sanctio Fernan. & Elissabeth anno. M.D.II.

b Bald. in proœmio feudorum col. 8. & in proœmio codicis Luc de Pena in l. quæcumque. 15. C. de omni agro deserto libr. x. Degrasallius lib. 2. regalium Frãc. iure viiij.

XXXIV.

 ab eis-

ab eisdem ciuitatibus persoluitur. Contra quam cautum erat. l. 1. & l. 2. ti. 16. libro. 2. ordinatio. antea lecti ex Decurionum collegio magistratus prima caussarũ iudicia exercebant. *Vulgo, Alcaldes mayores,* quorum in ciuitate Burgensi nomen adhuc, & dignitas sine re tamen retinetur. Reliqua autem oppida non ciuitatum exemplo de iure suo concesserunt, sed iudices hodie in annos singulos creant, apud quos prima caussarum cognitio fit. Neque verò huic iudicum populariũ iuri princeps detrahere credendus est, qui sine alterius incomodo beneficium accipi vult. l. 2. §. merito. §. siquis à Principe. D. ne quid in loco publico. Quod si ita sit, iam illud necessario dandum est, iurisdictione concessa appellationum ius concedi, ne inanis & lusoria Principis benignitas sit. Idque ipsum astruitur ex Ioannis. II. sanctione Guadalaxarę edita anno M. CCC. XC. [a] Cuius sanctionis veluti certissimo præsidio nostrates Domini ius appellationum & tuẽtur, & vindicant. At tamen hoc ipsum sine controuersia, atque expeditum non est. Nam eius constitutionis vim atque fidem, alij labefactant, quod in corpus legum vltimo loco Philippi II. Regis nostri imperio collectum relata illa non sit. Quod editæ contra quædam nostrorum Regum constitutiones, quibus dominis oppidorum grauissima multa dicitur, si Regem in territorio suo appellari non patiantur. Quod si vspiam constitutio illa obseruatur, Regis indulgentia atque permissu obseruatur. Ita in locis [b] ijs, quorum iurisdictio ad Toletanam Cathedram pertinet, ne à iudicibus ordinarijs auditoria Regia appellẽtur, proposita Guadalaxaræ constitutione Ferdinandi, Philippi, ac Ioannæ diplomate cautum est Pintię Kal. Aprili

[a] Franc. Auiles. de capiti. Prætorũ. c. 38. Glos. Ante nos. u. l. refert illus constit. verba.

[b] Auiles vbi sup. n. 2.

Aprili, anno M. D. VI. Et eiusdem Ferdinandi Regis priuilegio in Compostellanensi diœcesi idem constitutum est, quasi illa sanctio Pragmatica nisi Regis cõcessu nominatim probata sit, per se non constaret eã non pauci ex nostris iurisperitis explicant, qui in varias tamen sententias distrahuntur. In re ancipiti atq; dubia sunt pronuntiata illa iuri, vt reor, consentanea.

M. D. VI. vij. Septẽb.

I. Si prima caussarum cognitio penes Regios iudices in aliquo loco sit, eius loci iurisdictione à Rege concessa, primam caussarnm cognitionem donatario vni atque soli concessam esse placet, absque vllo appellationis gradu. moueor præceptione ea quam ex Angeli, Molinei, atque aliorum sententia paulo antea exposui. XXXVI

II. si concesione iurisdictionis primam caussarũ cognitionem Rex nominatim domino cuipiam detulerit, habebit dominus primam caussarum cognitionem, tametsi ea tempore concesionis penes magistratus à populo creatos resideret. Approbatur hoc pronuntiatum vel ea difinitione, qua concessio Castro, quod in ciuitatis territorio atque iurisdictione est, cõcessam etiam iurisdictionem interpretamur, si nominatim hoc princeps exprimat. Populi enim iudices ordinarios principis permissu, atque adeo loco, & delegatione creant, vt de suo ipse iure, non de populari, cum ita concedit, detrahere videatur. Nam & communi lege & nostra omnis est in principem traslata iurisdictio. ab eoque ita deriuatur, atque manat, vt saltem eius potestatis, quæ in Rege summa & amplissima vocatur, vinculis illigata penes ipsum Regem remaneat. Valent in hanc sententiam illa, priuilegium alicui irrogatum à principe vel eius decessoribus, tolli *a* deinceps non posse, siquidem ob pæcuniam, quod XXXVII

a Ca. i. qui sũt regalia in vsibus feud. & vbi dd. etiam in aute defensorib. ciuitat.

ue pecuniæ loco sit, vel egregia ob merita irrogatam sit. Si tamen gratuitum omnino atque liberale, tolli posse. Hoc tamen in ceteris rebus, nam si iurisdictio priuilegio à principe concessa sit, eam sine delectu aliquo perpetuo tolli posse Baldus [a] docuit, & non pauci assentiuntur. Et hinc fortasse Lopius [b] nostras, concesso donatoque territorio, etiam primam caussarum cognitionem penes Regem ipsum remanere putat, vt exercere & ipse posit. Sic interpretes, vt mihi quidē videtur, præter omnem æquitatē [c] statūt. Et dum Regis potestatem liberiorem esse volunt. labefaciunt eius fidem & benignitatis regiæ officia omnia perturbant. Si iurisdictionem Rex cuipiam ex emtionis, permutationis, aliaue simili caussa transferat, si denique eo nomine, vt in bonis donatarij, & quasi patrimonij loco sit, placet, Glossario nostro repugnante, iurisdictionem penes transferentem non remanere paulo antea Bartoli definitionem sic correxi, neque Baldus à me temere impetrabit, iurisdictionem etiam acceptis nummis diuenditam ad voluptatem adimi possessori posse, hoc non regia fides, non rerum contractarum patitur, vt cum ego emerim ædificarim, tuear, impendam, alius me inuito, ex authoris mei beneficio fruatur. Neque capitalior vlla ratio in Rep. administranda est, quam si rem multis annis aut sæculis ante possessam is adquirat, qui nunque possedit amittat autē, qui possedit. Et Arati Sycionij factū iurè pricipibus imitandum proponitur. Sit itaque satis ad propositæ thesis approbationem iurisdictionem priuilegio concessam tolli á principe ceu cetera priuilegia posse eoque magis quod in nostros populos ius creandorum magistratuum non priuilegio, sed tacita concessione quadam

a Bal. in l. qui se patris. C, vnde vi. XXXVIII.
b In l. 18. ti. 23. vers, para el Rey p. 3.
c DD. in l. omnes populi. D. de iust. & iur.

quadam absque vllo precio non traslatum sed relictũ eis sit, adde non eam iurisdictionem illis omnino tolli, sed alijs ita condonari, vt vterque iure occupationis promiscuè exerceat. At inquies, fortasse penes Regé summa illa potestas semper remanet, non infitior. Sed eam, etiam primis iudicijs condonatis, appellationum ius satis & demonstrat, & tuetur.

XXXIX
III. Etiam si nihil de prima iudiciorum disceptatione princeps exprimat, ex generali tamen ac lata iurisdictionis concessione, si quis primam hanc disceptationem exercuerit, eam deinceps rectè eum tueri posse receptum est. Huius autem enuntiationis ratio satis expedita est, si legitimo præscriptionis spatio disceptatio ea possessa sit. Cum & populi, & cuiusuis alterius ius eo tempore præscriptũ atque extinctum omnes fateantur. l. omnes. C de præscript. xxx. vel. xl. anno Auc. quas actiones. C. de sacrosanct Ecclesijs. Adde quod priuilegij verba, quæ dubia ambiguaque sunt, rectè vsus authore Innocentio *a* interpretatur, quæque multiplicia, & generalia sunt, definit, atque declarat, *b* etsi possessio notæ significationis fines esset egressa. l. 2. §. sed si fundus. D. pro emtore. Vt priuilegij vsus & possessio, certissima verborum, & mentis Regiæ interpres nostris *c* interpretibus appelletur. Et in hanc rem satis esse, siquis. x. annos priuilegio ita vsus sit, Panormitanus voluit. *d* Sic Pintianũ auditorium Ioannis ij. priuilegium, quo Occensis terriorij iurisdictio comiti de Haro latissimis verbis donata fuit, lata sententia ad hanc etiam primam disceptationem ex præscripta possessione pertinere pronunciauit. Quod verò ad decẽnium attinet, res non sine controuersia est. *e* Neque passim, aut temerè, in priuilegijs

a Innoc. in c. cum olim de verb. signif.
b Bal. cõs. 420. vol. 1.
c Afflict dec. 23. Paris consil. 140. n. 25. vol. 1. & cõsil. 3. vol. 4. Decius consil. 226.
d Panor. & alij. Moli. de prim. li. 1. c. 5. 39. Azeu. in, l. 41. Tan. n. 23.
e Iuan. Gutierr. li. 3. pract. q. 62. n. 28.

uilegijs interpretandis asciscenda illa difinitio est.

a In l.c. certificari de sepulcuris.

IV. Si quis absque priuilegio aliquo, aut concessione Regia, sola præscriptione primam hanc disceptationem caussarum adeptus tueatur, eum iurè defendi explicatur facile hæc enuntiatio, nam si iurisdictio quæri præscriptione etiam contra principem potest, cur non hæc pars iurisdictionis, quæ infimi ordinis est? depræscriptione autem iurisdictionis scripta ab Alfonso Rege lex est vlt. titu. xiij. veteris ordinationis. Quam ita explicat Segouiensis Episcopus. Tempus iurisdictionis præscribendæ aduersus Regem, si nullus titulus proferatur, esse infinitū, & immemorabile. Si verò titulus afferatur, & si non probetur, centū annos in criminal, quadraginta in ciuili iurisdictione præscriptioné complere. Quæ certè sententia placitis interpretum satis conuenit: complutensis sanctionis verbis, vereor ne, non satis. Nam prior pars, quæ infinitum tempus exigit, pertinet haud dubiè ad potétiores, quorum opera ante eam legem in regijs oppidis occupata temerè iurisdictio tenetur. pars extrema palam futuris litibus fert præscriptionis legem, atque formam, adhibita iurisdictionis, non tamen tituli distinctione. Idque iuris nostri peritis viris rectè probatur. Sed quæsitum est an Complutensi constitutioni derogarit Philippica sanctio, quæ vtriusque iurisdictionis præscriptioni sine vllo dilectu tempus infinitum & immemorabile præfinit, derogatum censent & Ludouicus Molina, Matienzus, & Ioan. Gutierrus, & verè illos ita censuisse censeo. Tractari tamen adhuc potest an Philipi Regis nostri sanctio in l. 1. ti. 15. li. 4. Nouę collectionis etiam eas præscriptiones cōplectatur, quæ titulo dicto vel probato fulciuntur. Nam

b In regul. possessor. 2 p. §. 3. a. n. 4.

c Auen. li. 1. c. 1. Prætor. I. Gut. pract. li. 1. q. 84. n. 2.

d Moli. de primogen. li. 2. c. 6. n. 32. & nu. 46. Matiē. l. 1. ti. 10. li. 5. Gutie. in pract. li. 1. q 84.

Complu-

Complutensis constitutionis pars vtraq planè scripta est de ijs, qui citra ius titulum ve aliquem possidēt. Philippica item eandem sanctionis speciem definire videtur ve lex proœmij verbis, difficilis hic locus, neque à nostris prætermissus. Et verò temere is reprehendi non debet, qui in hanc inspectionem Segouiēsis Episcopi iuris, & æquitatis consultimi definitionem asciscat. Itaque siue ciuilis, siue criminalis iurisdictio sit, si quis eius iurisdictionis vsum ex Regia cōcessione, atque priuilegio (quod tamē dubium sit, neque per se suppetat ad adquisitionem) inchoarit, persistatque per quadraginta annorum spatium, ritè, atq; iure placet legitimæ possessionis præscriptione Regem summoueri. Neque leue huic rei documentum præbet. l. 1. tit. x. lib. v. Nouæ collectionis, ad sentiunt *a* Auendanius, Matientius. Gutierrius. XL.

a Auend. de capitib. Prætor. li. 1 c. 1. nū. 21. Matien. l. 1 ti. 10. gl. 19 n. 4. & 5. li. 5. Nouæ collect. Gutier. in practic. li. 1. q. 86.

Ceterum si inter priuatos de iurisdictionis præscriptione disceptetur, dubium non est eum, qui legitimo tēpore, id est x. annos inter presentes. xx. inter absentes possederit, rectè præscriptione defēdi, neq; titulo aliquo opus est, modo is sciat, atq; patiatur, cuius de iurisdictione agitur, *b* idq; omnibus cōuenit. XLI.

V. In omnibus his visionibus primam caussarum disceptationem cum populis, penes quos antea fuit, promiscuè & iure occupationis, non, quod aiunt, priuatiuè, donatarijs competere, cuius enūtiationis summa æquitas est. Nam vt popularibus magistratibus iurisdictionem princeps permiserit, certè muneris officijque caussa, non iure patrimonij permisit. Itaque sibi retinuit quoque. Vt paulo ante præcepimus, & hoc est, quod vulgo dicitur, principē in omnibus populis iudicis ordinarij partes tueri. Quemadmodū

b Auen. vbi sup. Ber. Diaz reg. 397. Cou. reg. posses. 2. p. §. 3. n. 5. Ant. Padilla in. l. 1 n. 53. C. de seruit. & aqua Iuā. Gutier. vbi su. q. 87.

quæ populis permissa est creatio iudicum ordinario rum, eam temerè à Rege adimi par non est, sic si in ea ipsa iurisdictionis functione, quod sibi retinuit, id in alium transferat, iure suo vti videtur. Et quoniam prima hæc caussarum cognitio ex multiplici priuilegij regalis interpretatione, aut cõsuetudine, vel præscriptione proficiscitur, ideo toties in ea concedenda, vel permittenda supremis curijs variatum est. Nam interdum dominis ipsis per se, non per creatos iudices exercere prima iudicia permititur. Interdũ hoc ipsum eis denegatur. Aliquando iudices primæ caussarum cognitioni apud Hispanos illi præficiunt. VI.

XLII. Cum prima caussarum cognitio dominis promiscua cum populis & comunis est, hoc etiam iuris habent, vt appellari ipsi possint in his causis, que à magistratibus popularibus disceptatæ sunt, atque adeo à magistratibus, ijs, quos populus creat, & dominus confirmat, tametsi receptum sit, eum tribuere iurisdictionem, qui creatos à populo iudices cõfirmat, *a* quin etiam Gallicæ Castellaniæ iurè aliquando vtimur. Et si prima iudicia per vnum iudicem dominus exercet *b* solus, per alterum appellationum caussas, à primo secundus appellatur, & interdum à secundo tertius, qué Dominus vniuerso comitatui ex consuetudine præfecit, non valde ex iuris regulis. Ceterũ cum ad Regia auditoria lis demum peruenit, semel, atque iterum sollemnis supplicationis more tractatur, quasi nulla appellationis actio esset disceptata à iudice autem, quem appellationibus excutiendis ordinarium, vel nominatim, & singulari mandato dedit, non dominus sed Rex, ipse appellatur. VII. Ex constitutione Guadalaxaræ appellare iudices dominorum ita ius est,

a Aluertus Brun. cons. cij. Coua. in pract. c. 4. n. 6.
b Ang. in Auen. de defensor. leuitatum. §. de cætero Alex. & dd. in. l. 1. de iurisdic. omn. iud. Couar. vbi sup.

est, vt liceat impune, illis prætermissis, [a] Regem ip- XLIII.
sum vel eius auditoria appellare ex. l. xviij. tit. xxiij.
par. iij. primum, deinde [b] pluribus hoc constitutio-
nibus, renouatum est. VIII. licet etiam vrbium & ma
iorum ciuitatum iudices appellare cum id moribus
receptum est atq; ita nominatim cautũ est. Hæc autẽ
si in hypotesi non sint, & iurisdictionis priuilegium
à principe irrogatum explicari è iuris regulis opor-
teat, obtinuit primam caussarum cognitionem ho- XLIV.
die donatarijs tributam non videri, nec de ea re opi-
nor amplius pronuntiandum esse. Sentio tamen lon
gius me prouectum esse, quam proposita disputatio-
nis nostræ ratio postulabat: persequamur reliqua. Iu
risdictionis priuilegio latissimè significantibus ver-
bis concesso non solum receptum est ius illud regis
præcipuum, quod in appellationibus definiendis po-
tissimè cernitur, sed excipiuntur etiam reliqua [c] iu-
ra, quæ regalium nomine à nostris appellantur. De eo
genere [d] ex comentarijs sunt restitutio natalium,
gratia & restitutio damnatorum, percussió numisma
tum, cteatio tabellionum constitutio legum, & quæ
his interpretes adijciunt. Separa creationem iudicũ
seu magistratuum quæ ad omnes eos pertinet quibus
permissa iurisdictio est, neq; rectè vni regi asseruere XLV.
And. Issernia, & [e] Lucas de Pena. Hęc verò sic defi-
niuntur quoniam ea bona diuelli, à regia dignitate, at
que adeo alienari etiam ab ipso principe ius non sit.
Gallici autores alienationem hanc vno casu acci-
piunt, si iura ea in Regum liberos mares appanagij

a DD. in c. Romana de de appel. li. 6. fauer. impio. inst de vulg. nu. 4. Cou. vbi su. n. 7. & 8.

b l. 1. ti. 1. li. 4. l. 14. ti. 18. li. 4. Nouæ collect. Greg. Lop. in, l. 18 verbo. Fara el Rey tit. 23. p. 3. Couar. vbi su. n. 9. I. Gut. prac. qq. li. 1. q. 42. vbi explicat legem Guadalaxaræ.

c Alueri. in l. 1, D. de of. ei' cui mãd. è iur. Luc. Pen. in. l. 1. de priuil. scholar. & in l. 1. de ueteranis li. 12. codicis.

d Molineus in Consuet. Paris. ti. 1. §. 1. glos. 5. n. 56.

e Luc pen. in l. 2. C. de iure R. Publicæ ad fi. li. xj. Ioan. Platea in. l. prædia C, de diuers. præd. lib. xj.

quod illi aiunt formula transferantur. a Vulgo tamẽ
& sine vllo dilectu probanda est, si nõ in perpetuam,
sed ad tempus fiat; siquidem nominatim & expressè
XLVI. b fiat. Aliter etiam tributa hæc iura interdum inter-
pretamur, rem accuratè Alciatus c explicat. Sed hęc
quęstio aliam rursus quęstionem adfert perdifficilẽ.
An regibus ditiones suas sine populi & subiectorũ
concessione alienare ius sit. Mouet, regnorum, vt
reliquarum omnium rerum: comercium esse. Itaque
distrahi, donari, legari, testamẽto posse, eius rei exem-
pla passim occurrunt. Alexander AEgipti Rex Ale-
xandriam d & AEgiptum populo R. legauit. Ptolo-
meus e Cyrenarum Regnum, Nicomedes f Bythi-
niæ, Attalus Pergamenorum, g Vmbertus etiã prin
XLVII. ceps nostra ferè ætate Anno 1349. Delphinatum filijs
natu maximis Regum Galliæ certis sub legibus do-
nauit. Corolus. VI. regnum totum, Henrico Angliæ
Regi anno 1420. Omnino tamẽ definiẽdũ est ius hos
alienationis regibus nusquã permissum esse sine suo-
rum consilio atque consensione. Huius definitionis
firmamentum ponitur partim in munere ipsorum
regum, partim in his, qui illi parent. Illud enim memi
nisse necesse est, Reges non ipsorum caussa repertos,
esse, sed eorum, quibus imperant. Vt ad illorum inco
lumitatem & salutem omnia referant, non ad com-
modum & voluptatem suam. Volentibus enim non
XLVIII inuitis & coactis imperant. Et hoc vno iustus Rex à
tyranno internoscitur. Iam verò ius & potestas Re-
gum ex eo intelligitur, quod curator Rei Pub. quod
administrator, quod populorum tutor est. Curatori-
bus autem Rei. Pub. publicum mutare ius pactioni-
bus suis ius non est. l. ij. §. ius Rei. Pub. D. de administ.
rer. ad cur. pert. neq; illis, quibus permissa administra
tio

a Molina. vbi supr. n. 60.
b Gl. & dd. in. C. quod translationem. de of. leg. & in. d. c. vnico. Quæ sine Regalia.
c in. d. ca. Quod sedẽ, nu. 45. & 46. d. de of. ordin.
d Luc. I. Agrar.
e Liuius. li. 70.
f Tacitus li. 14.
g Florus lib. 1.
h Theod. Nihemius li. hist. 2. c. 25.

tio rerum est, alienandi facultatem leges permittunt l. contra. D. de pactis.

Iam verò tutor in pupilli rebus, ita demum loco domini habetur, si eius vtilitatibus prospiciat, si eum tueatur non si spoliet. l. tutor qui tutelam. D. de administrat. tuto. l. qui fundum. §. si tutor. D. pro emtore. Vt autem tutela, sic etiam procuratio Reipub. ad vtilitatem eorum, qui commissi sunt, non ad eorum, quibus commissa est, gerenda est. Et cũ iniustus Rex est (inquit Cicero) non iam vitiosa, sed omnino nulla respublica est: quoniam non est res populi cum tyrannus eam factiõue capessat. Pars altera confirmationis ducitur ex inspectione eorum, qui parent Regibus, nimirum ingenui & liberi homines qui sunt, XLIX. non serui, non coacti, & a quibus ad ipsos Reges, ius & regia potestas emanauit, non dominatus, sed fidei & Clientellæ lege, hominum autem liberorum nullũ comerciũ est, l. liber homo. D. de verb. oblig. l. si emtione. §. 1. D. de contrahenda emtione. Regno autem alienato non agri & prædia, sed incolæ potius alienatur, id est homines ingenui, atque liberi, vt alienatio omnino nulla sit, præsertim si in eius potestatem ab alienentur, qui potentia sua ad tyrannidem abutitur. Nam neque seruum, cui per fideicommissum relicta libertas est, alij manu mittendum traddere heres potest. l. generaliter. §. vltimo. l. inuitus. D. de fid. liber. hoc est, ei patronum mutare, neque ipse patronus liberto domicilij legem rectè imponit. l. penult. C. de oper. libertorum.

Neque ad rem attinet, regnum antiqua successione à maioribus relictum sit, an ab extraneo testamento legatum. Nam in successione tacito quodam iure L.

recep-

receptum est. Vt extra familiã alienari non possit exemplo earum rerum quæ familiæ relinquntur. Et eo alienato successor non obligatur. l. Peto. §. prædium. §. fratre. D. delega. ij. qui verò testamento legauit, heredis fidei & Clientellæ potius permisisse suos quàm dominatui intelligitur, idque procedit ad regnũ bel-
LI. lo partum. Nam vt Tertuliano non repugnemus aiẽti, omnia Regna bello adquiri, victorijs propagari. Certè si id quod bello quæritur, Regnum est, ea lege & conditionibus est, vt Rex suorum tutor, pater, & custos sit, ijs quasi legibus & conditionibus Regnum constituitur. Aliter non Regnum sed tyrannis est. Accedit, quod communi ciuium sanguine ac labore quæsitum est, sine illorum consensu distrahi non posse. l. ij. C. de communis rei alienatione. Item quæ bello quæruntur, non tam iure constare, quàm pacto quodam, & tacito populorum conuentu vt inquit Xenophon. aut vt ius sit, earum certè rerũ, quæ mãcipi sunt, & totum esse in manu occupatione & captiuitate positum. l. v. in fi. l. transfugam. ij. D. de adqui
VII. ren. rer. domin. l. 1. D. de adquir. possess. vt non facile expedias bello genus aliud principatus posse constitui quàm quod lex naturæ & recta politia agnoscit.
LIII. Definitioni planè locus est, vbi Regnum, (vt nunc apud Polonos fit) communi populorum suffragio defertur. Si tamẽ illud semper excipias, vbi pactiones & cõditiones Regnorũ sunt, eas seruari in primis oportere Nõ tamẽ hæc definio pertinet, ad partes eas iurisdictionis, quæ priuatarũ caussarum, aut etiam appellationis disceptatione continetur, nam vt hæc Rex distrahat, populos à sua ditione non segregat. vulgare apud Hispanos verbum, Dominos oppidorum perpetuos

petuos esse Correctores. Quoniam itaque hacte- LIV.
nus à nobis disputatum est de hac iurisdictione, qua in bonis nostris numeratur: Sic eam emi, vendi, possideri, diuidi, iure feudi necti ius est. *a* Quin etiam pignore obligari posse. I. *b* Faber contendit, nam quà per se iurisdictio spectatur, & officij fidem atque sanctitatem continet, eius nullum esse inter homines cómercium plenis commentarijs testatum est. Ita interpretes pręcipiunt. Sed valde verendum est, ne subtilior hęc diuisio atque distractio rerum, iustitię decretis & societati hominum fraudi sit, peccatur enim magno R.P. in commodo, si homines nullius ordinis, vita atque moribus inquinatissimis, iura, emta iurisdictione, non tam reddunt, quàm fænerantur, at in officio contineri possunt, per iudices eos, quos appellare, per leges licet licet quidẽ per leges, nõtamẽ per inopiam litigatorum, pręsertim de re minuta & leui. Inqua tamen acceptæ crebro & passim iniuriæ non leuiter, totius reip. corpori nocent. Sed illorum hæc cautio sit, qui plus in publica re vident. Quod verò ad mãdatę iurisdictionis locum spectat, consulti nostri volunt, si mandata iurisdictio sit, iurisdictionis vocabulum stricta & contenta interpretatione *c* coërceri, vt in fimę iurisdictionis fines mandatum nõ egrediatur, nisi aliter explicatum sit. Hactenus de iurisdictione generali ex pragmaticorum commentarijs, iuditio tamen nostro ea hausimus quę non solum nostri sæculi moribus consentiunt, sed etiam præcipiuntur sine iuris veteris detrimento. Sequitur partitio huius generalis iurisdictionis in imperium merum, mistum, & simplicem iurisdictionem, quorum locorum tractatio ex consultorum deprauatis sæpe respon-

a Bal. in c. vno delegatu de offeu. deleg. Alueri. in. l. 1. §. fi. D. de of. eius cui mã iuris.
b Faber. in §. item seruiana inst. de actionib.
c Felin. Alciat. in. ca. quod sedẽ n. 50. de of. iud. ordin.

responsis non ita verè grauiterque suscipitur, interdum tamē ex institutis nostri temporis rectius atque vtilius: nos singula breuiter.

SVMMÆ RERVM.

j. *Merum imperium definitur.*

ij. *Officium iudicis nobile, & mercenarium ex Bart. de disciplina.*

Officium iudicis è vera iureconsultorum ratione quid sit.

iij. *Reorum liberatio ad publicam vtilitatem pertinet. Refellitur Iasso.*

iv. *Accusatio expeditur nobili officio iudicis contra Alciatum.*

v. *Supremus gradus huius imperij in quibus consistit.*

vj. *Quibus populis, & quando licet leges condere? an valeant citra confirmationem? quid de Ducibus, atque Marchionibus alijs.*

Leges Regiæ, vbi canon non est, iure canonico valent.

In Hispanensi Regno leges Imperatorum non ligant.

vij. *Secundus gradus imperij meri in quibus consistat.*

Pæna membri abscisi vix extat in iure.

vincula

Vincula & carcer distinguntur, pœna facię̃tis carcerem priuatum, quando licitus priuatus carcer sit.

Publicus carcer olim supplicij caussa, hodie custodiæ tantum, an perpetuus sit meri imperij.

viij. *Tertius gradus in damnatione ad metallum.*

De datione in opus publicum multa non vulgaria.

Perpetua comparatur deportationi.

Non cadit in seruos homines.

Damnatio in metallum in liberos, & seruos, & cur?

Explicatur. l. seruus in opus. D. de pœnis, noue.

Multomagis pro multo minus.

Explicatur. l. accusatore defuncto. §. ad crimen. D. de publicis iudicijs.

Explicatur. l. aut damnum. §. 1. D. de pœnis.

Explicatur. l. in seruorum. D. de pœnis.

Seruus in vinculis seruit domino aliquando explicatur. l. aut damnum. §. vltimo. D. de pœnis.

ix. *Quartus gradus in quibus? De relegatione:*

An quæstiones, & tormẽta sint meri imperij

Quæstiones vbi habentur: non in caussa pecuniaria.

Deportatio omni perpetua, explicatur. l. sine præsumto. D. de pœnis. Relegato ad tempus bona nõ auferũtur explicãtur. l. 4. D. de relegatis. Explicatur. l. xxxix. D. de iure fisc. Exilium propriè pro deportatione, explicatur l. falsi nominis. D. ad l. Corneliam de falsis.

x. V. & vj. sextus gradus in quibus, de grauiori, & leuiore multa?

xj. Aliorum diuisiones de his gradibus.

Ioannis Quintini partitio & sententia.

Cum Quintino congruit. l. ij. tit. xxv. p. v.

Primus gradus huius imperij extra veterum disciplinam.

xij. Penes quos merum imperium sit?

Bartoli præceptio defenditur contra Alciatum

xiij. Quæ dicantur prouinciæ.

Correctores ciuitatum comparantur præsidibus.

Apud Gallos, Seneschalle, Ballieri.

Iudices oppidorum pedarij, apud Gallos Castellani similes Clarissimis.

Auditoria & supremæ curiæ illustrium prætorianorum speciem gerunt. Nouella de appellationibus.

xvi. Vicarij Correctorum, Vulgo, Tenientes, habent merum imperium. Item iurisdictionem ordinariam.

Iudex municipij subiecti ciuitati neque territorium neque iurisdictionem habet.

xv. *Vniuersitas scholasticorum imperium non habet.*

xvj. *Summum imperij gradum non præscribi.*

xvij *Reliquos imperij gradus præscribi, quo tempore.*

Infinitum tempus non requiri etiam in præscriptione eorum iurium, quorum vsus perpetuus non est.

Explicatur.l.1.§.vlt. D.de aqua.plu. arcen.l. hoc iure.§.ductus aquæ. D.de aqua, & aqua quotidiana & æstiua.

xviij. *Titulus ex priuilegio infirmo confirmatur tempore.*

Vt ex sententia nascitur caussa vsucapiendi. Requiritur bona fides, & possessio in præscriptione.

xix. *Possessa vna specie iurisdictionis an generalis & integra possessio vsucapta intelligatur?*

xx. *An scientia domini requiratur in vsucaptione iurisdictionis.*

Explicatur.l.ij.C. de seruitutib.& aqua.

In vsucapione seruitutum titulum esse necessarium.

In præscriptionē memorabili scientia Domini non est necessaria, nec in quadragenaria, quan

do Rex scire dicatur.

xxj. *Iurisdictio contra Regem quo tempore vsucapiatur.*

Explicantur plures Hispaniarum leges.

xxij. *Ecclesiastici quo pacto, & tempore à Rege præscribant iurisdictionem.*

xxiij. *In præscriptione immemorabili quid probandum.*

xxiv. *Merum imperium absque territorio non vsucapitur.*

xxv. *Ecclesiastica iurisdictio quo tempore præscribatur contra Romanam Ecclesiam, & reliquas.*

Explicatur. l. vlt. C. de sacrosan. Ecclesijs.

Item nouella. cxxxj. cap. iij.

Item Nouella. iij. De litigiosis.

xxvj. *Explicatur. c. Sanctorum. De præscriptionibus.*

c. illud. de eo tit. triẽnalem præscriptionẽ vnde sumsit Ecclesia, replicatur historia Romanæ vsucapionis.

xxvij. *Explicatnr. c. quicunque. xvj. q. iij.*

Item. c. præsulum. xvj. q. iij.

xxviij. *Quadragenaria præscriptio contra Ecclesiam admissa.*

xxix. *Explicantur Mileuitanus canon, & Carthaginensis.*

Error

De Imperio mero.

Merum imperium, ex glosario veteri Bartolus ita explicat, vt iurisdictio sit, ad publicam in primis vtilitatem accomodata, quę exercetur iudicis officio eo, quod liberum atque solutũ est, nobile Bartolus vocat officium iudicis, quotiescunque ius ille dicit de eo, quod non ex obligatione aliqua, vnde actio cõpetat, sed solo officio & quasi religione iudicãtis proficiscitur, vt cum dat bonorum possessionem, cum restituit in integrum, cum cauere I.

II.

cauere iubet damni infecti aut legatorum nomine. Nam si actio proposita sit vt bonæ fidei, vt arbitraria de eo quod certo loco, tametsi iudex de vsuris pronũtiet, in litis æstimationem damnet, officio quidẽ suo non tamen libero & soluto, sed eo officio fungitur, quod actioni, quæ competit, ex bono & æquo debetur: atq; adeo famulatur, atq; ideo mercenariũ dicitur

a In. l. 1. numer. 21. & 24. D. de iurisdictione.

multis officia hæc Ioannes a Orosc. disttinguit. Ioãnes Quintinus nouam hanc præcipiẽdi rationẽ non

b In c. nouit. de iudic. & de mero imperio

infitiatur b sed tuetur tamẽ. Alijs cõtra commẽtum non placet. Sed de iudicis officio sic potius, cum ex lege certa, vel edicto id est ex ordinario iure actio, aut interdictum non competant, si tamen de ea re extra ordinem iure suo magistratus cognoscat, propriè iudicis officio rẽ expediri tũc dicitur, & iudicis officio reum experiri, c Cuius libellus, & postulatum

c Eguinar. lib. variar. qq. atque alijs.

semper cognitionem antegreditur. Hæc inquam propriè: nam si paulo latius rem accipias, quæ ex contractu & obligatione non veniunt in iudicijs bonæ fidei & arbitrarijs, officio iudicis contineri dicuntur. Hactenus illi, quorum sententia si de consultorum libris æstimetur, vera est. Sed posteriorum præceptiones, nisi illam distinctionem cognoueris, neque intelligi, ne-

III. que constitui satis possunt. Iam verò difinitionis illa,

d D. l. solet.

ad publicam vtilitatem valere volunt ad misti imperij distinctionem. Neque reorum liberandorum ius, quod ad merum imperium d Vlpianus retulit, huic difinitioni rectè Iasso obijcit, quasi ad priuatam pertineat vtilitatem. Nam cum e ad publicam vtilitatẽ publica iudicia comparata sint, cur pars ea, iudicij totius institutione nõ cõtineatur f aut cur, si sontiũ

e Alciat. in ca. quod ad sedem n. 52 de of. ord.

f Alciat. regul. 3. Præsumpt. 39.

IIII. punitio publicæ rei statum continet, publicum quo-

que

que & commune præsidium non sit. quod innocentiam atque integritatem tuetur? Cum satius sit impunitum aliquem nocentem dimmitti, quàm damnari innocentem. l. absentem. D. de pœnis, plus illud controuersiæ habet, an accusationis lege instituta iudicia nobili iudicis officio expediantur? de multorum sententia Alciatus a negat. Sed in contrariam sententiam frequentius itum est. Tum Bartolus, cui reliqui ferè assentiuntur, huius imperij meri sex esse gradus voluit. Primi summique gradus illa constituunt, b legum condendarum potestatem, publicationem proscriptionemque bonorũ, creationẽ tabellionũ, generalis cõcilijqua ius fasque est indictionem. De legis ferendæ iure non omnibus conuenit. Nam Alciatus c non imperij summi, sed facultatis certæ esse contendit, vel eo nomine, quod populis, qui alterius sub imperio, & potestate sunt. conditis legibus atque institutis se suaque moderari ius est. Ceterum hoc ipsum populorum ius non facilè Alciato concedent d alij, apud nostrates certè, ita demum regio iure non violato populis hoc licet, si penes eos e iurisdictio sit, aut quatenus iurisdictio est. Idem erit si de his, quæ ad rectam R. pub. cõstitutionem vt re annonaria vel alijs id genus constituant. vel etiam de caussarum definitione, modo pœnarum sanctione non vtãtur: verum vt sine Principe decernere rectè possint, tamen ab eo confirmari approbarique decreta opus est, l. xv. tit. vj. lib. iij. nouæ collectio. I. Oroscius f etiam citra vllam confirmationem vim his decretis obligandi tribuit, tam diu, dum non rescindantur. Quin etiam g intra hunc modum, & populi instar, Ducibus, Marchionibus atque alijs, eius notæ dominis, non temporarijs,

a d c. quo sedem d. n. 57. de off. ordin.
b Orosc. in l. Imperiũ n. 9. de iurisdictione.

V.

c In. c. quod sedẽ. n. 58.
d Not. DD. in. c. qđ clerici de foro cõpet. in. l. oẽs populi. D. de iust. & iure.
e Orof. in. l. omnes populi. nu. 5. Auen. in. c. 19. prætor. n. 5. l. 1. Afflictis in prælud. ad constit. Sicili. e. q. 3.
f Orosc. vbi su. l. 1. n. 15. & 16. Aceu. in. l. 14. ti. 6. li. 5. nou. recopilat. n. 8.
g Orosc. n. 19. Azeue. n. 11.

a Angel. §. 1. in. fi. inst. de diuis. stipulat. Auiles. c. 5. prætorum. n. 6. li. 1. Azeu. ti. 1. 1. li. 2. nou. collectio.
b Bar. in l. omnes populi. nu. 8. D. de iust. & iur. Bal. in l. receptitia. C. de constit. pecu. Abexea in li. 6. pactorũ. n. 34 & seqq. Roland. Valle cons. 91. li. 2 n. 17. & 18.
VII.
c Angel. Auiles. vbi supra.
d Gl. in l. 6 tit. 4. p. 3. Aueu. c. 16. prætor. n. 9 & 10. li. 1. Palat. Rubeus in rep. rub. in præfactione verb. Decretalis. n. 9.

rarijs, sed perpetuis legislationis facultatem Alfonsina lex permisit. l. xij. ti. ij. p. ij. ad quam multi interpretes a se applicant. quorum sententia, alijs b repugnantibus receptior est, & si secus legem tulerint, annalis c ea, non perpetua censebitur, quasi ad vnum Regem potestas ea pertineat, cuius leges legum iurisque nomine censentur etiam apud Pontificios, cum pontificum decreta in hypotesi non sunt, & in alijs caussis: neque enim in Hispania id authoritatis Cæsareis, Romanorũque legibus deferri plures d cẽsent, idque capite aliquando sanctum fuisse Oldraldus e scripsit. In altero gradu seuerioris animaduersionis exempla collocant, seu vita adimitur, seu membrum absciditur. Abscisi mẽbri pœna veteribus iure Cõsultis nisi ex talionis caussa nõ fuit. Et talionis lege sublata eius pœnę vestigia vix in iure reperias. refertur vnus aut alter Iustiniani locus. Hodie verò nulla frequẽtius vtimur, hactenus tamẽ, vt eius irrogatio meri imperij sit, etiam si membra ea f abscindantur, quæ minora lex Alphonsina appellat. l. xxv. ti. vj. p. j. huic animaduersioni etiam illam adiiciunt, quæ in cadauera g damnatorum fit, quæque h in animalia bruta. Sed & vitam adimi interpretantur, cum libertas adimitur, vt damnatis in metallũ, quoniam seruitus ea, quæ pœnæ nomine irrogatur, Vlpiano similis morti sit l. intercedit. lvij. D. de conditio. & demonstrationi. Tractatum est de eo, qui in carcere continẽdus damnatur an pœnæ seruus sit? an pœna ea meri imperij

e Oldral. cons. 69. consueuit. dubitari. col. 2.
f Deci. in l. imperium. n. 51. D. de iurisdictione.
g Glos. in. §. per contrarium inst. de hered. quæ ab intest. defer.
h Cap. mulier. 15. quæstione. 1.

imperij? Vincula à custodia omnes separant, quasi vincula & publica, & priuata sint: l. verum est de verb. signif. custodia publica tantum. Nam siquis priuata custodia hominem liberum incluserit, quasi cõtemtæ maiestatis reus vltimo supplicio afficitur. l. vnica. C. De priuatis carcerib. aut ex mitiori Iustiniani sententia infamiæ atque periculo litis eius, de qua carcere priuato aduersarium coërciuit, & vt totidẽ dies in publica custodia sit, quot apud se illum dominum inclusum detinuit. Basilicõ lib. 60. vt Cuiacius legit. aut arbitraria pœna punitur vt Fernelius: excipiuntur casus certi, vt si debitor fugitiuus sit. l. ait prætor x. §. si debitorem. D. quæ in fraud. credito. l. generali. C. de decurionibus lib. x. si furiosus homo sit. l. Diuus. xiv. D. de offic. præsidis atque alij.

Publicum autem carcerem aut custodiam olim supplicij quidem loco fuisse indicat Plato, qui inter carcerum genera correctionem & supplicium, hoc est, σωφρονιστήριον, & τιμωρίαν, numerauit. Et a Cicero in Catilinam. *Vincula, (inquit) & ea sempiterna, certè ad singularem pœnam nefarij sceleris inuenta sunt.* Extãt eius rei vestigia. l. capitaliũ. 28. §. ad statuas. D. de pœnis. l. succurritur. 9. D. quibus ex caussis maiores. l. 1. §. vlti. D. de aleatoribus. Hodie tamen carceris custodia ad continendos non ad puniendos homines vtimur. l. aut dãnum. §. solẽt. D. de pœnis. l. credibile. C. eod. l. 1. C. de custodien. reis. Itaque ex Bart. Bald. atque alijs sic tradunt. Si carceris perpetui pœna irrogetur, quæ iure Cæsareo & Regio non nisi seruo irrogari potest, iure autem b Pontificio etiam libero, atque ingenuo rectè potest, eam meri esse imperij, & merito, quæ morti exæquetur. Atque adeo apud Pontificios, cum

a Menoch. de arbit. casu. lxxxvi. Rod. Suar. l. 1. titul. de los cmplacamientos, lib. 2. for. a n. 20.

b Innoc. in c. qualiter & quãdo de accusationibus.

mortis pœna decreta erat, decernatur, si ad custodiā carcer pertineat, imperij esse, aut iurisdictionis pro ratione subiectæ caussæ. a Plerique tamen in eam potius sententiā eūt, sine distinctione vlla, & generatim carceris pœnam ex caussæ ratione imperio, aut iurisdictioni tribui. b Tertium gradum, solo deportationis exemplo illustrant, damnatio ad metallum libertatem adimit, deportatio ciuitatem: illa seruum, hæc peregrinum reddit. pro. inst. de capit. minut. quod ex Callistrato contra profertur, Greci inter antinomias referunt, sed Doctorum hominum opera satis explicatum est. c

VIII. Quid verò de datione in opus publicum? breuiter sic dicendum est: Operis publici pœnam, si perpetua sit, in homine libero esse grauissimam, multat enim ciuitate, atque ideo deportationi comparatur. l. sunt quidam. §. item quidam. D. de pœnis. l. 1. c. de eod. & mediæ capitis diminuti est, si verò ad tēpus hæc pœna infligatur, in homine libero pœna quidem est. Nā qui inuitus publico operi nauat operam, nō valde distat ab eo, qui seruit: ceterum quia neque ciuitatem adimit, neque libertatem, capitis minutio non est. l. vj. C. ex quib. caus. infa. al. irrog. Dixi in homine libero: nam hæc pœna propriè hominum liberorum est, vt contra, vincula perpetua pœna propria seruorum est. l. xxxv. D. de pœnis. l. vj. & x. C. eod. pœna quidē metalli tā in liberos, quàm in seruos homines cadit. l. extrano. §. vlt. D. de quæstionib. in homine libero maxima capitis diminutio est. In seruo autem mutatio dominij in deterius, quia etsi serui neque libertatem habeant, neque ciuitatem, aut caput illud, quod damnatione in metallum possint amittere. Tamen recidunt

a Greg. Lopez. in d. l. 4. ti. 3. p. 7

b Curtius Iunior in l. imperium. n. 88. D. de iurisdict.

c Orosc. in. l. imperiū n. 20. D. de iurisdict.

d Duar. li. aniuersar. disp. 1. c. 9. in princip. inst. de capitis minut. Riuard. li. 3. variorū c. 5. Goueā. libr. 2. varior. c. 11.

recidunt in deteriorem,& teterrimum dominum, nã priori demisso fiunt serui pœnæ,non fisci,non Cæsaris,non Reip.non vllius hominis,sed tormentorum, cathenarum.l.aut damnum.§.inter eos.D.de pœnis. Aliud est,si in opus publicum perpetuum, vel temporarium seruus detur, non enim illius caussa deterior fit,quin etiam cum subtrahitur,seruituti durioris domini,& operi publico sine vinculis mancipatur,fit interdum melior.Itaque in seruo pœna non est, atque ideo rectè Papinianus negat seruum in opus publicũ perpetuum dari,atque adeò multò minus in temporarium.l.seruus in opus. D. de pœnis ait Papinianus ac multò magis in tẽporariũ non datur, hoc est multo minus in temporarium datur. Argumẽtum est nõ à minori ad maius, sed à maiori ad minus,quod valet ad negandum; argumentatio ita explicatur: Si pæna operis publici seruo nõ infligitur,quàm infligi, quia grauior pœna est,magis erat credibile, multò minus infligetur leuior,aut multò magis nõ infligetur, vtroque modo negat infligi. Sic idem Papinianus argumẽtatur:si procurator non datur ad accusandum,multo magis ad defendendum,nimirum nõ datur. Idest,multò minus datur.l.accussatore defuncto.§. ad crimen. D.de public. iudic. apud Vlpianum etiam si præses prouinciæ non potest permittere reo liberum mortis arbitrium(quoniam hoc est solius Principis, vt apud Suetonium in Domitiano. Et apud Tacitum sæpè)multò magis neque veneno necare præses prouinciæ potest. Hoc est multò minus veneno necare potest.l.aut damnum.§.1.D. de pœnis, vbi vulgati. cc. multò magis neque veneno necãdi,rectius quam Florentinus,multò magis vel veneno necandi.

Sed Accursius obijcit Papiniano.l. in seruorum. D.de pœnis. At ea lex non proponit seruum damnatum fuisse in opus publicum, sed ei reddi iussum sub pœna vinculorum, vt ei perpetuô in vinculis seruiret, quæ pœna in seruo legitima est, quo pacto damnatum eum, si dominus non recipiat, datur in opus metalli.l.v. D.de manumissionib.l.siquis aliquid. §. qui se suis nummis. D.de pœnis. In opus metalli, vel in opus publicum iniectis tamen vinculis, & hoc modo fit seruus pœnę, vel publicus. Ita Macer accipiendus est. Si tamen Dominus recipere eum velit sub pœna vinculorum, id est, lege ea, vt in vinculis semper habeat, remanet in eius potestate, & dominio, neque alterius fit, tametsi vincula ei sint iniecta.l.aut damnũ. §.vlt.D.de pœnis.

Seruus itaque in opus publicum non damnatur sine vinculis, aut certè si per imperitiam iudicis damnatus sit, sententia toleratur simili æquitatis ratione atque in.l.xxiij.D.de pœnis, & in.l.vij.§. ad tempus D.de relegatis, & interdictis. Aliter hæc omnia, nec rectè ab interpretibus censetur. Igitur adhunc gradum pertinet datio in opus publicum, si quidem perpetua sit.

Quarto gradu ad inferiores imperij partes descēditur. Hic relegatio crebriori sentētia collocatur, pœna nimirum non capitalis.l.capitalium. §. ceteræ pœnæ. D.de pœnis.l.relegatorum.§.hæc est diferentia. D.de interdict.& relegat. Quo fit vt in caussa ea, ex qua pęna relegationis sequi solet, rectè procurator adhiberi posit.l.1.ff.an per alium caussæ appellatio. Sed videamus an hęc interpretũ præceptio coërcenda sit in relegatione temporaria. Deportatio quidem

dem omnis est perpetua, nulla temporaria. l. relegatus. xviij. §. vlt. D. de relegatis & interdictis, nulla capitis diminutio temporaria est, nam quod damnari quis in metallū per decēnium potest. l. sine præfinito D. de pœnis facile explicatur ex. l. aut damnum. §. in ministerium, & l. capitalium. §. Diuus. D. de pœnis. Relegatio tamē nūc perpetua, nūc tēporaria est. l. relegatorum. §. Hæc est differentia. §. siue. D. de interdictis. Cum temporaria relegatio est, relegato neque tota bona, neque pars adimi potest. d. l. relegatorum. §. ad tempus, si tamen in perpetuū quis relegetur, bona eius rectè ex parte publicari possunt, & hoc est, quod Martianus ait, & bona quoque sua omnia retinent præterea, si qua eis ademta sunt. l. relegati. iv. D. de relegatis, qui locus planè de relegatione perpetua est. Indicant illa. Nam eorum qui in perpetuum exilium dati sunt, vel relegati potest quis sententia partem bonorum adimere, quod ait, vel relegati interpretatio illorum verborum est, in exilium dati, de relegatione item perpetua accipiendum est, quod Papinianus ait. Bona fisco citra pœnam exilij perpetuam adiudicare sententia nō oportere. l. xxxix. D. de iure fisci. Nā pœna exilij perpetua in sola relegatione ad bonorum publicationē requiritur, in deportatione, quæ perpetua semper est, nihil ea distinctione est opus. Itaque quanquam exilium propriè pro deportatione sit. l. ij. D. de publicis iudic. in vtroque tamen responso minus propriè pro relegatione accipitur. Ita exilium temporarium pro relegatione accipiendum & non pro deportatione in. l. falsi nominis, in fi. D. ad. l. Cornel. de fals. l. ex quibus. D. ex quibus caus. in posses. eatur. Quod vero ad rem attinet, cum

relegatio,

relegatio, ciuitatem nunquam auferat. l, vij. §. siue ad tēpus. D. de interdictis & releg. placet interpretum preceptionem de quacunque relegatione defendi. Ad relegationem adiungunt pœnas eas, quæ grauiorem corporis coërcitionem continent. de. l. fi. quid erit D. de offic. Proconſ. De tormentis atque quæstione dubitatum est. Quidam ita existimant: Si pœnę supplicijq; caussa quæstio adhibeatur ad merũ *a* imperiũ, si criminis eruendi, nũc ad imperiũ, nũc ad iurisdictionę simplicẽ ex subiectæ caussæ ratione pertinere. Aut iudicij *b* tantum distinctione vtuntur, ciuile an criminale sit vt in hac specie meri imperij sit, in illa iurisdictionis simplicis: ambo perperã. Nã quæstio nunquã supplicij, sed criminis eruendi causa exercetur. l. 1. l. Diuus Pius. D. de quæstionibus deinde nõ passim. & in omni caussa. Sed in atrocioribus criminibus. l. editum. D. de quęstionibus. Itaque nõ in caussa ea, ex qua pœna pecuniaria sequi debet, ne seuerius de indaganda veritate, quàm de caussa *c* ipsa iudiciũ instituatur.

a Orosc. vbi sup.

b DD. in d. l. imperium.

c Purpura Orosc. vbi supra.

Itaque rectius *d* alij existimant: quæstionis exercendæ ius, cum in atrocioribus criminibus tantum adhibeatur, ad merum imperium referri. Ita defensoribus ciuitatum, quibus simplex est permissa iurisdictio, quæstiones interdictæ sunt. l. defensores. C. de defensoribus ciuitat. Quinto gradu leuiorem coërcitionem corporis, sexto multam item leuiorem locãt: de hac omnibus *e* conuenit; illam verò, quoniam nobili & soluto, vt aiunt, officio iudicis irrogatur, mero quidem imperio frequenter tribuunt, tametsi omnibus eam magistratibus cõpetere fateantur. l. magistratibus. D. de iurisdictione Nouella de defensoribus ciuitat

d Purpura. Curt. Ias. in. d. l. imperium. n. 24. D. de iurisdictio.

e Purpura Ias. Orosc. nu. 37. vbi supra.

uitat. quæ defensoribus ciuitatum disceptationem leuiorum criminum permittit. Nam si paulo grauior res sit, eam ad præsidem recijciunt. l. vij. (de defensoribus ciuitat. Hactenus de gradibus meri imperij, ex quibus dilucidè atque partitè, vt reor, interpretũ placita cognoscuntur. Iasso tamen quatuor tantum constituit, alij pauciores, quidam nec disciplinę caussa gradus vllos imperij admittunt, sed exemplis illud explicari volunt. I. Quintinus animaduersionem & iurisdictionem mero imperio contineri arbitratur. Animaduersionem ita explicat: delicti punitionem, quæ iuris ordine seruato cum caussæ cognitione fit ab habente ordinariam potestatem. Iurisdictionem autem inesse arbitratur cùm de Vlpiani verbis in. l. imperium. D. hoc. tit. tùm quia ridiculum foret, eos, qui de maximis rebus deliberant, atque decernunt, non habere potestatem in leuibus, id est, rei pecuniariæ negotijs: ad extremum in eam sententiam propendet, merum imperium absolutum, & omnia summa atque libera continens: vt fuit olim. P. Romani, hodie verò, quod per solum Principẽ expeditur. Sic ferè reliqua, quæ ad huius argumenti tractationẽ pertinent, qua ex veterum consultorum responsis, qua ex præceptione posteriorum interpretum ita cõcinat, quasi vnus esset contextus sentẽtiarum, & prioribus illis hęc posteriora concinerent: aut inde nata essent, vt meritò auctorem iuris, cetera doctum, atque elegantem in ea re admirere. Non nego tamen, si nostri seculi mores respicias, & regũ summam potestatem meri imperij nomine appelles, Quintini descriptionem ex Gofredo & Alberico sumtã rectè defendi, apud nos ita lex Alfonsina explicuit. ij. titul. xxv.

XI.

In prolo gominis ad C. Nouit. de iudic. c. 4.

par.

par.iv. &.l.xviij.tit.iv.par.iij.quæ tamen imperium merum, qua penes magistratus est, ita difinit, vt ab Vlpiano multo propius quã comentarij abfuerit. Et verò si ex comentarijs ipsis atque Bartolo primum tollas imperij gradum, qui ad regem vnum pertinet, neque auctoribus iure consultis vnquam in disputationem ascitus est, reliqua non valde à Romanis legibus dissentiunt. Tum illæ quæstiones nobiles sunt, merum imperium penes quos sit? an quæri præscriptione posit, præsertim contra Regem ipsum? ad pri-

XII. mam quæstionem satis commodè. Bartolum a distinctione sic adhibita præcepisse pleriq; cẽsent. Qui præest vniuersitati, quæ prouinciam constituit, eum merum habere imperium. Sin autem non prouincia sit, sed ciuitas, qui ei præfectus est, simplicem habet iurisdictionem, non merum aut mistum imperium, nisi vel Princeps ei conceserit, vel consuetudine aut præscriptione quæsierit. Alciatus b obijcit huic difinitioni præsidũ potestatem, quibus cũ merum imperium sit, tamen, deportandi ius non permittitur, varie hoc diluere interpretes tentant sed inani opera. Nam Bartoli hæc præceptio huius sæculi & Italiæ moribus, vt Eginarius c Baro censet, accomodata si

XIII. sit, tolerari potest, ad eam tamen, aut ad mores si veterum leges trahantur, nemo tueri posit. De prouincijs etiam commentarijs non conuenit. Nam Bartolus d & Cynus prouinciam eã esse aiunt quæ ex pluribus ciuitatibus constat. Rectius tamen alijs, e prouinciæ nomine aut certè iure singulas ciuitates cẽseri, quæ sub alterius dicione, atq; iure nõ sunt. Apud Hispanos obtinuit, ciuitatũ præfectis, qui correctores appellãtur merũ imperiũ esse, aquibus nimirum nullo

a Bart. hic & titul. qui sint rebelles verb. Lõbardiæ Alex. Ias. DD. in. l. imperium.
b in c. quod sedẽ de of. ordin.
c Lib. variar. qq. iuris.
d Bar. in. d. extrau. qui sint rebelles. Cynus in. l. si. C. de præscripti lõg. tẽpor.
e Ias. hic n. 19. Riminal. n. 367

nullo medio interiecto ad supremas curias prouocatur. Vt eo nomine rectè correctores ciuitatũ præsidibus aut prȩsidalibus iudicibus cõparẽtur, idest, expectabilibus & medij ordinis. Eadẽ ratione pragmatici Frãci de Seneschallis suis, Balliuis, Præfecto Parisiorũ iudicant. Præfectis autem ciuitatum, & Castellanis, quos illi clarissimis, idest. minoribus iudicibus conferunt, similes iudices nõ facilè apud nostrates demonstres. Nisi forte eos exprimunt atque imitãtur iudices oppidorum ij, à quibus ipsi correctores appellãtur, aut maiores præsides, quos vulgo, *Adelantados* vocant, aut etiam illi, quos appellationibus diiudicandis variè veris castrorum Domini præfecere. Quos tamẽ nõ infitior, ius habere necis, atque gladij; quod verò ad iurisdictionis modum attinet, dubium non est, quin supremæ curiæ illustrium prætorianorum speciem apud Gallos & Hispanos ferant. Vt facilè hinc cognoscas. Iustiniani de appellationibus nouella cõstitutio quo pacto ad nostri regni mores, atque iudices trahatur. Atque idem est de alijs Romanorum legibus de magistratibus, & iurisdictione, quibus hactenus vti possumus, quatenus inter nostros & Romanorũ iudices similitudo apparet. Et in eam rẽ valde hæc theoria vtilis est, quæ à nobis alio loco fusius suscipietur. Enim verò merum imperium non solum ciuitatum rectoribus, sed etiam Vicarijs, qui ab eis nominati sunt, competit: quos & ordinaria iurisdictione vti Episcopus *a* Segouiẽsis existimat. Addit Bartolus eius Castri atq; municipij, quod in ciuitatis comitatu atque territorio est, præfectum, neque imperium, neque iurisdictionem habere. Et verum *b* est.; nisi principis concessu iurisdictio nominatim muni

XIV.

a Variarũ resolu. li. 3 c. 20. n. 4.

b Sapia Riminald. Orosc. in d. l. imperiũ. Alciatus in c. quod sedem n. 88. de offic. ord. Baldus consil. 183. vol. 2.

XV. cipio concessa, aut præscriptione quæsita sit, restat in-
spectio de vniuersitate, quæ omnino territorium nō
habet, quales scholastichorum aut mercatorum col-
legia. Placet eius vniuersitatis præfecto simplicē iu-
risdictionem esse, merum imperium nō esse. Quidam

DD. & Alciat. vbi supra n. 93.

excipiunt Doctorum collegium, quasi doctori in dis
cipulos merum imperium sit. Sed neq; moribus hoc
receptum est, neque lege satis approbatur. Cum etiā
in seruum docendi caussa modicam dumtaxat casti-
gationem Vlpianus magistro permittat. l. & si quem-
XVI. cūque D. ad legem Aquiliam. Quæstio altera ad præ
scriptionem meri imperij pertinet, de qua nos pauca
quædam antea. Omnino in hac disputatione consti-
tuendum est, meri imperij nomine nunquam summū
primumque gradum intelligi, qui principum amplis-
simam potestatem continet. Nam vt potestas ea prin

DD. in d. tit. & Couar. in reg. posses. 2. p. §. 2. vbi sup. secunda verò species. Matienzo l. 1. tit. 10. lib. 9. recopilatio.

cipis beneficio atque prauilegio concessa nunquam
intelligitur: ita etiam neque temporis præscriptione
quæri potest. Hoc placitum interpretū est, apud His
panos etiam cautum primum Alphonsina. l. vj. titul.
xxix. p. iij. quæ summum illud appellationum ius ap-
pelat: *Señorio para hazer justicia.* Deinde verò Philippi
II. Constitutione. i. tit. xv. lib. iv. nouæ collectionis.
Reliquas verò imperij iurisdictionisq; partes quæri
temporis præscriptione receptum est. Siquidem con
XVII. trouersia inter duos priuatos homines, ciuitates, aut

Couarr. in reg. possess. 2. p. §. 3. n. 5. Auendaño de exequend. mandat. 1. p. c. 1. n. 21

collegia: sit, exemplo rerum immobilium x. aut xx.
annis, vt reliqua corporis expertia quæ sunt. Neque
enim probanda illorum sententia, qui tempus infini-
tum desiderant: cum præsertim in illis iuribus, quo-
rum vsus aliquando intermittitur, etiam illud mi-
non probetur, proferunt. l. 1. §. vltimo. l. 2. l. vltimā
D. de

D.de aqu.& aqu. plu.arcen.l. hoc iure.§. ductus. D. de aq.quotid.& æsti.quibus tamen capitibus hoc dicitur,aquę ductus non solũ ex diuturno vsu,sed etiã ex vetustate,idest,infinita memoria auctoritatẽ dari. Et quæmadmodũ cõsuetudo lõgi tẽporis, siquis se x. annos nõ vi,non clam,non præcario duxisse aquã cõtendat,vicẽ obtinet seruitutis iure cõstitutæ. Ita etiã & vetustas,si ita se vsum esse nõ contẽdat. Sed in hac vel adquisitione vel vsucapione, iurisdictionis proferri titulũ necesse est. Id quod de omnibus seruitutibus verũ est, F. Duarẽno auctore,cui assentior. Hic tamẽ obseruãt,titulũ quæsitũ priuilegio eo, quod ex se satis idoneũ non esset,tẽporis præscriptione cõfirmari. Quod probatur nostris Pragmaticis. Itidẽ vt si per sententiã iurisdictio ei adiudicetur,cuius iurisdictio non erat,placet ex sententia istuam oriri vsucapiendi caussam. l.3.§. idem quærit. D de rebus cor.l. Pomponius.§.si iussu.D.de adquir.possessione.

Lib. disput. 1. c. xxxiv. XVIII.

Bal. in. l solẽnibus. C. de fid. instrum. Balb. de præscri. 4.p.5.p. Rifa in respõso.14.n.25 p.1.

Fac de regis priuilegio cõcertari,an eo merum imperium concessum sit. Enimuerò si iusto temporis spatio ex priuilegio vsus mero imperio quis sit, concessum intelligimus.l.1.ti.x.lib.v.noue collectionis. Ea temporis vis est,si tamen in vsucapiẽte bona fides sit,quæ sine probatione vlla, iuris ipsa præsumtione continetur. Modo ea in libello intentionis proponatur, sic plerique opinantur. Illud iuris est explorati vsucapionem non procedere sine possessione,aut certè vsu, qui possessionis instar in ijs, quæ corporata non sunt, obtinet. Sed tractactum est specie iurisdictionis possessa,an generalis iurisdictio vsucapta intelligatur. Recepta sentẽtia est,pro tuẽda iurisdictione ea,quę ex Regis priuilegio emtione,aut alio capite

Auen. de exequend. mand. c. 1. n. 21. vers. quartũ: Matienz. in. l. 1. glos. 19. Romanus consil. 49. n.25. Auend. vbi supra vers. imo vt. Acebed. in l. 1. n. 24. ti. 14. li 4. nouæ collectio. Pinellus in Auẽ. nisi tricẽnale. n. 12. C. de bonis mater.

 competit,

competit, vnius speciei possessionem ad totius iurisdictionis vsucapionem valere. *a* Ceterum, si de quærenda primum iurisdictione aduersus quempiam agatur, placet eam dumtaxat speciem quæri, quæ verè possessa est. Iulianus ait: *quoadusque ingressus est, eousque interdictum ei competit.* l. 1. D. de itinere actuq; priuato: neq; par est de domini re plus decederè, quã per alterius possessionem ademtũ est. Huc pertinet vulgare verbum, tantum vsu captum, quantum possessum. Ita Bartoli præceptiones coniungendæ sunt. Rectè explicat Gomezius noster ad Taurinam constitutionem. xlv. *b* Quæsitum etiam est, an necesse sit sciente domino iurisdictionem, ab alio possideri. Crebriore opinione receptum est in præscriptione lógi temporis hoc exigi. l. 11. C. de seruitutibus & aqua: quod tamen hactenus alij concedunt, si nullus titulus in vsucaptione proferatur. *c* Nam siquis seruitute aut iure aliquo vsus sit, sciẽte domino, etiam si nullum titulum proferat, eum opinantur rectè vsu capere ex d. l. 11. & l. siquis diuturno. Ego verò sic existimo: Si ex iuris *d* Romani capitibus finienda res est, primum in longi temporis præscriptione nusquã scientiam domini desiderari. l. vlt. in fi. C. de longi tempor. præscriptio, quod verò, in. l. 11. C. de seruit. & aqua, refertur Martialem, *sciente domino* duxisse aquã, habet hanc sententiam, aquam clam à domino deductam non esse, nam si domino denunciatũ est, vel si eo sciẽte aqua ducta, clam ducta non censetur. l. v. §. sed & seruius D. quod vi aut clam. *e* Deinde in vsu capione seruitutum etiam titulum exigi, neque aliter statuendum esse propter. l. siquis diuturno. D. si seruitus vindicetur, cum ius à titulo rectè Duarenus separet. Postremò

a Bart. in. l. arboribus. §. de illo D. de vsu fructu. Paul. in l. imperium n. 6. D. de iurisd. Florianus in. l. vna est via D. de seruitu. rusticor prædio. Auẽd. de exequen. mandatis. c. 1. n. 26. vers. in testamen.

XX.

b Ad. l. Taur. 45. n. 42. vers. tertia conclusio.

c Balb. de præscrip. 2 p. 4. p. a n. 11. Oros. in l. imperium n. 16. D. de iurisdict.

d Cou. li. 1. variarum c. 17. n. 7.

e Cuiac. ad. l. 4. de vsurpatio. & vsucapio.

tremò cum titulus exigitur, cum ex domini ſcientia vſucapienti non oriri, & alia ſententia eſſe quod dicitur in. l. II. C. de ſerui. & aqua. Non infitior frequentiores interpretes in ſeruitutibus vſucapiendis præter longi temporis poſſeſsionem titulum non exigere. Sed legis an interpretum decretis plus autoritatis deferendum ſit, ſingulorum iudicium eſto. Illud omnibus conuenit, ſi iuriſdictio infinita memoria *a* quæſita ſit, nihil opus eſſe domino ſciente eſſe quæſitam. Quinimo ſi quadtaginta annorũ vſucapio ſit, neque titulum *b* neque domini ſcientiam deſiderari receptum eſt. Poſtremò cum ſcientia domini deſideratur, non hoc neceſſe eſt ipſum Regem aut dominũ iſiriſdictionis, cui vſucapio nocet, ſcire, ſed ſatis eſt eorum rectores aut populum ſcire. *c* Aliter res ſe habet, ſi iurisdictio contra principem præſcribatur, cui delata anticipata iuris præſumtione intelligitur. Itaque in ea vſucapione receptum *d* eſt infinitam memoriam deſiderari. c. ſuper quibuſdam. §. præterea de
verbor. fignificat. aut certè quadragenariam cum ti- XXI.
tulo ex communi definitione cap. I. de præſcriptionibus lib. vj. apud Hiſpanos res ea non omnino explicata eſt. Nã Alfonſina. l. xviij. tit. iv. p. iij. imperij meri contra Regem præſcriptionem planè interdixit. Alfonſi verò non eiuſdem, ſed poſterior ſanctio, quę Cõpluti edita eſt. Aëra. ciↄ. ccc. lxxxvj. lib. iij. Ordinationis tit. iij, l. vlt. præſcriptiones *e* oẽs ſuperiores, id eſt, quæ ante legẽ eam inchoatæ vel perfectæ eſſent, non niſi infinita memoria contra Regem compleri voluit. Poſteriores verò quæque deinceps inſtituẽtur. C. annis in mero imperio. xl. in iuriſdictione ceuili. Sed hac de re prius tractatum eſt. Hanc verò imperij

a Paul. in l. 2. C. de ſeruit. & aqua Iaſ. in. l. imperium n. 2 D. de iuriſdict. Scœuola de ſeruit. capit. 20.

b Couar. in Reg. poſſeſ. 2. §. 2. n. 20.

c Abb. Imola. & DD. in c. cũ contingat de for. cõpet. Auen. d. c. 1 n. 22.

d Couar. in reg. poſſeſ. 2. p. §. 3. n. 3.

e Couarru. vbi ſup. n. 4

a Auend. de exsequend. mandat. c. 1 a. n. 20.

perij meri centenariam vsucapionem ita nostri pragmatici accipiunt, a vt præter temporis suffragium nullus neque titulus, neque priuilegium, aut scientia Regis, deinde desideretur, addunt quidam, neque bonam fidem desiderari. Sed perperam, cum neque infiniti temporis possessio quidpiam perficiat, si possidentis fides mala demonstretur. b Ceterum, hac lege antiquata, communis, regalisque iuris decreta restituit Philippi. Max. Regis nostri edita constitutio 1. titul. xv. libro. iv. nouæ collectionis: Cuius hæc summa est, altissimum potestatis gradum, quæ in regibus est, nullo vnquam tempore vsucapi posse. Iurisdictionem tamen, atque imperium posse temporis quidem infiniti memoria, non breuiore. Itaque siue simplex iurisdictio sit, siue imperium qualecunque, cõtra Regem eius temporis possessione vsucapietur, quod homines meminisse non possint; sola tamen possessione, citra titulum aliquem, vel scientiam & tolerationem regis, qua scientiá & toleratione magistratibus solum ecclesiasticis opus est, cum à rege iurisdictionem vel imperium vsucapiũt. l. xv. titulo. 1. libro. iv. nouæ collectionis. Verius enim est Ecclesiasticos magistratus, si ad infinitæ memoriæ præscriptionem Principis scientiam adiunxerint, iurisdictionem c rectè adquirere. Quod vel ijs probatur, qui negant vllius temporis consuetudine perfici posse, vt iurisdictio Regia d Ecclesiasticis quæratur. Separant interpretes consuetudinem à præscriptione. Et consuetudinem excludi e arbitrantur Alfonsi Regis constitutione iv. titulo. i. libro. ij. ordinat. Ego verò non consuetudinem, sed præscriptionem longi vel longissimi temporis

b Auen. vbi sup. & Cassaneus in cõsuetud. Burgund. rub. 1 de iustices. n. 7.

c Couarr. reg. poßeß. 2. p. §. 8. n. 4. Menoch. de recuper. posses. remedio. 15. nu. 47.

d Auen. in c. 1. nu. 24. lib. 1. Azebe. vbi sup.

XXII.

e Couar. in reg. possess. 2. p. §. 3. n. 1.

f Azebe. d. l. 1. li. 4. ti. 15. nou. collectis.

poris vel etiam. C. annorum: non autem infinitæ memoriæ; quæ vicem habet seruitutis iure constitutæ, hoc est, tituli, vt paulo ante de vetustate explicui. Præscriptionem verò infinitæ memoriæ ex decretis Taurinæ constitutionis. xlj. impleri atque demonstrari necesse est: nisi quis xl. annorum præscriptione cum titulo vtatur. Quod post Philippi II. sanctionem, vt prius docui, etiam recipiemus. XXIII.

Burgensis Pax in procemio legũ Taur. n. 42.

Denique in præscriptione meri imperij recepta sententia est, qui territorium non habet, eum præscriptione non adquirere merum imperium, nisi & territorium adquirat. Expeditum est, quo tempore Ecclesia, Ecclesiasticusue magistratus iurisdictionem à Rege capiat. Nunc explicandum est quo rursus temporis vsu ab Ecclesia iurisdictio capiatur. Difficilis quidem quæstio, & tam constitutionum, quàm canonum discrepantium varietate impedita. Nos tamen simpliciter & breuiter, quid de re tota statuamus. XXIV.

Ias. in. l. imperiũ. n. 20. Oresc. n. 15. D. de iurisdict.

XXV.

Primum contra Romanam Ecclesiam, non nisi centum annorum præscriptionem admitti censemus. Iustinianus (in. l. vltima. C. de Sacrosanctis Ecclesijs) statuit, vt quæ Ecclesijs vel alijs venerabilibus locis actiones competunt, aut quæ debentur in redemtioné captiuorum, non nisi centum annorum præscriptione tollerentur. Deinde quoniã illa costitutio orientis Ecclesias tantum complexa est, in nouella nona, idem pertinere voluit ad reliquas omnes occidentis: mutauit tamé sentétiam nouella. cxxxj. cap. vj. quadragenaria præscriptione aduersus ecclesias permissa pro centenaria, quam tamen nominatim nõ aboleuit: sed id fecit postea constitutione iij. de liti-

Collatione. ix. ti. De Ecclesiasticis titulis cõstitutione. vi.

Relatũ est in Authenticis collatione. 8. cõstit. 7. titu. hæc constitutio inuocat constitutionem.

Accurſ. in Auen. quas actiones ſchol. vlti. C. de ſacroſan. eccle. Salicetus ibi n. 1. Pinel. in authē. niſi tricennale. n. 37. c. de bonis maternis.

de litigioſis, quæ ceteris omnibus conſtitutionibus poſterior eſt, atq; eas omnes abrogauit. Itaq; Accurſius Salicetus Pinellus arbitrãtur etiã Romanã Eccleſiã hodie cẽtũ annorũ præſcriptione nõ gaudere, ſed malè. Nam primum ſacris hoc canonibus ſancitũ eſt c. nemo. xvi. q. 1. c. v. ad audientiã. c. cũ vobis depræſcriptionibus. Deinde iure etiam atque legibus Imperatorum, quoniam Iuſtiniani abrogatio, quod ad Romanam Eccleſiam attinet, moribus recepta non eſt. Non item ad ea pertinet, quæ in redemtionem captiuorum relicta ſunt, quoniam eius rei nominatim non meminit, vt eleganter Theodorus antiquus Baſilicorum interpres ſcripſit. De Eccleſijs alijs videamus: Alienam diœceſsim tricẽnali poſſeſsione quęri docemur ex concilio Toletano. iv. C. ſicut diœceſsim. c. quicunque. xvj. q. iij. ex lectione Gregoriani decreti. In eandemque ſententiam extat. c. ſanctorum de præſcriptio. Et hoc eſt quod Alexander ait tricennalem poſſeſsionem, à quibuſdam canonibus comprobari. c. illud, de præſcriptio. Opinor autem hanc tricennalem præſcriptionem ad Eccleſias, præſertim prouinciales, ex ipſarum prouinciarum exemplo manaſſe. Prouincijs primum vſucapiendi cõditio omnino interdicta eſt ex illa. xij. tabularũ lege ADVERSVS HOSTEM AETERNA AVTORITAS ESTO. Hoſtes peregrini, id eſt, expertes iuris Italici ſunt: auctoritas verò ius, quo is vtitur, qui nunquam vſucapit. Poſtea reſcriptis principum permiſſum, vt actiones in rem decem aut xx. annorum præſcriptio tollerentur. l. reſcriptis D. de diuerſis & temporalibus præſcrtiipt: ad prouincias eam conſtitutionem pertinere in telligimus, vel ex illo verbo.

Balb. de præſcrip. 2. p. 5. p. q. 1. n. 16. Couar. reg. poſſeſſ. 2. p. §. 2. n. 6.

XXVI.

rescriptis. Rescripta ad prouincias mittebantur. Denique Theodosius magnus, lata primũ constitutione, edixit, vt in prouincijs actiones omnes in personã, & mistæ, quibus nullum tempus leges præscripserant, tricẽnali præscriptione tollerẽtur. Et verò huius rei auctorem fuisse Theodosium magnum ac seniorem constat ex Nouella Valentiniani ac Theodosij De xxx. annorum præscriptione. Vbi Valentinianus ius hoc tribuit Theodosio patri suo non collegæ, & iuniori. Cuius vnius esse. l. iij. C. de præscrip. xxx. annorum Iac. Cuiacius eleganter defendit. Itaque cõstitutio illa non extat. Eaque certè fuit, quám Cassiodorus patronam generis humani appellat. Et Sidonius eius peremtorias rubricas omnem litem abolere ait. Quod verò de pręscriptione tricẽnali Theodosius magnus tulit, pertulere postea multo vberius Valentinianus, & Theodosius Iunior. Vnde nobilis hæc præscriptio tricennij in omnibus prouincijs facta est, & sacris ferè canonibus recepta. Et hæc Theodosij lex est cuius mentio in canone Toletano fit: *Quicunque Episcopus alterius episcopi diœcesim per triginta, annos sine aliqua interpellatione possidet, quia* SECVNDVM IVS LEGIS *eius iam videtur esse diœdesis. c. quicunque* xvj. quæs. iij. quòd verò Gelasius Tricennalem legem principum nominat. c. Præsulum. xvj. q. iij. ad nouellam Valentiniani, & Theodosij, sine dubio pertinet. Vt planè hallucinentur nostri interpretes qui huius Tricennalis præscriptionis ignorata historia illorũ canonum sententiam in species alias detrudunt, sed hac demum Tricẽnali præscriptione explossa, ex Iustiniani Nouella. cxxxj. & iij. edictum multorũ Pontificum decreto est, vt aduersus ecclesiam quãcunq;

Libro obs. xviij. c. xvj.

XXVII.

XXVIII

quadraginta annorum præscriptio solum prodesse cap. de quarta cap. illud cap. ad aures cap. quia in dicante de præscriptio. Itaque constituendum est ab Ecclesia quacunque iurisdictionem hodie, nisi quadraginta annorum, vsu non capi. Verum huic definitioni occurritur ex Concilio Mileuitano & Carthaginensi. VII. quorum illud, canone. xxiv. sex

XXIX. mensum spatium, hoc canone. lxxxvj. & lxxxviij. trium annorum præscribit ad vsucapiendam diœcesim, quæ hæreticæ prauitatis errore corrupta à recta fide defecit. Nostri iuris auctores arbitrantur quadragenariam præscriptioně Religionis caussa correctam esse. Theodorus Balsamon è contrario canones illos Iustiniani constitutione, quæ quadragenariam pręscriptioně in Ecclesijs inuexit, omnes abrogatos esse. Episcopus Segouiensis, vt in opinione dubia incertam sententiam tuetur. Primum enim statuit, si Episcopus proprius admonitus à vicinis Episcopis in restituenda sua diœcesi cessauerit per sex menses, eius restituendæ facultatem omnibus Episcopis permitti. Qui restituerit, & tenuerit per triennium, eum adquirere. Deinde verò quoniam huius Triennij originem non reperit, nec caussam, cur in Mileuitano Concilio eius mentio facta non esset, inclinat in eam sentětiam. Triennium ad diœcesis restitutæ vsucapionem necessarium esse non admonito episcopo: Si verò admonitus ille sit, sex mensium spatium sufficere, quod verò in omnibus antiquis codicibus Canō Africanus legitur. *Item placuit, vt etiam si quisquā post leges aliquē locū, &c.* agnoscit eā lectioné, & leges interpretatur leges admonitionis. Hactenus Antistes iuris Pontificij & religionis pręstātissimus. Sed nisi

nisi ego fallor, ipsa commodius se res explicabit, si quo pacto gesta sit doceam, simplici recognitione eorum canonum, qui in hanc sententiá varij editi sunt. Primũ itaque Synodo Miliuitana, quæ habita est Arcadio & Honorio Augg. v. Coss. definitũ est, vt episcopi qui Cathedræ suæ loca ad Dei cultũ per desidiá nó cóuerterent, admonerẽtur à vicinis episcopis officij sui. Quod si postea per sex mẽsiũ spatiũ cessarẽt, ꝓprij quidẽ Episcopi aut deijcerẽtur de gradu dignitatis, aut à populi fidelis cógressu & cõmunione arcerentur, ex præscripto canonis xxv. Alijs verò episcopis deinde licuit, si loca à proprijs episcopis neglecta ad fidẽ orthodoxã traducerẽt, eorũ iurisdictionẽ cótinuò quęrere: nisi fortè simulata desidia populis suis se melius ita ꝓspexisse proprij episcopi docerẽt. Hæc sentẽtia est canonis xxiv. Vnde Gratian. sumsit totidẽ verbis. c. placuit. xvj. q. iv. Itaque semestre spatiũ nihil ad vsucapionẽ attinet: in qua re egregiè Gratianus decipitur, sed vt ex eo episcopi proprij mora, atq; segnities teneatur. Diœcesis autẽ restitutæ ditio citra vllũ tẽporis subsidiũ episcopo cõuertẽti statim quæritur. Verũ Donastitarũ pestes, quę sensim prius, & ocultè adolescebat, palá postea multas ecclesias occupauit. Et quoniá, illis à sua diœcesi segregatis, diuelli, atq; dissipari corpus ecclesiasticæ politiæ videbatur; latis imperatorũ legibus sancitũ est, vt cõuersa & restituta loca pertinerent non ad episcopos eos, quorum opera restituta sunt; sed ad proprios, quorũ sub potestate, & ditione integræ diœceses prius erãt. Rem sacri canones adprobarunt, vt qui loca aliqua eo nomine postea cæpissent, restituere cogerentur, condictione proprijs episcopis concessa ex his

XXX. (margin, beside "Arcadio & Honorio")

XXXI. (margin, beside "Verũ Donastitarũ")

legibus, quæ leges vnitatis dictæ sunt. Ita de re tota in collectione Africanorũ canonum, canone. lxvj. qui petitus est ex concilio Chartaginensi. VII. & Mileuitano posterior. Falso autem circunfertur concilij Africani nomine quod nullum nunquam fuit, sanè collecti Africanorum conciliorum canones omnes sub vij. Chartaginense affixi leguntur, quasi in eo Concilio aut postea alio quodam, quod alijs Chartaginense viij. est, recitati sint, recitationis tempus notatur Theodosio Augusto. iij. & Abundantio v. c. Coss. cum tamen Chartaginense vij. sub Bonifacio, hoc est triginta ferè post annos coactum sit. Sunt & alia, quę rē planè coarguũt, vt de cōmentia hac generalis Africani Concilij appellatione mihi valde cũ viro doctissimo cōueniat, sed canonis verba recitabo.

Nec non & illud suggestum, quod plebes ante legem imperatorum de vnitate latam quicumque conuerterent Episcopi ad catholicam fidem, ipsi eas obtinere debeant. Verum à lege vnitatis, & deinceps oporteat vniuersas Ecclesias vindicare sibi Episcopos catholicos eorum locorum, ad quos loca sub hereticis pertinebāt, vel conuersorũ ad catholicā fidē vel non conuersorum & diœcesis, & si qua fortè sunt instrumenta Ecclesiæ, vel ad eius ius pertinentia. Qui verò aliqua vsurpauerint post legem, vsurpata conuenti restituant. Ex his itaque legibus Episcopis proprijs datum est ius reposcendi loca suę diœcesis ab Episcopis ijs, qui ea conuersionis nomine tenebant. Idque in vniuersum.

XXXII. Posteriores tamen canones ius hoc reposcendi partim temperant partim tempore circunscribunt: temperant in proposita specie canon lxxxiv. & lxxxv. in eadem Africana collectione canon. lxxxiv. Alexio Aristeno, & Concilijs Carthaginensibus est. c. xvij. eius canonis hæc verba

sunt

ſunt. *Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in eccleſia plenario, concilio ſtatutum eſt, vt quæcunque eccleſiæ in diœceſi conſtitutæ ante. LEGES de Donataſtis latas catholicæ factæ ſunt, ad eas cathedras pertineãt, per quarum Epiſcopos factum eſt, vt catholicæ vnitati communicarent, poſt. LEGES autem quæcunque communicauerint, illuc pertineant quo pertinebant, cum eſſent in parte Donati. Sed quia multæ controuerſiæ poſtea inter Epiſpocos de diœceſibus ortæ ſunt, & oriuntur, quibus tunc minus videtur eſſe proſpectum, nunc iſto concilio ſancto placuit, vt vbicunque Catholica fuit, & pars Donati, quæ ad diuerſas Cathedras pertinebant, quocunque tempore illic vnitas facta eſt, vel facta fuerit ſiue ante LEGES ſiue poſt LEGES ad eam Cathedram pertineant, ad quam Catholica quæ iam vbi fuerat pertinebat.* Sequitur canon. lxxxv, qui Ariſteno & Zonaræ & in cõcilijs Græcis eſt c. xvij. Concio, & apud Tilium. c. xx. Theodoro Balſamoni c. xxij. *Ita ſanè vt ſi Epiſcopus ex Donataſtis ad Catholicam vnitatem conuerſus eſt, æqualiter inter ſe diuidant eas, quæ ſic fuerint inuentæ. Vbi ambæ partes fuerunt, id eſt alia loca ad illũ alia ad illum, pertineant. Vt ille diuidat, qui amplius temporis in Epiſcopatu habet, & minor eligat. Quod ſi fortè vnus fuerit locus, ad eũ pertineat, cui vicinior inuenietur. Quod ſi ambabus Cathedris æqualiter vicinus eſt, ad eum pertineat, quem plebs elegerit. Quod ſi fortè antiqui Catholici ſuum voluerint, & illi ſuum, qui ex Donati parte conuerſi ſunt, plurimorum voluntas paucioribus præferatur. Si autem partes æquales ſunt, maioris temporis Epiſcopo deputetur. Si autem ita plurima loca inueniũtur, in quibus ambæ partes fuerunt, vt non poſsint æqualiter diuidi, velut ſi impari numero fuerint diſtributis eis locis, qui parem habent numerum, quicumque locus remanſerit, hoc in eo ſeruetur quod ſuperius dictum eſt cum tractaretur de vno loco.*
Proximus eſt canon. l. xxxvj. qui ius hoc repetendi,

quod

quod proprijs Episcopis leges vnitatis tribuere triẽnio circũscribit. *Item* inquit: *placuit vt etiam siquis piam post LEGES aliquem locum ad Catholicam vnitatem conuerterit, si eum per triennium nemine repetente retinuit, vlterius ab eo non repetatur.* Et reliqua quę sequuntur in c. 1. de præscriptionibus. Exquibus demum multa effecta sunt, quæ nostri interpretes secus accipiunt. I. Sex menses qui in Concilio Mileuitano proprijs episcopis permittuntur, induciarum nomine eis permitti, vt intra eos quasi impune cessare posint. II. Semestre illud spatium ad vsucapionem nemini prodesse. III. Ex Concilio Mileuitano Episcopum, qui post semestre illud, alienam dioecesim ad fidem perduxerit, eam quærere confestim veluti pro operæ suæ mercede, & sine vllo præscriptionis subsidio. IV. Leges vnitatis proprijs Episcopi tribuisse ius reposcendi conuersa loca, idque nullo temporis spatio conclusum. V. Has vnitatis leges esse, quarum mentio sit in archetypo & primo canone, vnde sumtum est caput. 1. de præscriptio. Agnouit hoc verbum Episcopus Segouiensis, & non rectè accepit de Legibus admonitionis. VI. Ius hoc repetitionis quod ab vnitatis legibus indultum est, sacris postea canonibus partim temperari, partim concludi & coërceri intra triennij fines. Hæc summa nostræ sententiæ est; quàm vberius explicuimus nostris comentarijs ad cap. 1. de præscriptio: illam verò nuc eo percucurrimus, quod ex nostris deprauatis schedis paulò de formatior pasim circumfertur, sed pluribus, quàm par fuit, agitata res est.

SVM-

SVMMÆ RERVM.

j. *Mistum imperium quid? vt á mero differat. I. Quintini sententia refellitur. Cui competat.*

ij. *Primus gradus huius imperij quæ contineat? Venia ætatis à quo detur, quibus, quaque æta te, an ratum illorum gestum post veniam?*

iij. *Minor post veniam ætatis in quibus habeatur pro maiori.*

Non rectè consulunt sibi, qui emunt sine decreto annua à minoribus. Hispanis, qui dan acenso.

iv. *Infantem sine principis permissu nō emācipari.*

v. *Restitutio in integrū cōtra sētētiā à solo principe fit. Aliter apud Hispanos. Aliter in minore.*

vj. *De supplicatione, seu iteratione litis, post rem semel iudicatam, & omnes sententias, ac instantias consumtas.*

Differt retractatio litis seu rei iudicatæ à restitutione contra sententiam.

Explicantur l. vnica. c. de sentent. Præfect. Prætorio. & Auc. Quæ supplicatio. C. de prec. imperatori offerendis.

vij. *Retractatio sententiæ, Græcis* ἀναψηλάφησις παλινδικία*, postulatur intra biennium.*

Apud Hispanos pro retractatione supplicatio solemnis & sub pignore. M. D. duplarum.

viij. *Libellus supplicationis seu de retractanda senten-*

sententia oblatus Principi non impedit exsecutionem sententiæ.
Intra quod tempus hic libellus offerri debeat, & quid operetur intra decimum diē oblatus. Nouella cxix.

ix. *Tertius gradus in coerctione tam reali quam personali.*
De in integrum restitutione.
quartus gradus plenam cognitionem sine coercitione continet, quintus & sextus leuiorem cognitionem aut caussas, quæ sine cognitione expediuntur.

x. *In his tribus gradibus Doctorum multiplex error contra iuris communis responsa, & constitutiones.*
Per tres posteriores gradus ascenditur, nō descenditur.
Auctoritas emancipandi seu manumittendi pertinet ad actiones legis, actiones legis maioris sunt imperij.

xj. *Iudicum pedaneorum hodie munus.*
Quid plena cognitio apud Iustinianum.

De misto Imperio.

Tractatio misti imperij apud commentario maiore ex parte de veteribus respōsis suscepta est, ab eorumque sententia longius ab...

Ceterum

Ceterum si capita iuris, vnde illi sua astruunt, tollas, ad seculi nostri mores nō ineptè accomodari potest: I.
atque adeo non falsò, si ex illis, & regalibus constitutionibus existimetur. Bartolus, quique ei assentiūtur plurimi Autores iuris, mistum imperium à mero eo secernunt, quod mistum ad priuatam vtilitatem spectet. I. Quintinus mistum imperium autoritatem esse ait pronūtiandi, & iudicandi de quibusque bonis, & rebus alienis, quę tamen explicatio cum ab Vlpianis, & Papinianis planè deducta non sit, vereor etiam ne posterioribus quoque interpretibus insolens atque inaudita sit. Illud omnibus cōuenit, mistum hoc imperium eis competere, quibus merum. Huius autem imperij quasi fines & terminos his gradibus regunt, summo imperij gradu, quodque ad Principem vnum pertinet, collocant ætatis veniam, ad rogationem, emancipationem infantis, restitutionem natalium, quę principis rescripto fiunt. De ætatis venia dubitari potuit ex nouella Leonis xxviij. qui eam magistratibus omnibus permisit, apud quos iurisdictio esset: Sed vtimur potius, Aureliani, & Constantini cōstitutionibus. i. &. ij. C. de ijs, qui veniam ætat. Et verò beneficium hoc ætatis legitimæ & rerum suarum administratio his tantum conceditur, qui xx. si mares sint, aut si fæminæ xviij. annum implerint. Si de ea re, moribus atque honestate apud vrbis præfectū aut. P. R. fides facta sit ex. l. ij. §. sed Senatores C. de ijs, qui veniam. Qui autem legitimæ ætatis veniā impetrarunt, cum liberantur curatione, tum & rerū suarum administrationem accipiunt. Itaque quidquid gesserint, ratum atque firmum est, etiam sine sacramento vllo, quinimo si adiectum in instrumento

Alex. n. 29 Socin. n. 37 Cacia lapus n. 24. in d. l. imperiū. D. de iurisdict.

In. c. nouit. de iuditijs.

Bal. in. d. l. imperium. n. 148.

Pp à tabellio-

à tabellione ſit, luet is pœnas regia apud nos conſtitutione decretas, deinde quod poſt impetratam veniam geſtum ſit, in integrum reſtitutione minor non infirmabit. l. i. C. de ijs, qui veniam, quanquam in ijs, quæ ante veniam geſsit, hoc ei auxiliū competat ex Conſtantini reſcripto. l. Ea. quæ. v. C. de temporib. in integr. reſtituti. Denique in omnibus pro maiori habetur, niſi quod ſine decreto prędia alienare, aut hypothecæ ſubijcere non poteſt. l. eos qui. C. de his qui veniam, &c. Prohibitæ alienationis nomine in hac ſpecie, & pignus, & hypotheca prohibentur vel eo nomine, quod ad alienationem aditus inde pateſiat. Si permiſſu prætoris pignori res minoris mihi data ſit, poſſum ius meū exequi, hoc eſt ſine decreto alio alienare: tutius tamen de conſilio Vlpiani fecero, ſi iudicem adeam, tutius erit, non neceſſarium. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. D. de rebus eorum qui ſub tutela. Vnde iuri ſuo non ſatis eos cauere arbitror, qui à pupillis aut minoribus venia ætatis petita, aut non petita ſine decreto iudicis annuos redditus emūt, Hiſpani: *dan a cenſo*. Nā cur ius hoc vēdere illi poſsint, quibus, ſi proprietatē habeāt, vſum aut vſum fructū alienare ius nō eſt, nō itē ſeruitutē imponere. Si verò proprietatem non habeant, ius emphiteuticum, aut embateuticum aut alia quæ vtilis dominij nomine cōtinētur, fruſtra quoque alienant. l. ſed ſi pecunia. §. ſi ius. §. ſed ſi proprietatem. D. de reb. eor. qui ſub tutela. Adde ſi per triennium facta ſolutio non ſit, lex cōmiſſoria, quæ in his contractibus concipitur, fundorum proprietatem emtoribus adijcit, ſed longius à re. Attingamus reliqua. Quod de adoptione eius, qui, quæue ſui iuris eſt, afferunt, pertinet etiā ad eos,

III.

quos

quos fœminæ adoptant. Cum ſine principis reſcripto neutra adoptio fiat, in principio &.§. fœminæ inſtit. de adoptionibus. Quod verò ex Anaſtaſio infantem ſine principis reſcripto emancipari poſſe negāt, mutari non oportet ex Iuſtiniano, qui emancipationum ritus atque ſolemnia ſuſtulit, neque illi conſtitutioni aduerſatur. l. vltima. C. de emancip. lib. quæ de adultis emancipandis, tantum agit. De reſtitutione natalium notus locus eſt in aut. quib. mod. natural. efficiantur legiti. §. ſit igitur licentia colla. vj. In hūc ordinem referunt reſtitutionem in integrum, quæ à ſolis principibus auctore Calliſtrato poſt rem iudicatam fit, cum apparet de ſe quem. mentitum eſſe, aut probationum inſtrumenta poſtea reperta ſunt. l. Diui fratres. xxvij. de pœnis. Nam vel ex eo loco Panormitanus contra Ananiam contendit in criminū executione ſententiam iudicatum facere, apud Hiſpanos quocumque tempore de innocencia rei manifeſtò liqueat, eum à iudice, principe in conſulto, liberari poſſe Gomezius opinatur. In alijs cauſſis vt ſi minor reſtituendus ſit, dubium non eſt magiſtratus quoſcunque pro iuriſdictione ſua etiam contra ſententiam ſuam in integrum reſtituere poſſe. l. in cauſſæ. xvj. §. nunc videndū. l. præfecti. D. de minoribus. Alterum gradum illuſtrant exemplo ſupplicationis, quæ principi, aut præfecto prætorio offertur. l. vnica. C. de ſentent. præfect prætor. auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imperat. offerend. Sed in ea re principem à pręfecto quidam ſeparant, quaſi hic intra decem dies, ille intra biennium ſupplicari poſſet. Sed perperam interpretes opinantur retractationis iudicium apud eundem præfectum, qui ſententiam pro-

V.

Couarr. in. 4. p. 2. c. 8. n. 15.

Lib. variar. 3. c. 13. nu. 33.

VI.

Iuan. Oroſcius. Curt. Iunior. n. 6 Valaſ. nu. 228. in. l. imperiū bi ſup. gl. in d. l. vnica de ſent. P. prætoreo.

 tulit

tulit, agitari. Hoc enim defert retractatio rei iudicatæ, (quã Iustinuanus ἀνατηλαφήσιν vocat) à restitutione in integrum contra sententiã, quæ ab eodem iudice peti potest, vt paulò ante explicabam. Pertinent itaque constitutiones illę ad iuditij retractationẽ. Cui certè post latam sententiam locus est, cum prouocare à sententia non licet. Aduersus sententiam præfecti. P. R. appellare nemo potest propter amplitudinẽ & dignitatem magistratus. l. si quis prouocatione. l. à proconsulibus. C. de appellationibus tamen supplicari princeps per libellũ potest vt caussa retractetur, qui impedimento exsecutioni non est. Potest autem hic libellus Principi aut ipsi præf. P. vel eius adsessoribus & consiliarijs intra biennium offerri. Sed si intra x. dies oblatus sit, executio non antea fiet, quàm victor satisdet de re restituenda, sententia rescissa. Si post x. dies offeratur, victor satisdare non cogitur. Nouella cxix. Vnde decisum est authenticum. *Quæ supplicatio*. Vtcunque sit sententiæ retractatio intra biennium postulata semper conceditur. Agitatur autem hæc παλινδικία non apud eundem. P. prætorio ex rescripto Principis, sed apud successorem. Atque ideo biennium non antea numeratur, quam præfectus magistratum deposuerit & ei alter successerit. l. 1. C. de sentent. præfect. Præ: vel si successor non sit apud alios, vt rectè Cuiac. opinatur: Hæc minus enodatè, atque distinctè interpretes. Nam quid attinuit speciem hanc imperij à ceteris separari, cum neque Princeps, cum iudicem dat, apud quem ea retractetur, neque datus ipse iudex, qui ex diuina iussione caussam iterum disceptat nouo imperij genere fungatur. Hispaniæ moribus in Curijs apud eosdem iudices,

VII.

L. 1. ti. 19. l. 1. tit. 20. lib. 4. nouæ collectionis

iudices, qui ſententiam tulerunt, retractatio ſuppli-
ci libello inducitur. Et ſi quando reijcienda eſt, ad re
gium ſenatum fit quaſi ſacramento ſolemni in. ciↄiↄ.
vulgo *doblas*, ex legis præſcripto concepto. Sequun-
tur reliqua, quæ cum gradum vix haberent, tamen
tribus diſtincta gradibus à noſtris interpretibus ſũt.
Tertius itaque gradus in ijs verſatur, quæ plenã cauſ IX.
ſæ cognitionem deſiderant, cum coertione, tam in
rem, quàm in perſonam, vt miſsio in poſſeſsionem,
vel expulſio atque deiectio de ea. In eundem quoque
numerum refertur reſtitutio in integrum. Quæ man
dari ne poſsit, an non, cum noſtri interpretes diſpu-
tant, multa in veterum conſultorum reſponſis pec-
cant. In quarto gradu ea ponuntur, quæ cognitionẽ
ſine coertione plenam habent, vt miſsionis in poſſeſ-
ſionem decretum alterum, decretum de alienandis
minoris rebus, de tranſactione ſuper alimentis, qui-
bus adiungitur datio tutorum tã multis commenta-
rijs exagitata. Quintus gradus ad ea pertinet, quæ le
uiori atque breui iudicis cognitione expediuntur:
quæ verò ſine vlla cauſſæ cognitione fiunt, ea ſex-
tum gradum occupant, vt ſi manumiſsioni, ſi emanci X.
pationi auctoritas præſtetur. Hactenus noſtri; qui
ſubtiliſsimè, & veriſsimè in ea re ſeſe præcipere opi-
nantur. Sed labi eos potius atque decipi, ſi quis con-
tra ſentiat, vel eo argumẽto fidem facturus eſt: quod
etiam hiſce gradibus deſcendere aiunt, quibus ſine
controuerſia aſcenſus atque progreſsio ad ſuperiora
fit. Maior enim vis imperij tunc elucet, cum ſine cauſ
ſæ cognitione ſua ſponte iudex decernit, quam ſi te-
ſtibus aut legi aut inſtrumẽtis addictus de re ſtatuat.
Nec in infimo genere & imperij gradu locari auto-
ritas

ritas manumittendi, aut emancipandi debuit, quæ ad legis actiones pertinet, actionem legis apud legatum proconsulis non esse, neque mandari posse alio loco explicuimus. Scio apud Iustinianum pedaneis iudici
XI. bus, qui celeritatis caussa per adnotationes caussas humiliores disceptant, plenam & solemnem cognitionem non permitti; Sed plena cognitio eo loco dicitur, quæ actis iudicij diligenter præscriptis & libellorum subscriptione adhibita exercetur. Itaque, alia notione, superiora verò iuris capitibus astrui nihil necesse est, quæ valent potius ad gradus eos conuellendos. Hactenus de misto imperio.

SVMMÆ RERVM ATQVE sententiarum.

j. *Infima iurisdictio quæ sit?*

Criminum actiones pecuniarias contineri simplici, atque infima iurisdictione.

Iudex, qui habet simplicem iurisdictionem, ex officio potest in leuioribus criminibus progredi.

ij. *Coertio leuis intra simplicẽ iurisdictionẽ est.*

Admonitio etiam fustium contra fures.

Leuior coercitio disciplinæ caussa Abbatibus, & episcopis.

Alligatio ad Palum, Hispanis ad furcam ignominiæ caussa.

Et verbera leuiora intra hanc iurisdictionem præ-

præsertim contra eos, qui ære soluere non possunt.

iij *Alciati obiectiones neque veteri, neque nouo iure constant.*

Caussæ liberales rectè hic collocantur à Bartolo & Fulgosio.

Refellitur Alciati sententia. Caussæ liberales per datos iudices expediuntur. Plauti locus: Suetonij.

iv. *Crimina ciuiliter intenta.*

Vt exerceantur in inopes.

Caussæ pecuniariæ supra. c c c. aureos. l. 18. titul. 4. p. 3.

Aurei moropetini sub Alphõso X. æreis. lxxx. æstimabantur.

Ante Alphõsum X. antiquior morepetinus valebat sex Alphonsinos, æreos verò, quibus nunc vtimur c c c c. lxxx. vt hodiè apud Hispanos Castellanæ.

v. *Quartus, quintus, & sextus gradus huius iurisdictionis.*

vj. *Explicatur l. vlt. D. de iurisdictione.*

Iudicum potestas olim intra summam certã.

Prætor fidei commissarius, magistratus municipalis. Defensores ciuitatum.

Apud Hispanos Decuriones ciuitatum. Iudices rustici. Alcaldes ciuiles in prima instantia.

vij.

vij. Explicatur .l. si idem. D. de iurisdictione.
Actiones, quarum singulæ non excedunt modum, an aceruandæ?
Casus legis voconiæ delegato vni aut pluribus vxoribus relicto.
viij. *Quid si vna actio habeat plura capitula, quæ coaceruata excedunt iurisdictionem?*
ix. *Quid si apud iudicem eundem reconuentio fiat de summa excedente eius iurisdictionem?*
Reconuentiones, mutuæ petitiones, exempla in iure.
Ratione conuentionis ante sententiam non cõpetit compensatio.
Conuentio quantitatis iustæ trahit ad se recõuentionem excedentem, è contrario verò reconuentio quantitatis competentis non trahit ad se conuentionem maioris quantitatis.
x. *Ad quantitatem iurisdictionis in actione duplici non singulæ petentium partes spectantur, sed totum id, quod in actionem deductum est.*
Quæ sit actio duplex.
xj. *An omnes magistratus extra territorium iurisdictione voluntaria vtantur.*
De proconsule ad præsidem, & municipalem Magistratum non rectè argumentum ducitur.
Temere proconsules cũ Episcopis, aut Nũtijs Apostolicis

Apostolicis conferuntur ad argumentandum:
xij. *In quantitate pertinente ad iurisdictionem semper spectatur quæ quantitas petita sit, non quæ debita.*
Prætor fidei commissarius in ea visione rectè comparatur cum quocumque iudice.
Idem est in caussis appellationis, si dubites an sint intra iurisdictionem magistratus appellati.

De simplici atque infima iurisdictione.

EX superiori disputatione demostratum satis est, nostri interpretes, quam esse voluerint simplicem infimamque iurisdictionem; profecto quæ administratur, non libero atque soluto officio iudicis, sed eo quod actionibus seruit atque famulatur priuatæ vtilitatis caussa. *Vt officij* genus ab vtroque pariter imperio, *vtilitatis* à mero tantum iurisdictionem infimam secernat. Et verò quoniam criminum quoque actiones certæ pecuniariæque sunt, si non per accusationem, sed ciuiliter instituatur iudiciũ, placet interpretibus etiam actiones eas simplici iurisdictione contineri. Quin etiam iudi:i ei, cui tantum simplex atque infima iurisdictio tributa est, etiã non interpellato ex officij sui iure progredi aliquando licere, vt si leuiora delicta castiget, si criminum maiorum reos, dum ad præsidem transmittuntur, in carcerem, (quod ei licet) conijciat, si auctoritatem I.

DD. in. d. Authen. de defensorib. ciuitatum. §. audient.

II. suā leuiorē quadā coercitione tueatur. Nam & hæc leuior coercitio, quæ ad fustium ad monitionem in fures producitur, iudicibus his permittitur, quæ non supplicij sed emendationis caussa adhiberi solet. Itaque neque Episcopis neque archimandritis in monachos insolens ea fuit. Vt ex concilio Agathēsi cognoscimus. c. vltimo. xx. q. iiij. can. j. in fi. xxiij. q. v. Itaque & palum erigere, cui noxij, & magnæ culpæ rei alligentur, & verberibus leuiter coercere, & de Alberici sententia auriculam etiam præscindere intra infimæ iurisdictionis terminos concludi quidam volūt. Quod certè cum alias iudicibus licet; tum si is qui propter egestatem penam pecuniariam elusit, extraordinem coercendus sit ex. l. j. in fine. D. de pœnis. In hanc difinitionem multis Alciatus disputat, qua ex decretis interpretum, quæ tamen ipse explicat: qua. I. consultorum sententijs quas, explicari accuratius necesse non est. Sæpe enim diximus, de veteri Romanorum iure, neque placita hæc interpretum, neque Alciati illustari vlla ratione posse. Et verum est. Gradus persequamur, quibus tractatum hunc illi dispertiunt. In primo gradu positæ sunt caussæ liberales, quæ redditis preiudicijs definiuntur. §. præiudiciales inst. de actio. Ita Bartolus & Fulgosius rectè. Neq; vlla esset ars, aut præcipiēdi constantia, si mero imperio pars hæc tributa esset. Alciatus verò, qui prætoris officio, vel cognitione caussas liberales expediri opinatus est, peccat in cognoscendo veterum Romanorum iure. In quo si paullo accuratius versatus esset, vt in alijs eius partibus non sine summa laude fecit, facilè intellexisset liberales caussas non prætoris cognitione, sed actionis

P. Iacob. in praxi iuā. Quintinus in. c. nouit. de iudic. c. de iurisdic. Albericus in. l. vlt. de of. eius qui vic. gerit, alteritus.

In. ca. quod sedē. n. 66. de offi. ord.

nis formula datis iudicibus definiri, vel Plauti sui loco de abiudicata Palestra. *Quis me est mortalium miserior, qui viuit alter hodie, Quem modo damnauit ad recuperatores Plausidippus. Abiudicata à me est Palestra, perditus sum.* Et Suetonij in Vespasiano, cui Flauiam Domittillam iudicio recuperatorio non liberam pronuntiatam esse ait, & iudicum, qui delibertatè cognocebant, sœpe Vlpianus meminit. l. vij. §. final. D. de liber. caussa. l. xxxiv. D. de statu liberis. Alter gradus versatur in actionibus, quæ ex maleficio ciuiliter competunt, si pecuniaria pœna damnatus, non habet vnde dissoluat ex dicta. l. j. §. generaliter. D. de pœnis. l. quicumque. C. de seruis fugitiuis, qui locus ab alijs explicatus est. Tertio gradu referuntur caussæ pecuniariæ, quæ supra. ccc. aureos sunt. Alfonsina lex xviij. titulo iv. p. 3. pro aureis extulit *marauedis de oro*. Moropetini aurei quæ vis, æstimatioque sit; valde apud iuris hispani peritos controuersum est. Quidam de aureo moropetino accipiunt, quo sub Alfonsi. x. temporibus Hispani vtebantur, æreis moropetinis, quibus nunc vtimur, lxxx. æstimato, quæ summa excresceret ad. xx. cIↃ cc. l. Alij de antiquiore moropetino interpretantur, quod sex Alphonsinorum erat, æreorum verò qui nunc percutiuntur cccc. lxxx. eo pondere, quo nostri temporis Castellana sunt, & Iustiniani, quæ passim inculcantur, solida. in hanc sententiam & Episcopus Segouiensis pedibus manibus it. Repugnant verò nō pauci. Quarto gradu caussas complectuntur, quæ citra ccc. aureos sunt.

III.

IV.

V.

Quinto & sexto generatim Bartolus, & Fulgosius

eas numerant quæ multo inferioris ęstimationis sunt vt intra xx. aureos consistant. Quas de plano, & sine iudicij forma atq; institutione aliqua disceptari posse præcipiunt. Alij iurisdictionis infimæ gradibus sublatis de ea aliter disputant.

VI. Et quoniã ei qui iurisdictionis argumentũ tractat danda opera in primis est, vt antiquis responsis & cõstitutionibus commodè & aptè vtatur, qua magistratuum similitudo fert, docendum est, ad interpretum præceptiones & infimæ iurisdictionis gradus rectè accommodari illud Pauli, si supra suam iurisdictioné ius velit quis dicere, impune ei non pareri. l. vltima. D. de iurisdictione. Olim non dequacunque quantitate & summa ius dicere magistratibus licuit. Prætor fidei commissarius de minore fidei commissi quãtitate ius dicit, de maiore consul. Quintilianus, *non debet, inquit, apud prætorem fideicommissum petere sed apud consulẽ. Maior enim prætoria iurisdictione summa est*. Magistratus quoque municipalis de maiore summa ius dicere nó potuit. Paulus. *Res indicatæ videntur à magistratibus municipalibus vsque ad summam de qua ius dicere possunt.* Defensores quoque plebis, qui & magistratus sunt, ius dicunt vsque ad l. aureos. l. 1. C. de defensoribus ciuitatũ, aut ad c. ex. Nouella. xv. Cum ijs magistratibus rectè cóparantur nostri magistratus, quorum potestas ex Doctorum præscripto intra hunc aut illum iurisdictionis gradum concluditur. Vt sunt singularum ciuitatũ senatores, aut decuriones, quibus data iurisdictio est vsque ad certam summam sine prouocatione. Itẽ pedarij iudices, qui in suburbijs atque pagis passim ius intra certam quantitem dicunt. In auditorijs etiã forensium caussarum maiores iudices, atque alij quibus

Lib. 7. instit. orator.

Lib. 5. sentent.

bus vulgo intra certæ summę modum iurisdictio per mittitur. Itaque omnino præcipiẽdum est, cum quæritur de quantitate ad iurisdictionem pertinente, rectissime nos hodie vti definitionibus ijs, quas Caius proponit in l. si idem cum eodem. D. de iurisdictione. Finge, si apud iudicẽ eum, cuius iurisdictio intra certam quantitatem est, plures quis actiones instituat quarum singularium quantitas intra iurisdictionem sit, coaceruata verò eius modum excedat: responsum est rectè institutas esse, quia nulla earum excedit summam de qua magistratus potest ius dicere: illustrari res poterit specie ea, quæ agitur apud Quintilianum ex l. voconia, quæ mulieri relinqui non permittit vltra certam bonorũ partem, fortè quadruplum, aut vt interpretes fingunt, semissem, si quis mulieribus pluribus portiones certas relinquat, quæ tamen coaceruatæ excedant legis modum. Statuendum est singulis mulieribus id deberi, quod separatim relictum est, quia plures mulieres sunt, vt apud Caium actiones plures. Aliter statuendum est si mulieri vni separatim plures. summæ legentur, quarum coaceruatio modũ legis excedat. Similiter ac si vna sit actio quæ plura capita, plures species habeat, quarum singulæ modum non excedant, coaceruatæ verò excedant. Nam cum vna actio sit, spectatur non singulis è summis, sed ex summa summarum, quæ magistratus iurisdictionem excedit, vt in simili specie Vlpianus in l. si qui separatim. §. si quis cum. D. de appellationibus, speciem alteram Caius proponit; si apud magistratum fortè municipalem dè minori summa quis agat & rursus conueniatur ab aduersario de maiori, quæque modum iurisdictionis excedit, rectè cum de vtraque

VII.

De clamatione. 2.

VIII.

IX.

vtraque iudicaturum, mutuæ nimirum actiones, mutuæ petitiones sunt. l. si inter me & te. D. de except. rei iudicatæ. l. si quis in rem suam. D. de procuratoribus. l. lucis. D. mandati, qua de caussa, vbi iudicatum erit, etiam compensatio competit. l. 1. C. rerum amotarum, non ante sententiã; quoniã nõ liquet de re, quæ vicissim in petitionem deducitur. l. si debeat D. de compensatio. l. vltima. C. eod. Cum itaque prior petitio sit de minori summa & intra iudicantis iurisdictionem, atque adeo ritè proposita, trahit, ad se litem, quæ vice mutua ab aduersario intenditur: ne in eius calumniosa potestate sit, iudicis competentis iurisdictionem maiori lite vicissim mota eludere. Non idem esset, si priore, si superiore loco lis maioris summæ mota esset, licet mutua petitio sit de minori. Nam cum ab initio iudex competens aditus non sit, ad iudicem alium eundum est. Caussa itaque minor trahit ad se maiorem, quæ obijcitur à reo, non contra. Denique in eadem quæstione de quantitate ad iurisdictionem pertinente hodie receptum est. Quod idem Caius definit duplicem actionem pro vna actione haberi, & ideo non spectari separatim litem. cuiusque litigatoris, hoc est partem, quam quisque persequitur, & suam esse vindicat iudicio familiæ erciscundæ, & communi diuidendo, sed spectari totum: quoniam res tota in iudicium permistè, & confusè deducta est, duplicem actionem appellat, in qua vterque litigator tam rei, quam actoris partes sustinet, vt familiæ erciscundæ, communi diuidundo, finium regundorum. l. x. D. finium regundorum. l. ij. §. in familiæ. D. famil. erascund. & interdictum vti possidetis,

X.

detis, ea ratione duplex dicatur. l.j. §. 1. D. vti possidetis. Addit eodem loco Paul. extra territorium ius dicenti impunè non pareri. Vnde Accursius excepit voluntariam iurisdictionem quasi ea magistratus omnes extra territorium rectè vtantur. l. emancipari. §. 1. D. de adoptio. l. ij. de officio proconsulis. Sed meritò Accursius notatur, quia illud de proconsule dictum est non de magistratu municipali, non Præside, quibus nunquam hoc concessum est. Itaq; ad magistratum municipalem, ad præsidem, quorum dispar, idest, minor dignitas, ac imperium est, temere profertur. Vnde intelligitur quã in lubrico versentur, qui proconsulem, cum Episcopo, aut legato Pontificum Romanorum componunt, atque ideo definitionem illam in multas hodie species deducunt. Sed ad rem redeam. Quoties quæritur de quantitate ad iurisdictionem pertinente, semper quærendum est, quantum petatur, non quantum debeatur. l. cum quædam. §. quotiés. D. de iurisdictione, quæ definitio, licet Vlpiani sit ex libro sexto fidei commissorum, & de pretore fideicommissario, tutissimè tamen & rectissimè ad omnes hodie magistratus atque iudices accomodatur: quorum iurisdictio, intra certam quantitatem continetur. Siue enim maior quatitas, siue minor debeatur, id certè spectari oportet, quod petitur: Quoniam id tantum in iudicium deducitur, vt in actoris potestate sit maiorem aut minorem iudicem deligere. In caussis item appellationis, vt appareat apud quem disceptandæ sunt: cum quæritur de earum quantitate spectari oportet, quantum sit in condemnationem deductum non

XI.

XII.

non quantum debeatur. l. in offerenda. C. de appellationibus. Nisi aliter fortè cautum Lege nominatim sit. Sed hactenus de placitis interpretum. Nunc restant reliqua capita, quæ ex eisdem & Pontificali iure explicanda sunt sed nos satis multa.

SVMMÆ RERVM.

j. *Delegationis capita.*

ij. *Qui mandare iurisdictionem posint?*

Ordinarij omnes contra Fulgosium & Socinum.

Illorum error vnde.

iij. *Delegatus iudex non potest subdelegare.*

Excipitur is apud quem lis contestata est, cui vniuersa iurisdictio mandatur, aut ius subdelegandi nominatim concessum. Delegatus Principis.

iv. *An delegare is posit, qui recusatur tanquam suspectus.*

v. *Quæ delegari posint.*

Quintus gradus & sextus, atque duo vltimi item tam meri quàm misti imperij, & omnis infima iurisdictio delegari potest, quoq; iure.

vj. *Merum imperium summum à quibus mandari posit?*

A Principe ipso, ab eius Delegato *& quatenus.*

A iudi-

A iudice proficiscente, & qua fini.

Explicatur. l. solet. D. de offic. proconsulis.

vij. *Explicatur Authentic. de collatoribus. §. ad hæc probibemus, collatione. ix.*

Topoteretæ, Vicarij, differunt à Delegatis; *conciliantur. l. 1. D. de officio eius cum. l. 2. c. de offic. eius qui vic. alt. obti.*

viij. *Mero imperio à proficiscente delegato Delegatus non habet ius sententiæ nisi in furem manifestum.*

ix. *Ægrotus mandat rectè merum imperium.*

x. *An occupatus possit delegare merum imperium.*

xj. *An iudici deleganti, qui ait ex iuxta se caussa delegare, fides habeatur?*

xij. *An merum imperium ex iure canonico mandetur? quid in restitutione minorum? quid de proconsule?*

xiij. *Iure Regio caussæ liberales cum mero imperio transeunt, & quando delegentur.*

Item misti imperij tertius & quartus gradus, & tertius infirmæ iurisdictionis quando delegari possunt?

xiv. *Vicarij vulgo.* Tenientes de Corregidor *an habeant merum imperium, & iurisdionem ex delegatione?*

Idem de Vicario Episcopi.

xv. *Mandatum iurisdictionis quo pacto soluatur. morte mandantis re integra.*
Excipiuntur duo casus.
Finito mãdato nec sẽtẽtia, nec processus valet

xvj. *Ex communi errore iurisdictionem non nasci.*
Explicatur. l. Barbarius Philip. D. de offic. prætoris.
differt mandatum iurisdictionis ab alijs.

xvij. *Quando res cœpta, vel non integra dicat.*
C. gratum. c. Relatũ de offic. Deleg. *cõtraria.*
Iurisdictio Delegati *perpetuatur ex decreto citationis non exsecutæ.*

xviij. *Quid si citatio irrita sit, aut in vna solum lite facta, cum plures delegatæ sint.*
Delegatio iurisdictionis in tempus mortis, vel vel successoris nullius momenti est.

xix. *Delegatio soluitur si delegans iurisdictionem reuocet.*
Refellitur Pauli Castrensis, Gullielmi, & Gregorij Lopij contraria sententia.

xx. *Delegatio iurisdictionis soluitur si delegatus cœperit esse eiusem imperij, cuius erat delegans.*
An imperator de feudo Ducatus, quod prius habet, fidelitatem præstare debeat.

xxj *Delegata iurisdictio soluitur morte delegati.*
Idẽ est si caussa pluribus simul delegata vnus decedat.

decedat, etiam si is qui decessit, alteri vices suas subdelegauerit, modo res cæpta non esset.

xxij. *Idem est, si iurisdictione non delegata, vnus discesserit.*

Quid si is, qui delegauit, postea excommunicetur an soluatur delegatio?

Quid si in superioribus clausulis adiecta sit clausula. Quod si non omnes? aut iurisdictio non personæ certæ, sed possessori Dignitatis delegata.

De Delegatione iurisdictionis.

NObilis ille tractatus est, qui pertinet ad delegationē iurisdictionis, cuius tractatus tria quasi capita sunt, quis possit mandare iurisdictionem? quid mandari possit? mandatum iurisdictionis quo pacto soluatur? Pontificij etiam controuersantur, cui mandari iurisdictio queat. Attingemus singula. I.

Principio placet, qui suo iure iurisdictionem habet, eum mandare eam rectè posse. Itaque omnes iudices, quos nunc ordinarios appellamus etiam infimi ordinis. Fulgosius tamen, Socinus, atque alij negant iudices ordinarios omnes posse, sed eos modò, quibus lege nominatim concessum est. Sed prior sententia vera est; apud nos approbata lege Alphōsina. xix. tit. iv. p. iij. scilicet, erant de verbis. l. Consultorum, quæ cum det datis pedaneisque iudicibus enuntiata sunt, tamen accipiunt in ijs, quibus mandata iurisdi- II.

 ctio

III. ctio est. Altera enuntiatio est, eum cui mandata iuris-
a DD. in l. more. D. de iurisdict. dictio a est, delegare alteri non posse. Verumenim-
uerò eo iure vtimur, vt quibusdam legatis delegare
permissum sit, vt ijs, apud quos comissio iam iudicio
lis est contestata; quæ sententia fuit Accursij b atque
b In. l. & quia verbo neque ipsa infr. D. de iurisdict. aliorum primùm. Sed apud Hispanos in legis auctori
tatem abijt. l. xix. tit. iv. p. 3. eaque vtimur Oroscio c
auctore. Item ex eodem Accursio ei delegare permit
titur cui vniuersa iurisdictio mandata est. Id quod &
c Orosc. in l. legatus n. 1. D. de of. proconsul. & in l. vlt. nu. 3. D. de offic. eius. sine lege aliqua passim iudiciorum moribus receptũ
est. Ei etiam hoc permittitur, cui nominatim ordina-
rius iudex hoc concesit, vt ipse alteri delegaret, qua-
si ex eius persona fiat, quod iuri satis esse consenta-
neum Fulgosius censuit. d De principis delegato om
nibus conuenit, apud nos cautum Alphonsina lege
ea, quam paulò ante nominaui; atque ideo meri impe
d Orosc. in l. More. n. 13. D. de iurisdict. gl. in. d. l. & quia vers. neque. D. eodem. rij caussas ab eis posse mandari quidam opinantur. e
Alij verò negant, neque immeritò, si ex iuris capiti-
bus res existimãda esset. Sed hæc tota disputatio alio
loco fusius à nobis suscepta est. Tractatum est an iu-
dex is delegare posit, qui suspicionis nomine à litiga
toribus reijcitur, & placuit, f si per sententiam nõ-
dum iurisdictio ei ademta est, posse, atq; ex præscrip-
IV. to. c. iudex ab apostolica de offic. de leg. libro. vj.
e In. l. more n. 14. D. de iurisdict. Secundum caput est, de rebus ijs, quę delegari pos
sunt. Interpretum ferè omnium consensione ita præ
f Bar. in. l. 1. n. 10. D. de of. eius. cipitur. Quæ minoribus iudicibus iure magistratus
competunt, ea rectè delegari quæ verò maioribus
magistratibus maiestatis amplitudinisque caussa à le
V. ge nominatim deferuntur, ea g non delegari. Prioris
g Iaso in. l. 1. n. 65. D. de off. eius. generis esse aiunt, duos vtriusque imperij citimos gra
dus, & quæ infimæ iurisdictionis sunt. Posterioris
vero,

verò imperij quoque vtriusque meri atque misti superiores gradus quator. Quæ præceptio cum è deprauatis, atque perperam contortis Papiniani verbis nata sit. mirum non est si grauiter à Guillelmo, à Fulgosio, ab Alciato refellatur. At interpretum quasi præiudicata opinio tantum valuit, vt in iudicia ipsa, sine lege, vel in patrios populorum mores pro lege hanc doctrinæ rationem inuexerit. Ceterũ quod dicitur, meri imperij summos gradus non posse mãdari, coercent in quibusdam caussis, primum in principe *a* ipso, cui vtriusq; imperij gradus omnes mandare licet. Deinde in principis legato. *b* Quæ sentẽtia frequentiores, auctores habet, nisi hoc esset *c* à Principe ipso sublatum verbis ijs, quibus mandatũ concipitur, vel ea princeps mandet, quæ regalium iurium appellatione continentur, & ad vnũ principem pertinent. Tertio iudici cuicunque, si proficiscendum ei sit, mandare merum imperium ex Papiniano permittunt. *d* Hactenus tamen vt cognitionem & disceptationem caussæ mandet, non definitionem. Ita statuũt ex. l. solet. D. de offic. proconsul, quæ tamen de proconsule præsente, non profecturo loquitur, neque approbát ex Authẽ. decollatoribus. §. ad hęc prohibemus, coll. ix. qua cauetur, ne pręsides prouinciarũ vllos sibi cõstituant in municipibus aut ciuitatibus, τοποτηρητας, hoc est, Vicarios. Separandi Vicarij sunt ab ijs, quibus præsides iurisdictionem suam mandant. His, quæ specialiter à lege præsidibus data sunt, non permittuntur. l. 1. D. de officio eius, illis verò, hoc est, Vicarijs permittuntur. l. 2. C. de officio eius qui vic. alter. obti. Et verò quoniam præsidum vice defensores ciuitatum funguntur, ideo prohibitum

est

VI.

a Bart. Bal. Ias. & DD. in. l. 1. D. de offic. eius.

b Iaso. in l. 1. n. 63. Alciatus n. 21 D. de offic. eius.

Iaso in. d. l. 1. n. 64. D. de off. eius.

d Iaso. vbi sup. nu. 64. in fi.

e Gl. in. l. 1 C. de Pe lan. iudi. Cyn. Rainunt. Bal. Bart. in d. l. 1. nu. 5. Oroscus. n. 8. D. de officio eius.

VII.

f Contra Iaso. nu. 70. vbi supra.

est ne præsides sibi Vicarios constituant, nisi inter ea dum in prouintiam nō peruenerint, atque in hac specie iure gladij excepto. τοποτηρητὴς, seruatorem loci, vulgaris authenticorum interpres extulit, à quo ad legatum non rectè ducitur argumentum. Attamē

VIII. illorū sentētia apud Hispanos approbata est. lxviij. tit. iv. p. iij. neque iudici delegato ex mandato mero imperio definitionem caussæ interpretes concedunt nisi in furem manifestarium, quasi prçueniēdi periculi caussa punitio tunc permissa sit, vt Vlpianus ait in. l. siquis filio. §. hi autem vers. quid tamen. D. de iniusto rupto. Ita contra Decium & Albericum Hypolitus Riminaldus *a* censet. iv. Quod verò Papinianus ait de eo, qui abesse cæpit ad inualetudinem omnes producunt, quasi mandare imperium posit is, qui in morbum paullò grauiorem incidit. Ita Bart. Albericus, Alexand. Iaso. *b* V. dubitatū est, de eo, qui caussarum præsertim criminalium multitudine obruitur. Guilielmo, Bart. Alexandro, *c* Panormitano, si criminum causis iudex distineatur, placet eas mandare posse. Iaso *d* hactenus probat, si cognitionem non diffinitionem mandet, probauit eam caussam Alphonsina lex in delegatione simplicis iurisdictionis. Atqui in his inspectionibus quæsitum est, si iudex delegationis iustam caussam referat, an faciat fidem? ait Decius *e* ex recepta interpretum sententia. Felinus verò negat multis contra allatis argumētis iuris. Receptum est, iudici referenti fidem adiungi, si nemo contra excipiat, si verò excipiat, caussam delegationis probari oportere, neque lōgius ab ea ratione Alciatus *f* abit. vj. præterea caussas omnes meri imperij Pontificio iure posse mandari præcipiunt: sed non omnino

IX.

X.

XII.

a In. l. 1. n. 538. D. de of. eius cui mand. iurisdict.

b Iaso in. l. 1. n. 77. D. de offi. eius.

c Guilliel. Alex. Bart. in. l. 1. D. de offi. eius Panor. in c. quod sedem de offi. ord.

d Vbi sup. n. 85.

e Decius in c. si pro debilitate. n. 6. Felin. n. 5. de offic. & po. iud. deleg.

f Alciat. in c. quod sedē n. 20. de offic. ordin.

cho

hoc expeditum est.vj. Tum extrahunt de misto imperio restitutionem minorum, atque alia quædã, quæ *a* Alciatus persequitur. Postremò proconsuli etiam meri imperij *b* mandatum sine dilectu permittunt: Alphonsina lex.xviij.tit.iv.p.iij.caussas liberales cũ mero imperio coniunxit, atque illud à iudice, qui extra prouinciam egreditur, mandari solùm permittit. Sed trahi ad alios casus, vt Papiniani respõsum, rectè potest. Eadem lex imperij misti gradũ tertiũ & quartum, & infimæ iurisdictionis tertium, ita demum posse mandari decernit, si iudex caussarum multitudine pressus per se eas difinire non potest, vel Regis mandatis, aut publicis commodis districtus id muneris obire non potest. Neque rectè obijcias merum imperium à ciuitatum rectoribus passim vicarijs, qui rectè Topoteretæ appellantur, mandari. Nam placet *c* potius eos propria non delegata iurisdictione vti, qui principis non solum concessu sed iussu passim, & sine vlla caussa cõstituantur. l.x.tit.v.lib.iij.nouę collectionis. Neque obstat, rectore ciuitatis defuncto, vicarij potestatem solui extra eum casum qui definitus est. l.vij.tit.v.lib.iij.nouæ collectionis. Quod Episcopus *d* Segouiensis alijs aduersantibus censet, & verius est. Nam iurisdictio non Titio, aut Seio, sed ei est à lege delata, quem vicarium rector constituerit, quo fit vt rectore moriente soluatur; tametsi legis non rectoris beneficio eam habeat, non ob eam caussam, quia is moritur, qui mandauit: sed quia Vicarius, cui à lege delata est, moriente rectore nullus prætérea superest. Idem iudico de Vicario Episcopi. Con simili ratione legatus proconsulis, moriente proconsule, amittit dationem tutoris, quæ nõ mandato proconsulis,

a *Alciat. in l.n.2 l.D. de offi.eius.*

XIII.

b *Fulgòsius in l. imperium.n. 34 D.de iurisdictio.*

XIV.

c *Couarr. li.3.variar. c.vlt. nu. 4. Auiles in capitibus prætorum. c.4. gl.verb. iustitia. n. 5. Auend. eodem trac.p. p.c.3.nu.2. Azebedo in l.10.nu.1. & 2.tit.5. li.3.recopilationis.*

d *Couar in præficis. qq.c.4.n.4.*

consulis, sed datione legis & proprio iure cõpetebat.

Locus ille restat iurisdictionis mandatum quo pacto soluatur, Principio receptum est, si is decesserit, qui iurisdictionem mãdauit, neque geri res capta sit, mandatum solui. l. Et quia D. de iurisdict. consentiũt & Pontificia & nostra. c. Relatum. c. licet vndique de offic. deleg. Alphonsina lex. xxi. tit. iv. p. iij. neque refert iurisdictio à principe, alioue [a] mandata sit. d. c. relatum excipio rescripta ea, quæ dignitatis magistratusue nomine, non personæ concipiuntur. c. quoniam Abb. de offic. delegat. Item ea, quæ pontificijs Gratiæ [b] appellantur. c. si super gratia de offic deleg. lib. vj. Itaque mandantis morte omnis delegati iudicis & potestas, & iurisdictio soluitur, vt deinceps neque litigatoribus assentiẽtibus reddere ius possit. [c] Atq; adeo si dixerit sententiam, sententia nõ iudicatæ, sed contractæ rei nomine ius faciet. Neque mirũ, cum etiam interpretibus conueniat, post mandantis interitum quæcumque acta gestaue in iudicio sint, ea irrita esse, tametsi iudex delegatus factus certior de ea non sit. Contra quidam, iurisdictionem ex com-

XVI. muni errore [d] nasci, malè, cum Barbarius neque prætura neque iurisdictione functus sit. Sed propter vtilitatem eorum, qui apud illum egere, illius decreta, atque edicta non reprobentur. Ita fere Doctores. [e] At qui in alijs caussis post mandatoris mortem, aut prohibitionem, si per ignorantiam quis mandatum persequutus sit, non continuò mandati actione deficietur l. si mandassem l. inter caussas. D. mandati. Sed videamus, quando cæpta geri res dicatur, multi cum acceptum iudicium contestataque lis est, non antea ex non

XVII. dissimili Pauli responso. l. amplius non peti. D. rem

ratam

[a] Roman. n. 1. Socin. n. 59. in l. & quia. D. de iurisdic.

[b] Couar. li. 3. variar. c. 15. n. 2.

[c] Ex Bart. atque alijs Orosc. d. l. & quia. nu. 50.

[d] Oroscius vbi sup. nu. 54.

[e] Othomanus lib. singular. quæstio. q. 17. I. Robertus lib. 1. recep. lectio. c. 38

ratam haberi, ita nominatim Lucius. iij. definiuit. c. relatum de offic. iud. delega. Lucij ſententiam, atque adeò verba deſcripſit Alphonſina lex. xxj. titu. iv. p. iij. Alij. iudiciorum omnium principiũ à vocatione in ius proficiſci volunt. Lucium ab Vrbano. iij. correctum in. c. gratum eodem tit. quod certè, ſi diligenter archetypa decreta attenderis, verius multò dici opinor, quàm ſi diſsidentes canonum ſententias coniecturis non bonis in concordiam adducas profertur pro Vrbano Alphonſina quoque l. xxxv. titu. xviij. p. iij. Quæ ſententia comprobata moribus apud omnes ferè populos *a* valuit, atque etiam, ex decreto mandatoque citationis iuriſdictionem conſtitui proditum eſt. *b* Quid tamen ſi citatio iniuſta, neque vllius momenti ſit? Quid ſi pluribus cauſsis ſigillatim mandatis, vnius tantum cauſſæ diſceptatio iudicio cæpta ſit? aut etiam ſi hoc in ea ſpecie contigerit, cũ vniuerſa iuriſdictio mandata eſt? Sic interpretes definiunt, ex citatione ea, quæ irrita, & nullius momenti ſit, iuriſdictionem non conſtitui. *c* Conſtitui verò, cum in vniuerſum mandata iuriſdictio eſt, ex vnius cauſſæ diſceptatione, atque iudicio *d* cæpto, non ſic eſſe, ſi cauſſæ plures nominatim mandarentur. Quibus ſatis conſentaneum eſt. Si quis mandet iuriſdictionem ſuam ea lege, *d* vt poſt mortem vel diſceſſum vel in ſucceſſoris tempus exerceat, id ſine effectu eſſe, vt in ſimili cauſſa Gordianus ait. l. quod ſpõſæ. C. de donatio ante nup.

a Curt, Iunior, Fulgoſius Iaſ. in. l. more nu. 57. D. de iuriſdict.

XVIII.

b Bart. atq; alij per Iaſ. in. l. more. n. 58. D. de iuriſdict. Oroſcius ibidem laté. n. 28.

c Iaſ. in d. l. more nu. 60. D. de iuriſdict.

d Iaſ. ibi ſupra. nu. 56. Oroſcius. n. 31.

Quod Paulus iure conſultus de dato iudice ait placet ad delegatum rectè accomodari. Solui mandatum iuriſdictionis, ſi is, qui mandauit, aut qui in eadẽ iuriſdictione maius imperium habet, iudicare vetet,

XIX.

e Purpuratus in. d. l. more. n. 1. o

reuocata iurisdictione, quē vel ipse exsequatur, vel alij mandet. *E quiere oyr el pleyto, o encomendarlo a otro.* Paulum ita explicuit Alphonsina. l. xxj. tit. iv. p. iij. explosa Guillielmi & Pauli Castrensis sententia, qui opinantur, mandatam semel iurisdictionem, à iudice reuocari non posse, vt alteri eam mandet. Id quod Græгorio Lopio post eam legem immeritò probatur. Addit Paulus, iudicium solui, si ipse iudex eiusdē
XX. aut maioris imperij esse cœperit, cuius erat, qui iudicare iussit. l. iudiciū soluitur. D. de iudic. hoc etiā lex illa Alphōsina ad eū trāstulit, cui mādata iurisdictio est. C. de delegatione iurisdictione. n. xx. Nō valde è iuris regulis. Quod de iudice dato dicitur, valet etiā in eo, qui par vel maius adeptus est. Posterioris definitionis rationē interpretes ad eā quęstionē trāstulere, an imperator, de Ducatus feudo, quod prius habuit, fidelitatē postea præstare debeat, nā respōsum est, vel feudum omnino amitti, vel sufficiēdū Ducē aliū, cuius opera obsequium præstet posterior responsi pars ducitur ex communi feudorum iure, quo vasallus si obsequium ipsemet præstare nolit, substituere alium suo loco potest. Prior verò ex nostra definitione, quoniam is, qui magistratum obtinet, vt quid contra dignitatem faciat, compelli à minori vel pari iudice non possit. l. iij. l. iv. D. de recep. qui arbitri. Præsertim si de imperatore contentio sit, qui ipse caput orbis est, & summum obtinet dignitatis gradū. Nec decet perturbari dignitatis gradus. l. potioris C. de offi. rector. prouinciæ. l. 1. C. de offic. pręfec. vrb. municeps quidē si ad senatum adlectus sit, municipij muneribus soluitur. l. municeps. D. ad municipal. Alijs tamen contraria sententia probatur, quasi ius hoc rebus ipsis cohęreat

Ardizo in artic. feud. §. 28.

Lib. 2. feudo. tit. 8. §. vlt. & titu. 26. & titu. 34. §. 3.

reat qualitas vero,& conditio prædij propter mutatam possessoris conditionem non mutatur. l. iv. §. is verò. D. de censib. l. cum vnus. §. vlt. D. de rebus auctorit. iud posid. Aiũt nihil prohibere, si non eodem conditio spectetur. Vna vasalli, quæ priuati iuris sit, altera summi magistratus, exqua summam habeat potestatem vel in ipsum patrem filius. l. ille aquo. D. ad S. C. Trebell. Duas personas vni homini passim ius imponit. l. iij. D. de adoptionibus. Ita Quin. Fabius Maximus de via decedere,& ex equo descendere à filio consule iussus est. Et nostra ferè ætatè Regem Angliæ possessionum nomine quas in Galliæ finibus habebat, hominium & fidelitatem Regi Galliæ concepto sœpè sacramento pollicitum esse legimus. Et rursus ipsius Gallici Regis filius princeps, tanquam vasallus Imperij delphinatum iure feudi tenet, quod in inferioris Dignitatis viris non semel vsus recepit. Sed reuertamur ad delegatæ iurisdictionis præcepta. Age illud iuris est explorati,& omnibus conuenit, si is decesserit, cui mandata iurisdictio est, mandatum solui. Quinimo si pluribus mandata iurisdictio sit, mãdatum omnino soluitur, si ex eis quispiam decesserit. c. vno delegatorum de offic. iudi. delegat. atque adeo verum hoc est, quamuis is, qui decessit iurisdictioné ex Pontificum decretis alteri mandauerit, modo res integra sit. c. licet, de offic. iud deleg. Idẽ statuunt de eo, qui iurisdictione non mandata abesse cæpit. Quid verò si sacris interdictus sit is, qui iurisdictionem alteri demandauit, re nondum cepta? placet Innocentio, mandatum non solui. Quod verò de morte delegati diximus, intelligendum est, nisi adiecta clausula sit: *Quod si non omnes.* Vel iurisdictio, non tam personæ

Anton. Florent. art. 2. tit. 17.

Theodorus Nihem. lib. histor. 2. c. 25.

XXI.

In. d. c. licet.

quam dignitatis possessori mandata. c. prudentiam. c. quoniam Abbas de offic. deleg.

VMMÆ RERVM.

j. *Prorogatio propriè de tempore ad tempus.*
Doctores in re, loco, personis vsurpant.
Explicatur. l. 1. D. de iudicijs.

ij. *Iurisdictio nõ potest prorogari in priuato, sed in iudice.*

iij. *Arbitri iurisdictio prorogari non potest.*
Iudex non potest fieri arbiter iure ciuili.
Potest iure canonico.

iv. *Ratio Doctorum confutatur explicatis. l. ait prætor. D. de re iudicata. l. notionẽ D. de verbor. significat.*
Arbitri sententia per omnia sententia non est.

v. *Iudicis Delegati iurisdictio prorogari potest de re loco, tempore, ad rem, locum, tempus.*
Explicantur. l. 2. §. si & iudex. l. de qua re. D. de iudic.

vj. *An de personis ad personas dubia quæstio.*
Expenditur. c. P. & . G. De offic. iudic. delegati.
Iurisdictio quæ in habitu est, non potest prorogari ad iurisdictionem in actu.
Vt neq; iurisdictio spiritualis & pœnitẽtiaria.

vij.

vij. *In progatione vterq; litigator cōsētiri debet.*
Iudicis in quo prorogatio fit, consensus non requiritur assensus tacitus certè. 1. detrectet.
viij *Iurisdictio ex vnius litigatoris assensu manans prorogata non dicitur, vt si clericus & reconuentione coram laico respondeat, vel Pō tifex se minori iudici subijciat.*
Iudex non recognoscens superiorem potest iudicare in sua caussa.
ix. *Qui errat nō prorogat iurisdictionem, explicatur. l. si per errorem. D. de iurisdictione.*
Explicatur vulgare dictum nihil esse consensui magis contrarium, quam errorem.
x. *Explicatur. l. si per errorem. D. de iurisdict. ex Originali præter communem, & aliorum sententiam.*
S.C. de alienandis prædijs minorum.
Speties. l. magis puto. §. illud. D. de rebus or. explicatur.
xj. *Duo requisita vt præses aditus pro præt. ius reddat.*
xij. *An emendari lex illa debeat.*
xiij. *Quis dicatur errare in iudice.*
xiv. *Quando error non noceat.*
xv. *An pactum de adeundo iudice alieno mutari possit.*
Ex stipulationibus facti iure ciuili petitur

aut

aut factũ, aut interesse iure verò canonico factum præcisè.

Alij aliter, quid si conuentio iurata.

xvj. *Qui promissit subiturum se iudicium iudicis alieni, ante aditum iudicem, mutat voluntatem, dummodo soluat interesse, de pacto nudo iure canonico & Regio.*

xvij. *Franc. Duareni ratio pessima in explicanda l. si quis in conscribendo. C. de pactis.*

xix. *Explicatur eadem lex ex Cuiacio & Donello.*

xx. *Explicatur. c. 1. de iudicijs.*

Episcoporum nomine synodus intelligitur.

Synodus inter episcopũ & sacerdotẽ iudicat.

xxj. *Synodus, aut Metropolitanus, explicatur promissio De Quoduuldei.*

xxij. *Consensus in Synodo tollit ius appellandi.*

Explicatur. c. sane. ij. q. vj. noue & præter omnium sententiam.

Caussas clericorum vnus episcopus nõ definit.

Error Doctorum in intelligẽtia illius canonis.

xxiij. *Synodus Prouincialis quid possit sine Põtifice.*

Synodus potest recusari tanquam suspecta.

xxiv. *In incorporalibus vsus pro tradditione.*

Refellitur hæc sententia.

xxv. *Illa sententia non iuuari quæstionem.*

xxvj. *Communis defensa ex alio capite.*

xxvij. *In prorogatione iudicis relicti & proprij consẽsus de iure ciuili nõ requiritur.*

De

De iure canonico in prorogatione requiritur consensus iudicis proprij. Et ratio huius sententiæ.

Clericus non potest consentiri in iudice laico etiam volente proprio episcopo.

An idem ius sit in Scholasticis.

xxviij. *Vasallo sine consensu Domini non licet consentiri in alieno iudice.*

xxix. *Prorogatio debet fieri intra eandem speciem, atque formam iurisdictionis.*

Prorogatio de caussa Hidalguiæ in iudice alieno frustra fit.

Delegatus in caussa beneficiali rectè cognoscet de alia beneficiali ex prorogatione.

Male allegari. l. solemus. §. Latrunculator. D. de iudicijs, & l. testamenta omnia. C. de testamentis.

xxx. *In criminalibus esse locum prorogationi si crimina pecuniariter & ciuiliter intententur.*

De prorogatione iurisdictionis.

HIc locus valde pertinet ad tractationem rerum quotidianarum, ab Vlpiano, & veteribus iure consultis non omnino prætermissus est: hodie tamen ex Pontificijs constitutionibus atque moribus totus ferè aptus est. Prorogationem Vlpianus in eo iudice vsurpat, cuius potestati, cum ad I.
tempus

tempus ille datus esset, tempus tamen ex litigatorum consensione prorogatur. l. 1. §. fi. & iudex. D. de iudic. consimili ratione verbi pafsim occurrunt, prouinciam, imperium, potestatem, fortunam, spem prorogari. Nostri tamen interpretes latius prorogationis verbo vtuntur, cum potestas iudicis, quæ tempore, loco, re, personis certis erat circumscripta, extra temporis, loci, rei, personarum præfinitos fines de litigatorum consensu producitur. Neque pefsimè nos ea notione vtemur. Itaque si litigatores de iudice nó suo consentiant, hoc est, se subijciant eius iudicis potestati, cuius inter eos iurisdictio non erat, prorogare iurisdictionem dicuntur. Iudicis, inquam, qui tribunali præsit, aut aliam iurisdictionem habeat, hoc est, siue maior magistratus sit, siue minor. Ita Vlpian verba explicanda sunt. l. 1. D. de iudic. Aliter Accursius, sed ignoratione Romani iuris. Ostendi maiores

II. magistratus ex tribunali ius dicere, minores ex subselijs. Huius igitur argumenti sit primum summúque præceptũ, iurisdictionem in eo iudice rectè prorogari, qui iudex est, hoc est, qui iurisdictionem inter certas personas habet: Qui verò nullá habet, neque eius potestatem prorogari, conuenit Põtificijs atque Cæsareis omnibus. l. j. &. ij. D. de iudic. l. 1. C. de iurisdictione capite. 1. ca. significasti de foro compet. & nostris etiam moribus. Alphonsina. l. xxxij. tit. ij. p. iij. Quo fit, vt, si arbitro se litigatores subijciant, nihil agant. Arbitri iurisdictio prorogari non potest.

III. a Nisi eo nomine, vt in re alia, aliosue inter litigatores arbiter, b disceptatorque sit. Quinimo cautũ est legis Iuliæ tertio capite, si Brissonio c credimus, vt qui iudex est, arbitri disceptatorisque partes ne suscipiat

a DD. in c. P. & G. de offic. deleg. & l. sed si in seruum. §. si quis iudex. D. de rescept. arbitris.

b Capra. 1. tomo cõmunium. verb. prorogatio

c Brissoni selectarum. 4. c. 7.

suscipiat.l. set etsi in seruum.§.siquis iudex.D.de recept. arbitris id quod Pontificijs canonibus receptũ non est,quibus hoc permittitur,vt qui iudex est,arbiter litigatorum compromisso eligi posit. c. ex parte c.cum tempore,de arbitris. Ad rem tamen. Arbitri iurisdictionem ideo prorogari negant, quia notionem tantum non iurisdictionem habet.l. ait prætor. D.de re iudicata.l.notionem.D.de verb.signif.male. Vterque quidem locus Vlpiani est,qui tamen non loquitur de eo arbitro qui rei disceptandæ caussa ex litigatorum consensu,atque compromisso eligitur, sed de Pedaneis iudicibus,quos prętor dare solitus fuit in iudicijs bonæ fidei, qui arbitri quoque appellati sunt. Vt alio loco à nobis explicatum est. Eos iudices rectè dicimus notionem habere,non iurisdictionem. Arbitri verò neque notionem,neque iurisdictionem habent,neque adeo iudices sunt: neque illorum pronũciatio per omnia sententia est.l. quid ergo. §.ex compromisso .D. de his qui not. infamia, quid enim habent iuris, quod à priuatis non acceperint: aut quo pacto,qui nulli alias iudicio præsunt priuatorum cõsensu & prorogatione iudices fiant.l.priuatorum. C. de iurisd. O.iud.quo ex capite facilè huius rei caussa ducitur. Difficilior tractatus est de eo cui mãdata,iurisdictio est iurisdictionem. Illi rectè prorogari Accursius *a* atque alij opinantur,negant Bartolus,Imola,Curtius atque ex Põtificijs Panormitanus,& Felinus. Ferè itum est in illorum sententiam, qui præcipiunt delegati iudicis potestatem produci prorogarique rectè de re ad rem,de tempore ad tempus,de loco ad lodum,ad personas verò alias non prorogari. *b* Illud demonstrant ex.c.cum olim. 1.c. de causis, de

IV. (margin, beside "ter litigatorum compromisso...")

V. (margin, beside "dicijs bonæ fidei...")

a Gl.2. in l.1.D.de iudic. gl.vlt. in.l.1.C.de iurisdic.omnes. iudic. DD.in.c.P. & G.de of. iudic.delegat.

b Bar.Curtius Imola, Cagnolus in.l.1 D. de iudic. Panorm.n.12. Felin. n. 5. in.d.c.P.& G.de of.& potest.iu.de leg.

Tt offic.

offic. & potest. iudic. delegati. c. statutũ. §. in nullo de rescriptis lib. vj. rectè, nam Vlpiani, & Iuliani loca, quæ passim proferuntur. l. ij. §. si & iudex. l. de qua re D. de iudicijs, ad datum iudicem pertinent. De personis autem quod negant vtuntur. c. P. & G. de offi. iu. del. Verum & ad personas alias iudicis delegati iurisdictionem produi posse quorundam, a sententia est: quasi huius discriminis caussa afferri nulla commode queat. Addunt de re ad personam Vlpianum, de persona ad tempus Paulum aliquando ratiocinari. l. qui furere. D. de statu homin. l. qui plures xxxviij. D. de vulgari. Sed illud in caussa atque hypothesi lõgè alia, neque temerè ad speciem hanc, cui cum illa nulla cognatio, aut similitudo est, accommodari par est. Postremò Gregorij XI. constitutionem, quæ aduersari immò primis huic sententiæ videbatur, ita expediunt. Abbatis. S. Geuouæfæ iurisdictionem ex consensu litigatorum ad laici caussam prorogari non potuisse, quia ille, cum laicus esset, id est, popularis, iurisdictione Abbatis non continebatur, dissimilis diuersique fori. prorogationis verò regula intra eandem iurisdictionis speciem concluditur. hac sententia illud Gregorij efferri. *Quia indictum Ioannem nullam iurisdictionem habebas*. Et ex ea accipi atq; coangustari oportere, quod generatim postea dicitur, *cum huiusmodi delegata iurisdictio ad alias personas nequeat prorogari*, verbum, *Huiusmodi* explicant Ecclesiastica, quæquè profanos homines non complectitur. Quod verò quidam obijciunt, Ecclesiasticos iudices suo iure & potestatis vi habere etiam in laicos iurisdictionem, ex. c. nouit. de iudic. c. licet ex suscepto, de for. compet. Tametsi eam non passim, sed ex causa exsequi illi possint, aiunt verè hoc

VI.

a *Mantua ex Alex. & Felin. in d. c. P. & G. de of. & potest. iud. deleg.*

hoc dici, negant tamen prorogari vllam iurisdictionem posse, cuius exercitio iudici passim & libera permissa non sit. Id quod ad iurisdictionem eam, quæ in spiritali atque sanctiore animorum iudicio versatur, scholia producunt. *b* Et verum *c* est. Sic illorũ præceptiones sunt, non tamen ita expeditæ, & sine controuersia, vt temere eis assentiendum sit. Sed persequamur reliqua. *d* Inter consentientes etiam is, cuius de ea re iurisdictio non est, ius reddere potest: consentientum nomine vtriusque litigatoris consensus necessariò significatur. Neque suffici, alter tantum cõsentiat, sic omnibus placet. Sed quæsitum est, an eius iudicis, cuius iurisdictio prorogatur, consensus necessarius sit. Vlpianus planè negat ex lege Iulia iudiciorum ducto argumento. l. ij. §. connenire. D. de iudicijs quidam tamen ex eadem. l. ij. §. *e* Sed & iudex, inferuntur iudicis aditi consensum in prorogatione temporis necessarium esse, in alijs non esse. Sed differentiæ caussas, quas afferant, nemini probant, nos eo iure vtimur, prorogationem rectè fieri, etiam si aditus iudex nominatim non consentiat. Assentiri tamen eum litigatoribus consentientibus tacitè, hoc est non repugnare necesse est. Idque *f* obeam caussam vt ipse interpretor, quia inuitus, prorogato tempore ius reddere non cogeretur, dixi vtriusque litigatoris consensum esse necessarium, quia prorogatio ea non est, quæ ex alterius tantum voluntate proficiscitur. Vt in ea specie, cum sacerdos laico homine coram suo iudici conuento, apud eundem mutua petitione reuocatus caussam dicit. Vel apud iudicem delegatum, si vterque litigator clericus sit. c. 1. & ij. de mutuis petitionibus. Idem est si pontifex, vel impera-

a *Contra Alex. Ias atque alios in l si. D. de iurisdic. omn. iud.*

b *Gl. in c. oĩs vtriusque sex⁹ verbo alieno de pœnit. & remis. & in clẽ. 1. verso specialis de priuileg.*

c *Conc. Triden. ses. 14 ca. 5. & 6. ses. 23. c. 15*

d *L. 20. tit. iv. p. 3.*

VII.

e *Bart. Curti. Cagnol. Dec. & alij in. d. l. 2. D. de iudic. & in ca. 1. de iudicis.*

f *Imola. Siculi. Mãtua in cap. P. & G. de offic. iud. deleg.*

tor quempiam apud inferiorem iudicem conueniat. Nam reus etiam inuitus agnoſcet iuriſdictionem ſui iudicis. Quę tamen iuriſdictio, tametſi in ſuperiorem vel parem iudicem, niſi volentem, exerceri nõ poteſt: ſi tamen exerceatur, quia vnius, id eſt, ſuperioris vel paris, qui alterius imperio ſe ſubijcit, voluntate exercetur, idcirco prorogata non dicitur. Fas quidem eſt ei, qui alterius imperio nõ paret, in ſua cauſſa iudicis officio fungi. l. proximè D. de ijs quæ inteſtam. del. l. & hoc Tiber. Cæſar. D. de hered. inſti. Si tamen inferioris imperio ſe vltro ſubijciat, rectè ei & aduerſus eum ius dicitur. l. eſt receptum. D. de iuriſdictione.

IX. Conſentiri itaque vtrumque litigatorem oportet: placet verò, qui errat, qui decipitur, eum non conſentiri. Nam, qui errant, inquit Iulianus, non conſentiũt l. ij. D. de iudicijs, errori enim ineſt ignorantia, quæ ſcientiæ contraria eſt. Si ſcientiæ autem, & ſenſui igitur. Nam ſenſu ideo vtimur, vt ſcientiam conſequamur. Rurſus ſi ſenſui, & conſenſui quoque. Elegãter Pomponius eum conſentire poſſe negat, qui ſentire non poteſt. l. ſi tibi. §. vnius. D. de optione legata, & hoc eſt, quod Vlpianus ait, nihil eſſe tan conſenſui contrarium, quàm errorem, qui imperitiam detegit.

X. l. ſi per errorem. D. de iuriſdictione. Sed conſideremus paucis de illa lege, quæ ſumta eſt ex Vlpiano libro. ij. de omnibus tribunalibus. Quo libro egit de oratione Diui Seueri, & ſenatus conſulto eo, quo vetitum eſt ne minorum prædia alienetur. Indicant ex eodem libro exſcriptæ leges. vj. l. viij. D. de rebus eorum, qui ſub tutela. l. 1. l. ij. D. de verborum ſignificatione. At verò quoniam illo ſenatus conſulto nominatim cauetur, ſi æs alienum minoris ex rebus cete-

ris disolui non possit, vt aditus prætor Vrbanus alienationem prædiorum decreto suo permittat. l. 1. §. & sunt verba. D. de rebus eorum qui sub tutela. In prouincia autem præses, qui prætoris partes sustinet. l. si prædia d. tit. de rebus eorum. Vnde aditi prætoris frequens in eodem titulo mentio. l. magis puto. §. illud. l. si pupillorum. §. 1. Itaque commodè Vlpianus quæstionem *in. d. §. illud*, proposuit, cuius ad difinitionem etiã hic locus pertinet. Si prætor Vrbanus aditus sit pro præside, vt permitteret distrahi prædium prouinciale, & caussa cognita permisserit, an tale decretum valeat? & valere definit. Siquidem Romæ tutela agebatur, & tutores creditoresque prætorem scientes adierunt. Duo itaque exiguntur, primum vt tutela Romæ geratur, nam si in prouincia tutela geritur, prædij prouincialis alienatio sine præsidis decreto nulla est. l. ob æs alienum. l. si prædium rusticum. C. de prædijs & alijs rebus minorum. Exigitur etiam vt tutores, & creditores scientes prętorem adeãt. Nam si per errorem adierint prætorem pro præside, nõ videntur consensisse in prætorem, & decretum a prętore interpositum non valet, Prior pars definita est in d. §. illud altera in hac. l. si per errorem. Vrgent tamé illa verba. *Nec ferendus est qui dicat eos in præsidem consensisse.* Aditus enim non pręses, sed prætor est, vt ipse Vlpianus explicat in initio, *Si aditus alius prætor pro alio sit.* Anne dicendum erit, dictionem illam singlis, uel notis ita fuisse exaratam. P. R. quibus cum prætor significatus esset, falsò tamen liberarij extulere, *Præsidem?* vel agnoscenda lectio erit, quam ex multis Codicibus Gotifredus, atque alij repræsentãt, *nec ferendus est qui dicat eos in præsentem consensisse?* Vt præsens, pro XI. XII.

prætore

prætore, qui Romæ commoratur, ſit, an, eadem potius lectione recepta, Vlpianum non de prætore, & præſide accipiemus, ſed de duobus prætoribus? quaſi vnus pro alio aditus ſit, vt Vrbanus pro Peregrino, aut Auguſtalis potius pro Conſtantiniano, cuius de ea re iuriſdictio eſt. l. vlt. C. de prædijs minorum, præ
XIII. ſentem autem Vlpianus vocat prætorem eũ, qui aditus eſt: vtcumque ſit, errare eum intelligimus, qui vel alium pro alio, hoc eſt Marcum pro Gaio adijt, vel eum, quem de cauſſa ius reddere poſſe falſo credidit,
XIV. nam errore iuris etiam conſenſum litigatorum vitiari receptum eſt. *a* Quod tamen ita verum eſt, ſi ad errorem deliberatio poſtea, atque voluntas non acceſſerit. Qui verè iudex non erat, & tamen credebatur, cauſsã ad ſe pertinere declarauit; ſiquis huic ſentẽtię acquieuit, fruſtra is deinceps erroris cauſſas nectet. Sunt & aliæ ſpecies ſimiles. Sed fac ſine errore aliquo inter vtrumque litigatorem conueniſſe, vt iudex alienus adeatur; conueniſſe pacto vel ſtipulatione: an mutata voluntate ab eo alteruter recedere poſsit, dubitatum eſt. Ita rem explicant. Si aditus iudex, omnino
XV. conuentioni ſtadum eſſe ex Africano. l. ſi conuenerit. D. de iuriſdictione. Aditum iudicem accipiunt, cum lite apud eum conteſtata geri iudicium cæpit. Si verò aditus iudex non ſit, etiam paſciſcentes conuentione aſtringi, cum vel renuntiarent beneficio mutandæ voluntatis, quod eis competebat ex. d. l. ſi conuenerit: vel iurata conuentio prorogationis ſit. Hoc ita confirmãt. Vbi fieri aliquid ſtipulamur, non facti pręciſſe, ſed facti, aut æſtimationis, quanti res ſit, petitionem eſſe iure Cęſareo. l. ſtipulationes non diuiduntur. D. de verb. oblig. Pontificio verò, facti præſta-

a Gloſ. & DD. in. d. l. ſi per errorem. D. de iuriſdictio. Marantia. 6. p. d. 4. n. 17. Iaſ. in. d. l. ſi per errorem. D. de iuriſdict.

prestationem præcissè exigi. a c.1.c. qualiter de pactis. Itaque si conuentioni ius iurandum adiungatur, eam ex Pontifijs non ex Cæsareis decretis æstimari: Ita Segouiensis Episcopus disputat. Cuius sententia eo magis confirmatur; quod & iure Cæsareo multis placet etiam præcissè in hoc agi licere, vt promissor faciat. b Vnde labare videtur, quod postea adijciunt, si pacto incontinenti apposito, vel stipulatione prorogatio facta sit, iudice non adito, mutare voluntatem cuilibet litigatorum licere. Hactenus tamẽ vt alienum iudicem adire non cogatur, sed præstare id cogatur, quod alterius interfuit, iudicem eum esse aditum: quo nomine is non tenebitur, qui nuda conuentione promisit non tenebitur inquam ex Pandectarum iure; nam Pontificio, aut Hispanensi quo nuda pacta stipulationibus exæquata sunt, qui à prorogationis pacto discesserit, semper tenebitur ad id quod interest. Commune hoc interpretum placitum est. Tum, quæ ijs obijciuntur, alij aliter diluunt. Primum de.l. Siquis inconscribendo. C. de pactis, quá pessima ratione Franciscus c Duarenus ita interpretatur, vt pactum prorogatæ iurisdictionis, quod Africanus nullarum esse virium respondit, Iustiniani constitutione ea, quæ post primam Codicis editionem facta est, confirmatum sit: quasi vna atque eadem hypothesis in vtroque capite tractetur. Rectius, Cuiacius, atque Donellus conuentiones illas separant, cũ inter litigantes conuenit, vt alienus iudex adeatur, vel, cum conuenit, vt litigatorum alter ad suum iudicem non reuocet. Nam in prima conuentione verè prorogatio alienæ iurisdictionis inest, in secunda nõ inest: In prima, qui pascicitur, tacitè quidem pollicetur

a *Couar. in c. quamuis pactum. p. 1 §. 4. n. 6. & 7.*

b *Cuiac. & Alij. in. d. l. stipulationes non diuidũtur, de uerb. oblig.*

XVII.

XVIII.

c *Ad tit. De iurisdict. c. vlt. in. Pandectis.*

XIX.

tur

tur, ſe ad iudicem ſuum non reuocaturum. Tamen non hoc ſolum, ſed illud amplius, & quidem potiſsimũ, ſe alterius iuriſdictionem ſubiturum. Quod certè non facit miles, aut ſacerdos, qui pollicetur tãtum ſe ad iudices militares, aut Eccleſiaſticos rem non reuocaturum. Nam vt ijs iudicibus non vtatur, quibus ex priuilegio poterat, tamen relinquuntur illi, quorum eſſet iuriſdictio, ſi donatus priuilegio non eſſet. Itaque prima conuentio apud Africanum præſcriptionem fori cum alienæ iuriſdictionis prorogatione continet, ſecunda, quę à Iuſtiniano definitur, ſolam fori proprij pręſcriptionem. Quo fit vt ſi actor ad iudicem eum, de quo conuenit, velit aduerſarium pertrahere, actione ei in prima conuentione ſit opus, in ſecunda verò miles, ſi conuẽtus vtatur præſcriptione fori, pacti renuntiationiſque exceptione repellitur, hæc ex pacto naſcitur, illa apud Romanos non

XX. item. Nec diſsimili ratione in. c. 1. de iudicijs Quoduultdei promiſsionem explicandam eſſe reor, qui ab aduerſario interrogatus an cum eo vellet apud Epiſcopos experiri? primo id promiſsit. Deinde altera die reſpondit, hoc ſibi non placerè. Epiſcoporum nomine Synodum Maguntienſem, vel Mileuitanam interpretor, cum ex Ariſteni, Zonaræ & Balſamonis ſententia, quia ita canonem illum accipiunt; tum quia nihil frequentius in concilijs occurrat, quam concilium ipſum his verbis ſignificari, Synodum, Epiſcopos. SS. Epiſcopos. Deinde in Quoduultdeum Epiſcopum cum ſacerdote contendentem, Synodum Mileuitanam ius dicere ſuo iure potuiſſe conſtituo, id quod priſcis canonibus ſatis teſtatum eſt, Antiocheni, Sardicenſis, Chalcedonenſis concilij. Refert Gratianus

tianus cap. propter Ecclesiasticas dist. xviij. c. siquis Episcopus. ij. q. vj. c. si clericus aduersus clericum. §. & si clericus aduersus. xj. q. 1. Vt planè ex his appareat, cum Quoduultdeus apud episcopos se experturum promisit, non alieno iudici, sed suo se subiecisse. Itaque sub illius promissione nullam prorogationem contineri. At vrgent, quid opus promissione Quoduuldei fuit, vt ipse apud suum iudicem pertraheretur? aut ea promissio cui tandem bono? quid efficit? An dicendum erit Episcopo cum suo sacerdote concertanti, non solum Synodum sed & metropolitanũ de episcopi optione ius reddere posse? Ita Theodorus Balsamon opinatus est ad Concilium Chalcedonense canone. ix. & eiusdem concilij canon. xvij. hoc non obscurè explicat: planè verò atque dilucidè concilij Carthaginensis. iij. canon septimus. Atqui in appellationibus exercendis solemne id fuisse ex concilio Mileuitano canone. xxij. cognoscimus, quasi optandi Metropolitani, aut Primatis potestas omnis ex ea conuentione, Quoduultdeo præcissa sit. An, synodo ad iudicandi munus de litigatorum consensione lecta, omnem prouocandi facultatem ex Mileuitano & Carthaginense. iij. concilio ademtam interpretabimur. c. à iudicibus. c. sanè. ij. q. vj? placet enim eius canonis verba, quæ mendosè, & deprauata sententia Gratianus refert, ita legi, *sanè si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam à pauciori numero, quam constitutum est, non liceat prouocare*, quod verò Cano ait, *pauciori numero* sic explic. Clericorum caussas vnus Episcopus definire potest, verum si clericus præsbyter, aut diaconus sit, non vnus, & solus Episcopus, sed in caussa præsbyteri sex, in causa Diaconi, tribus

XXI.

XXII.

 collegis

collegis adhibitis opus est ex eodem Carthaginense concilio.iij.canone.viij.apud Gratianum.c.si autem præsbyteri. xv. q. vij. Attamen si in caussa diaconi, vel præsbyteri collegæ pauciores eo numero, sed de consensu litigatorum lecti fuerint, prouocari non licet. Quare non intellecta Bernardus, Gratianus, & reliqui Pontificij canonem eum in delegatos, in arbitros, atque adeo in alienissimos sensus variè contorquent.

XXIII. Sed age prouocandi, an reijciendorum iudiciũ potestatem ea potius promissione Quoduuldeo adẽ tam putabimus? hoc posterius nostris interpretibus probatur: in eo tamen resistunt, & quasi se identidem reuocant, quod synodi iudicium reijci, & recusari non possit, atque ideo illa concilij verba, *an cum eo velet apud Episcopos* non de synodo, sed de lectis quibusdam atque certis Episcopis intelligunt. Sed cur in eã opinionem adducti sint, non video: cum synodus ea non OEcumenica, & vniuersalis sit, sed certæ cuiusdam, & singularis prouintiæ, cui definire caussas Ecclesiæ, vel damnare Episcopos inconsulto R. Pontifice non licet. c. discutere. c. quamuis. c. multum. iij. q. vj. si quid definierit, si quem damnauerit, rectè. R. Põtifex appellatur, eiusque decretis vel comprobantur, vel rescinduntur concilij prouincialis decreta. C. siquis Episcopus. ij. q. vj. & plures canones. iij. q. vj. atque adeo quod his consectarium erat, concilij prouincialis iudicium ex iusta suspicionis caussa posse detretari, vel Ioannis os aureum exemplo declaratũ est. c. quod suspecti. iij. q. v. Sed longius, quàm putaram orationem nostram res ipsa prouexit. Redeamus

XXIV. ad placita interpretũ. Illud doctos malè habet ex stipulatione, aut pacto incontinenti apposito prorogatio-

tionem non ita confirmari, vt necessaria sit, caussam afferunt, quia in ijs, quæ corporis expertia sunt, vsus instar traditionis obtineat. l. iij. §. dare. D. de vsu fruct. Itaque antea, quàm iudex vti cæperit iurisdictione, quasi tradita iurisdictio non videtur. Vt resiliri à cõuentione integrum litigatoribus sit. Vereor tamen id ne omnibus probetur, articulus duas quæstiones continet. Iurisdictio ante negocium cæptum an constituta sit? Neque video ad eam rem cur vsu, aut traditione sit opus. Siquidem ex lege iurisdictio cõpetat, etiam defendas iudicem, antequam vti cæperit, vti non posse. Igitur nunquam poterit, quia incepturo non cæpissæ nocebit. Quęstio altera, cur stipulatione litigatores adeundi iudicis necessitate non astingantur, multò minus ea ratione explicatur. Nisi dicas stipulatorem, quoties non dedit aut non fecit, aut certè nõ cæpit facere, aut dare, si hoc pro traditione est, nunquam ad dandum vel faciendum teneri. Id quod nemini probatur præsertim cum in eam sententiam non pauci discedãt, eum, qui promisit facere, si factum posit pręstari, præcisè ad faciendum conueniri posse: quæ certe si ita sunt, non temere in explicatione Africani reijcienda fuit diferentia stipulationis, & nudi pacti ex veteri Romanorum iure. Atque si reijcienda cui videtur, cõmunis sententiæ ratio inde petenda fuit, quia in obligationibus faciendi, nemo facerè pręcisse cogendus sit, sed facerè, aut id quod interest præstare ex. l. siquis ab alio. D. de re iudic. & l. stipulationes non diuiduntur D. de verb. obligat. sententiam hanc. F. Duarenus tenuit, sed alias hoc subtilius, nunc admonuisse sat est hoc frequenti interpretum sententia ita constitui,

Ex Aretino in. c. s. de iudicijs plures. DD.

XXV.

DD. & Cuiac. in. l. stipulationes non diuenduntur. D. de verb. obligati.

Couarr. in c. quãuis pactum. 1. p. §. 4. nu. 7. de pac. libr. 6. Bar. Angel. Orosc. in. l. si per errorẽ D. de iurisdict. o iud.

 eo ita-

XXVII. eo itaque rē nostra disputatio ad duxit, vt si ab vtroque litigatore aditus iudex sit, eius iurisdictio prorogata censeatur. Sed age verum hoc erit, & si iudex proprius, cuius iurisdictio deseritur, huic rei non cō sentiat? placet inconsulto & inuito iudicè proprio, alteri se litigatores posse subijcere, priuatorum consensum, non iudicis lex Iulia iudiciorum postulat: Idem imperatoriæ cōstitutiones. l. 1. & ij. D. de iudic. l. 1. C. de iurisdict. & for. comp. congruunt nostri mores. l. xx. ti. ij. p. iij. in eaque re Pontificij iuris cū Cæsareo nota discrepantia est. Apud Pontificios iurisdictio ea, quæ in singulos parætiarum episcopos fluxit, non infinita & interminata est, sed suis cuique finibus atque oris ita definita & conclusa, vt in alienas irruere dioeceses nemini ius sit. Itaque non solum de laicis & profanis iudicibus consentiri sacerdotibus interdictum est; quod etiam proprijs Episcopis volentibus multis alijs ex iuris pontificialis partibus non licet. c. inolita. c. placuit. xj. q. 1. c. si diligenti, de foro competen. Sed neque de Ecclesiasticis quidem nisi de sententia, atque consilio sui episcopi. Laudatur decretalis epistola Gregorij. IX. cap. significasti de foro competent. quæ satis consentanea est canonibus Antiochenæ, Nanetensis, & Constantinopolitanæ synodi. 1. atque alijs quæ Gratianus collegit. ix. q. ij. atque adeo si episcopo inconsulto clerici hoc fecerint, placitū est, puniri eos posse. Hoc etiá à quibusdá producitur ad Scholasticos, qui sine consensu sui Magistra-

XXVIII tus in alienum iudicem consensere: moribus tamen non facilè accommodatur. Illud verò receptum & institutum est, vassallo sine Domini consensu consentiri in alium iudicem nō licere, ne hæc prorogatio do-

mino

mino iniuriam inferat, cuius in patrimonio iurisdictio est. Omnino autem in prorogatione cauendum esse præcipiunt, vt intra eandem speciem atque formam fiat. Aiunt esse eandem formam atque speciem iurisdictionis, vt si de ciuili pecuniariaque re iudex proprius cognoscere poterat, is iudex adeatur qui iudicare de re pecuniaria posſit. Aut rursus si de crimine contentio sit, ad eum iudicem deferatur, qui animaduersionem habeat. Perperam enim litigatoris de crimine in P. R. Vrbanum, de pecuniaria re in latrunculatorem consentient. Quid enim vt hoc interim de moribus noſtris accipiã, quid intereſt, si litigatores de cauſſa nobilitatis in alterius ciuitatis rectorem consentiant, cum proprio & suo interdicta sit. Cauſſæ, quoque, ad quam prorogatio fit, non diſparẽ esse naturam necesse est. Fac iudicem delegatum de cauſſa beneficiaria cognoscere, eius generis cauſſa alia rectè ex consensu litigatorum apud eum disceptabitur, non tament lis ea, quæ de dignitate ecclesiaſtica mota est. Denique vt ad summã oratio referatur vt rectè fiat prorogatio, aiunt litigatores ei se iudici subijcere oportere, qui inter eos, qui eius imperio parent, eius generis & iurisdictionem exerceat, & cauſſas rectè diiudicet, vtuntur. l. solemus. ij. §. Latrunculator. D. de iudicijs. l. teſtamenta omnia. C. de teſtament. quibus tamen locis nullum de prorogatione verbum. Dixi in animaduersione criminum prorogationem fieri, cui tamen prorogationi, ita demum locus est, si crimina pecuniariter, neque ad publicã vindicationem intendantur.

XXIX.

Bald. nu. 2. Ias. n. 3. in l. teſtamẽta omnia. C. de teſt. Curt. iunior in l. si per errorẽ. n. 8. D. de iurisdic. om. iud. Alberic. in d. c. P. & G. de of. deleg. Iul. Clarus li. 1. receptarum sent. § fi. q. 42.

Gl. fi. in. l. 1 D. de iudic.

Capra in. f. tom. cõmu. opinion. verbo prorogatio. I. Clarus in praxi. q. 41.

SVMMAE

SVMMÆ SENTENTIARVM.

j. *Subdelegare sublegare, relegare, remandare submandare eadem notione.*

ij. *Delegatus non potest subdelegare iure Digestorum.*

iij. *Iure canonico, & ciuili Hispanorum Delegatus principis subdelegat. Non idem in subdelegato.*

Principis nomine quis veniat.

iv. *Non subdelegat si hoc ei expressè interdicatur.*

Vel tacitè vt in illa clausula. Super quo cõscientiam tuam oneramus.

v. *Non in illis.* Auctoritate nostra cognoscat & iubemus, &c. *Contra Baldum & Iasonẽ.*

Delegatus Principis potest cogere superiorẽ, vt acceptet subdelegationem.

Explicatur. l. Sæpè audiri. D. de officio Præsidis.

vj. *Delegatus Principis subdelegat, etiam si non vni, sed cum alijs ei iurisdictio competat, & sine subdelegato nihil reliqui agunt nisi esset clausula.* Quod si non omnes.

Delegatus Principis appellatur etiam auditor articuli tantum.

vij. *Conseruatores non possunt subdelegare nisi in*

in articulo certo.

viij. *Possunt subdelegare ij, quibus ab ordinario mandata est vniuersitas caussarum, vel vna caussa cum clausula.* Vt subdelegare possit.

ix. *Quis possit esse subdelegatus? dignitate praeditum, aut canonicum esse oportet.*

Explicatur. c. statutum. De rescript. lib. vj.

Tempore emissi rescripti quem esse praeditum dignitate satis est tametsi postea eam non habeat, & quando non sit opus.

x. *Delegatus principis potest subdelegare pluribus simul.*

Etiam Archiepiscopis, & alijs superioribus.

xj. *Leges de aetate iudicum habent locum in subdelegatis.*

xij. *Quae caussae delegari possint.*

Merum imperium iure canonico an delegari possit.

Explicantur. c. Archiepiscopatum. De raptoribus. c. vltimo ne clerici vel monachi lib. vj. c. licet de officio vicar c. cum. episcopus de offic. ordin. lib. vj.

xiij. *Falso sumi, iure canonico mãdari, quae nominatim à lege lata sunt. Explicatio. c. Aqua. de cõsecratione. c. suffraganeis. De electione.*

xiv: *Defendитur, merum imperium, idest, criminũ caussas hodie rectè mandari.*

xv.

xv. *Quæ à lege, vel à Principe cui nominatim dãtur, ea non subdelegari.*

xvj. *Delegatus Papæ potest subdelegare ministerium. Sed minister factus à PP. non potest sub legare ministerium.*

xvij. *Regalia si cui iure magistratus competant, delegari possunt.*

Explicatur. c. fi. de offic ordinarij.

xviij. *Delegatus omnia ministeria, & articulos delegat.*

xix. *Legistarum error opinantium Delegatos non posse delegare eam excepta sententia confutatur.*

Explicatur accuratè Authen. Adhæc. C. de iudicijs.

Refelluntur plures Doctorum errores, quorũ aliqui lege Partitæ comprobantur.

Auditores, cognitores qui iure Pontificio.

xx. Delegatus PP. *habet exsecutionem, & potest eam mandare, sed non cogitur.*

xxj. *Iudicum quorumcunque* Delegatos *habere ius exsecutionis. Ciuile ius cõsentire cum canonico cõtra Doctores, explicãtur multæ leges.*

xxij. *Alij errrores confutantur.*

Explicantur verè. c. 1. c. . siquis contra, de foro compet. atque alij canones præter omnium sententiam.

xxiij.

xxiij. *In omni ſubdelegatione eſt neceſſaria cauſſa ſubdelegati neque præſumitur niſi exprimatur.*

Cauſſa inuito vtroq; litigatore ſubdelegatur.

xxiv. *Delegatus appellatione remota non poteſt ſubdelegare eadem remot. appellatione.*

Explicatur elegans caſus in. c. ſuper quæſtionum. §. ſi verò. De offic delegati.

xxv. *Delegatus appellatione remota quando ſubdeleget eadem lege.*

Delegatus ſubdelegata & acceptata iuriſdictione eam amittit omnino. quando dicatur acceptata.

xxvj. *Niſi adiecta clauſa ſit.* Donec velit. Donec reuocet.

Vel niſi in totum non mandet iuriſdictionem.

xxvij. *Subdelegata iuriſdictione transfertur ius multandi.*

Alguacellos creare incarcerari Principis delegato competit. Quid in alijs.

xxviij. *An executores habeāt cognitionem cauſſæ?*

Exceptio expenſarum, compenſationis. S. C. Macedoniani impedit exſecutionē ſententiæ.

xxix. *A ſubdelegato quando Pontifex, quando Delegatus appelletur.*

Ab eo cui delegatur ſub illa conditione velit donec reuocet, non Pontifex appellatur.

xxx. *A subdelegato in parte non Delegatus sed Pōtifex appellatur,* in quatuor casibus.

Explicantur casus seu species facti in. c. si duo c. si delegatus. c. si is cui. c. si à subdelegato, de officio deleg. lib. vj.

xxxj. *Dominus primæ instantiæ, aut episcopus si delegет vnam caussam, non ipse appellatur, sed Rex aut Pontifex.*

xxxij. *Cui delegatur vna caussa, is delegatus est ex toto, non partiarius communis error refellitur.*

Vicarius foraneus non habet iurisdictionem.

Male ducitur argumentum à delegato Principis.

xxxiij. *Vnde sit nata falsa distinctio eius, cui cōmittur vna caussa vel vniuersitas caussarum, plures errores inde.*

xxxiv. *Error Panormitani. l. cum speciali. c. de iudicijs.*

xxxv. *Explicatur. c. Placuit vt. ij. q. vj. aliter aquē solet.*

Si dicus litiget cum episcopo, cōcilium iudicat.

xxxvj. Episcopus etiam de crimine respondere apud synodum debet.

Explicantur. c. Redintegranda. 2. iij. q. 1. c. sæpe. c. cum ad sedem de restitutione spoliatorum accuratè, & præter omnium sententiam.

xxxvij.

De iurisdictionis mandato altero quæ subdelegatio dicitur.

I. DIsputatum est de iure prorogandæ iurisdictionis, è re nata, & quia ita incidit, cũ ageremus de mandanda iurisdictione. Ad quem tractatum etiam illa disputatio pertinuit is, cui mandata iurisdictio est, an possit eam iterum mãdare, interpretes subdelegare dicunt, aptius relegare, vel sub delegare, atque adeo si latinè possemus, remandare. Pontifices in ea re demandandi verbo vtuntur, non semel, neque displicet. Nos vel illo, vel trito, atque vsitato vtemur. Et quoniam huc nostram orationem disputatio deduxit, breuissimè, canonum, è quibus tota ea profecta est, sentẽtias complectemur capita verò tractatus sunt.

II. Principio constituendum est, neminem, qui alieno beneficio, id est, mandatam iurisdictionem habet, mandare iterum eã posse. l. vltima. D. de officio eius. l. more. l. & quia. D. de iurisdictio. Verum omnibus qui ex alterius mandato ius reddunt, dare iudices permissum fuit. l. cũ prætor. §. is quoque. D. de iudicijs. Id quod in Pãdectarum libris perpetuum est. An etiã Codici Iustinianeo alio loco disputaui, apud Pontificios

cios certè nominatim Principum delegatis hoc tributum est vt iurisdictionem alijs demandare queant c. si pro debilitate. c. super quæstionum. c. vltimo de offic. & potest. iudic. deleg. 1. Pontificia decreta apud Hispanos moribus recepta sunt. l. xix. titul. iv. p. iij. Quod tamen non ita accipiẽdum est, vt ij, qui à principum delegatis acceperunt, mandare deinceps quoque possint: etiam si mandato facultas ea permissa sit. Principum nomine eos intelligimus qui nullius parẽt imperio. Nã nostri Comites, Marchiones, Duces in hoc tractatu, vel quia alterius ipse sub imperio, atque ditione sunt, vel quia in ea re à iure communi receditur Principum nomen non rectè occuparent, de Cardinalibus etiam Segouiensis Episcopus idem existimat. Sed hæc sententia facilius iuris regulis, quã moribus defenditur, afferunt eius rei aliam caussam sed ridiculam Bartolus & Iaso, Mainus. Cæterũ quia hęc omnis potestas ex principum voluntate manat, illud iuris est explorati, si princeps in mandati cõceptione prohibeat mandandi facultatem iudici adimi. Prohibet autem, vel planè & verbis disertis, vel etiã tacitè: tacitè hoc fit & per consequentias, vt cum iubet ipsum per se exsequi, cum eius fidem atque religionem mandati necessitate obligat, vt illa solemni clausula. *Super hoc conscientiam tuam oneramus*. Nam in hac specie demandandæ iurisdictionis facultatem esse ademtam Alexander Iaso atque Panormitanus. opinantur. Priores duo abcissè, & generaliter, Panormitanus adhibita distinctione quadam. Denique quoties ex caussæ natura formaue diplomatis iudicis fidẽ atque integritatem esse delectam apparet, mãdare ille suam iurisdictionem non potest. Nego tamen

In. l. à iudice. nu. C. 2. de iudicijs

In practic. lib. 3. c. 10.

Aluericus & Iaso in l. iudice C. de iudicijs.

IV.

eius.

eius rei prohibitionẽ vllá subesse illa clausula. *Aucto*
V. *ritate nostra* hoc est Põtificia vel imperatoria *cognoscat,* vel cum in mandati formula cogẽdi verbis Princeps vtitur, *Vt, iubemus præcipimus* prior species Baldũ decepit, altera Iasonem. pessimè. Cum ex Iuliano Baldus nosset, eum, qui alterius partibus fungitur, tametsi iudex sit, pro suo imperio nunquam agere sed pro eo, cuius mandatu ius dicit. l. etsi prætor. D. de offi. eius. Quod verò Princeps cogendi verbo in mandata iurisdictione vtatur, commoueri Iaso non debuit, atque ex eo ereptam potestatem demandandæ iurisdictionis interpretari. Cum delegatus principis iudici etiam maiori imperio prædito, si iurisdictionem mandat, suscipiendæ cognitionis necessitatem possit imponere. c. pastoralis de offic. & potest. iudic. delegat. Nec inde quidquam tale cogi possit. Neque ex l. sæpe audiui. D. de offic. præsidis Iuliani sententia ad hanc rem pertinet. Cum datio iudicis à mandato iurisdictionis longè differat. & illa rescriptio, eum, *qui præest prouintiæ adire poteris,* quę ad litigatorem refertur cum hac nostra thesi nihil habeat commune. Tamen ad eam legem ita præcepit Accursius cui interpretes omnes assentiri ipse Iaso & Alexander testantur. Iam verò demandandę iurisdictionis facultas etiam ei permittitur, cui non vni, sed cum alijs simul mandata à principe iurisdictio est. Neque quid quam refert, si ceteri per se cognitionem suscipiant. c. quamuis de offic. & potest. iudic. deleg. atque adeo nihil agent, si rem illo non adhibito disceptent. c. quoniam apostolicæ eod. tit. tempera difinitionem, si mandatum cum illa adiectione sit, *Quod si non omnes.* c. cum dilecto de offic. & potest. iud. delegat. Nam delegatus eum, qui

Alex. in. l. more. D. de iurisdi Ias. in. l. a iudicé. c. de iudic. n. 11.

VI.

socij

ſocij vicem ex mandato obtinet, inuitus in iudicium non adhibebit. Quod autem de eo dicitur, cui Princeps iuriſdictionem mandat etiam Clementis conſtitutio ad eos deducit, qui ex mandato Principis vel teſtes recipiunt, vel eum deligunt, cuius vita & probitas Pontifici Romano antea perſpecta eſt. Clemen. 1. hoc titulo.

Quæſitum eſt de iudicibus, qui ceu vindices priuilegiorum illatam vim atque injuriam à commendatis collegijs & ſodalitatibus propulſant, noſtri conſeruatores appellant. Et verò eos, ſi articulum vnum, aut alterum, id eſt, citandi & pronuntiandę ſententię miniſterium excipias, demandare iuriſdictionem Bonifacij conſtitutio interdixit. c. vlt. de offi. deleg. lib. vj. De principum delegatis Pontificiæ conſtitutiones ſic definiunt. Verum tralaticio iure idem Pragmatice ſtatuunt de eo, cui ordinarius iudex vniuerſam iuriſdictionem mandat, vel ſpeciem aut cauſſam certam cum illa adiectione, *Vt mandari alteri poſsit*, Placitum moribus comprobatum eſt, nata hæc ſententia de errore eſt, quem alio loco explicui. Ad hunc locum illa inſpectio, pertinet quibus mandare ſuam iuriſdictionem delegati poſsint. Huius generis totius vna cognitio eſt, qualem eſſe neceſſe eſt iudicem delegatum, talis quoque erit is cui ille ſuam iuriſdictionem mandat. Itaque quia ex Bonifacij conſtitutione nemini niſi dignitate prædito, aut in Eccleſiæ Cathedra; canonico Pontificia iuriſdictio mandari poteſt; non item poterit ea iterum à delegato demãdari, niſi eius generis perſonam gerenti. c. ſtatutũ. §. in nullo de reſcript. lib. vj. c. vlt. de offic. iudic. deleg. lib. vj. etiam ſi litigatores in ea re conſentiant. Attamẽ vt dignitate

VII.

VIII.

IX.

Dominu & Franco in. c. ſtatutum.

præditus

praeditus dicatur, satis est quo tempore emissum rescriptum est, dignitatem habuisse tametsi ea se deinceps vltro abdicarit, vel per sententiam ab ea motus sit, nisi contracto matrimonio rerum spiritualium incapax factus sit. Quod cum delegato definitum a sic ad eum etiam, qui eius loco constitutus est, rectè trahitur. Ad eum in quam, cui demãdata iurisdictio est. b Nam si receptionem testium, vel iudicij articulum aliquem delegatus mandet cuiuis, id etiam sine dignitate mandare potest. Ad iudicem non ad auditorem, aut cognitorem hæc spectant. Ita etiam Bonifacij cõstitutio ad iudicis exsequtores c non pertinet. Non etiã pertinet ad ordinarios d iudices, si quando mandent iurisdictionem suã: quo fit vt neque ad eos pertineat, quibus iudicum ordinariorum delegati potestatem demandant.

a Ex speculatore Dñi cus & Phi. Franc. in d. c. statutum in præ. de re temp.

b Gl. in. c. statutum §. in nullo vers. vices suas probata Dominico & Franco ibi de rescriptione.

c Nota. DD. ibi.

d DD. hic.

X. Addo quia e potest Princeps pluribus vna mandare iurisdictionem, etiam ex delegatis cuiuis hoc licebit, vt plures suo loco atque vice constituat. Nec verò ijs tantũ, qui pari dignitate atque imperio sunt, sed Episcopis atque Archiepiscopis si ita res postulet iurisdictionem Pontificis delegatus mandare poterit, atque etiam vt accipiant, poterit pœnis decretis eos, vt alios omnes cogere, modo ipse iudicandi onus maliciosè non deponat, & in pœnis irrogandis ex eorum dignitate modum teneat. c. sane. c. pastoralis de offic. iuc. deleg. Dixi si ita res postulet, ex Hostiensis Cardinalis sententia, sed pafsim & sine caussa vlla superioribus iudicibus posse Pontificis delegatum mãdare iurisdictionem, Panormitano potius placet, &

XI. receptum est. Ad extremum legis de etate iudicum scriptæ. c. cũ vicesimũ de offic. deleg. & quæcũque aliæ

e Brutius in c. sciente & c. super quæstionum in pro. de offi. deleg. Iaso in laud. nu me. 2. de iudic. C.

In d. c. Pastoralis in fi. de of. deleg.

aliæ ad iudices delegatos vt pertinentes etiam complectentur eos, quibus delegati iurisdictionē mādant. Sequitur vt de quibus rebus, atque causis hoc alterũ mandatum detur inspiciamus. Pontifices caussas excipiunt modo grauiores tantummodo eas, in quibus fides, atque industria iudicis delecta est. c. si pro debili litate. c. vlt. §. is autem hoc titulo enodatius tractari oportet, quæ sint istæ caussę an meri imperi an aliæ, primum merum imperium apud Pontificios mandari atque demandari an posit valde concertatur. In aientem sentētiam crebriore schola ferè itum est: negant tamen alij id vlla ex iuris parte astrui in. c. Archiepiscopatum de raptoribus nihil esse mirum si Siciliæ Regi, quod alijs regibus de sententia interpretum licet, liceat mandare merũ imperium, cum præsertim crimen prope Ecclesiastici fori esset, & extraordinem non vni aut, alteri, sed omnibus episcopis fortè ex caussa mandetur. Nec ad rem attinet, quod in. c. vlt. ne cleri vel Monachi. lib. vj. Episcopi criminum exsequtionem mandant. Nam in hypothesi, hoc est, cum sanguinis pœna infligenda est, non solum hoc possunt ex caussa facere, sed etiam cogũtur, ne vitio, ακανονὰας, obligentur. Quod verò in. c. licet de offic. vicar. & in. c. cum episcopus vlt. de offic. ordin. libro. vj. vicarius ab episcopo etiam in criminibus deiudicandis constituitur. Negant in ea ipsa re vicarium mandata ab Episcopo iurisdictione vti. Aut vt maxime vtatur, hoc accidere ex legis præscripto, adeò vt iurisdictio illorum propria & ordinaria censeatur. Sed verendum vt ne huic præceptioni locus in ijs causis sit, quarum cognitio vicarijs, nisi nominatim mandata eis sit, non competit. Addunt

XII.

Felin. in Rubri. de offi. deleg. Alex. & Iaso in Rubric. D. de of. eius

XIII.

 pręterea

pręterea in illa complexione, rectè merum imperiũ
IV. apud Pontificios mandari, cum ea quoque mandentur quæ à lege specialiter delata sunt, falsò hoc posterius sumi, neque obstare. c. aqua de consecrat. Eccles. vel altaris, quia vel ex caussa hoc Espiscopis impeditis permittitur, qui casus in mandato meri imperij ab omnibus excipitur. Atque inde explicatur. c. suffraganeis de electione vel cum solis Episcopis Episcopique ordinis sacri sunt demandare possunt, negant, si res subtilius æstimetur Episcopos mandatorios aliena & mandata iurisdictione ne fungi? idque verum est, explicui rem alio loco. Itaque sententiam hanc si ad iuris capita exigatur, veriorem esse Menochius & Segouiensis Episcopus arbitrantur; fatentur tamen hoc esse receptius, vt apud Pótificios meri atque misti imperij caussas mandari, atque demandari ius sit, eoque iure vtendum nobis est. Quæ sententia quanquam ex canonibus prolatis non approbetur, iuris tamen decretis, vti reor, consentanea est. Nam in hac nostra politia & seculi moribus, illud inter omnes cóstat, quibus merum imperium competit, hoc eis muneris magistratusque iure competere. Non itaque vt quæstiones olim, vt crimina lata lege nominatim magistratibus deferuntur, sed passim & pertuò omnibus, quibus Magistratus defertur magistratus iure: quæ verò ita competunt, ea iurisdictione mandata transferri satis apud Papinianum explicatum est. l. 1. D. de offic. eius, Ex qua definitione illud efficitur quæ nominatim alicui delata à lege vel Principe sunt, ea demandare non posse. Itaque si quæ ad principem vnũ spectãt, vt creatio Tabellionum, restitutio natalium, gratia vel venia legunt, cui mandata à principe sint, ea de

Ex Imola, Felin. Alciato contra communem Cou. in var. lib. 3 c. 20 n. 4.

XIV.

XV.

Bal. in c. vl ti. de of. deleg. Felin. Anto. Alex. Couar. in libro. 3. variarũ c. 10. n. 4. & 10

ea demandari iterum, neque in vno articulo atque specie possunt. Tametsi enim præter nudum ministerium nihil illa delegatio contineat, attamen, quoniã ex natura rerum personæ fides, atque integritas spectata intelligitur, alterius vicariam operam, atque delegationem aliam prorsus excludit, procedit hæc definitio ad illa, quæ Pontifex edisserit, cui commissum fuerit prædicare crucem, excommunicare, vel absoluere aliquos, dispensare cum irregularibus, vel iniũgere pœnitẽtias, deãmdare nõ posse. c. vlt. §. ceterũ hoc titulo. *Quia* inquit *non iurisdictio, sed ministerium quoddam in his visionibus mandatur*, Cui à Pontifice mandata simpliciter iurisdictio est, etiam hoc ille habet, vt earum rerum ministerium mandare posit. Ita accipienda sunt illa Pontificis verba. *Salua legatorum sedis apostolicæ auctoritate.* Verũ si earũ rerum administer ex Põtificis mãdato quis fiat, prohibetur aliũ suo loco delegare. Temperant Innocentius, & Panormitanus. Si magnarum rerũ ministeria Pontifex mandat, nam in leuioribus caussis rectè etiam administer potestaté suam mandat, vt qui ex mandato testes recipit, vel virum hunc aut illum nominatim, hoc est, cuius probitas Pontifici iam probata est, beneficio Ecclesiastico ex mandato item Pontificis ornat. c. is cui de offi. deleg. lib. vj. Clemen. 1. eodem. titulo non idem esset, si sic concepta rescriptio esset. *Virum eum beneficio Ecclesiastico augeas, quem dignum esse probaueris.* Hæc probatio fidem ipsius delegati postulat. d. c. is qui hoc titulo lib. vj. Illud præterea obseruatum est, si quis sui muneris magistratusque iure, ea posit exsequi, quę ad Principis vnius potestatem & amplitudinem pertinent, recte mandare alteri posse. Quanquam ea digni

XVI.

Couarr. in pract. quæst. n. 6. d. c. 20 in lib. 3. variar.

XVII.

Couarr. vbi sup. n. 10.

tati, aut magistratui priuilegio quodam tributa sint. Simili ratione, si potestas absoluendi, & reliqua eami nisteria, quę Gregoriana constitutio enumerat, communi iure aut præcipuo Magistratui, vel dignitati cuipiam concessa sint, qui eum magistratum aut dignitatem habet, rectè mandat. c. vltimo de offic. ordi. placet enim Episcopis non specialiter, sed iure magistratus cõpetere, vt absoluere clericorum percussores aliquãdo possint. c. mulieres. c. monialibus. c. per

XVIII. uenit. c. quod de his. c. vlt. de sent. excommunicationis. Dixi si à Pontifice mandata cuiuis iurisdictio sit, posse eum absoluẽdi, ius aliaque ministeria mandare. quod verum est, & ad omnes iudicij partes pertinet. Itaque mandare delegatus potest vocationem in ius atque citationem. c. Pastoralis. §. 2. agitationem specialem caussæ, interrogationem testium. c. cum te consulente. Potest denique caussę primam, mediam & extremam partem separatim mandare. cap. super quæstionum in proh. hoc titulo: idque, recepto sibi ferendæ sententiæ iure, nam (quod ait Cælestinus) *antequam ferat sententiam, vniuersa quæ acta sunt in iudicio inuestigare diligenter debet.* Quæ verba extulit Alphonsina. l. xix. tit. iv. p. iij. sed aliam in sententiam, & Celes-

XIX. stini definitio vel eo nomine commẽdanda est, quod errorem legistarum, vt illi solent de Pontificijs, rectè refellitur. Opinantur illi, iudices ordinarios caussarum cognitionem, recepta sententia, posse mandare; delegatos verò etiam Principis non posse de Authentico ad hæc. C. de iudicijs, qui locus tametsi ab Irnerio de Iustiniani nouella. lx. verbis concerptis & interpollatis, expressus sit, tamen si rectè acceptus esset, nunquam interpretes in id opinionis adduxisset.

Nam

Ni Iustinianus in ea nouella nó de iudicibus delegatis agit, sed de consiliarijs atque assessoribus: neque id quærit an ordinarius delegatusue iudex posit mãdare cognitionem caussæ reseruata sibi sententia, sed id potius cum cognitio caussæ delegata non est, an Adsessores & consiliarij absque ipsis magistratibus, aut iudicibus à principe delegatis plenam habeant audiendi, iudicandique caussas facultatem. Itaque falsò primum efficiunt ex ea nouella ordinarium iudicem posse delegare omnem cognitionem caussæ, nã palam Iustinianus præcipit contestationem litis & vltimam cognitionem, quæ Pontificijs conclusio dicitur, coram ipso magistratu esse peragendam. Idque magistratui, & Principis delegato, si magistratum gerat, cõmune est. Id quod Irnerij flagitio suppressum est. Deinde falsò item delegatum Principis non posse delegare cognitionem totius caussæ reseruata sententia, quasi sententia non reseruata id ex Authentico illo ei liceret, Duplici errore: nam primum non de iudice delegato simpliciter Iustinianus loquitur: sed de eo qui priuatus est, & nullum gerit magistratum, idque ad prouinciales magistratus producit. Deinde non solum definire, & proferre sententiam per assesores, & consiliarios, quod prioribus interdixerat, permittit; sed quod illis permisserat, his interdicit potius partem aliquam cognitionis per adsessores expedire. Postremò quod caput errorum est, falsò de mandato iurisdictionis & delegata cognitione caussæ Iustinianum interpretantur. Et tamen hæc interpretũ sententia apud nostros Alphonsina lege sancita est. Consultiùs itaque Cælestinus statuit delegatum Pontificis primam, mediam, extremãue causam reseruata

sententia

ſententiá poſſe mandare, qui autem cognitionem ſic ſuſcipiunt, appellantur Auditores, cognitores, non iudices. d. c. ſuper queſtionum. Sed vt ad propoſitum reuertamur. Pontificis delegatus lata ſententia man-
XX. dare exſecutioné cauſſæ poteſt. c. ſignificaſti. c. Paſto ralis. §. quia verò. c. ex litteris de of. & poteſt. iud. de leg. in quá non cogitur, ná ſi velit ipſe habet exſecutionis ius. c. ſignificaſti. c. in literis hoc tit. c. cum venißent. De eo qui mittitur in poſſeſsionem. Sic apud Pontificios definitum eſt, atque (vt reor) rectè defini tio ea in omnibus defenditur, quibus etiam ab ordi-
XXI. nario iudicè mandata iuriſdictio eſt. Alio loco expo ſui, ius exſequtionis miſti eſſe imperij, atque adeo, quod mãdari iure poſsit. l. iubere, cauere. D. de iuriſdictio. l. ea quę D. ad municipal. quo fit vt valde ab illis diſſentiá, qui opinantur iure ciuili a delegatũ Principis priuilegio quodá habere exſecutionis ius aliorũ iudicũ b delegatos prorſus non habere peſſime autem vtuntur. l. nemo poteſt. D. deregu. iur. l. ſolet. D. de offic. proconſul. l. nequaquam. §. vbi decretum: D. de offic proconſ. Cum priora loca de mero imperio ſint In poſteriori verò decretũ pro delegato, errore, iã ſatis exploſo accipiatur, perperam etiã in eam ſententiam proferunt. l. à Diuuo Pio. D. pe ie iudic. & l. vlti. C. de iudicijs cum lex illa de datis pedaneiſque iudicibus agat. Hæc verò de ijs, qui ab Auguſta fortuna dantur, qui profectò iudices, etſi in Codice Iuſtiniano delegati appellantur, deſsident tamen ab his quibus mandata iuriſdictio eſt, quos nunc appellamus delegatos; res à me ſatis explicata eſt: itaque ciuili iure ius Pontificium congruit, ſi atten tè vtriuſque decreta perpendantur. Peius verò peccant, qui faten tur

a Bar. in l. à Diu. Pio n. 2. Alex. n. 5. Iaſ. n. 10. D. de rei iudicata.

b Abbas in c. ſi quis cõtra clericũ n. 32. Aretinus. n. 36. Socin. n. 14 de foro cõpet. Menochi de arbitrar. q. 76. n. 37.

tur quidem consentiri vtrumque ius, ex vtroque tamen iudicum ordinariorum delegatos ius habere exsequtionis negant. Neque illis Gregorij locus fauet. c. siquis contra Clericum de for. compet. iusta cõmendationem locum illum illustraui. Summa est, non de iudice delegato, sed de arbitrijs accipi oportere Varia sunt arbitrorũ genera, ex cõpromissio, ex iureiurãdo, ex datione iudicũ: quinimo interdũ fit, vt iudicibus nõ solũ cõsentiẽtibus sed etiã impellẽtibus litigatores sibi a arbitros deligãt. Apud quos nũc sola iudicis ordinarij reiecto disceptatur. c. licet de for. cõpet. c. cũ speciali c. 2. requiris de appellatio. nunc iis caussaq; tota. c. ad hæc de appellatio. c. placuit. ij. q. vj. c. 1. dè arbitrijs. c. peruenit. xj. q. 1. c. 1. c. siquis contra clericũ (quæ ad hanc iuris partẽ esse referẽda, ostendi ex locis archetipis) de for. comp. Vt Põtificijs etiam arbitrorum hoc genus cum cæsarum constitutionibus commune sit. l. apertissi. l. vlt. C. de iudic. iure autem consentaneum fuit, arbitros qui datorũ iudicum loco sufficiuntur, ius exsecutionis, quod datis iudicibus non competit, eos quoque non habere, id quod à Pontificijs canonibus mutatum non est. Verum ius non est ab arbitris ad delegatos, quibus mandata iurisdictio est, difinitionem trahere: manet igitur iudicum ordinariorum necdum Principum delegatos iudices habere ius exsecutionis in eamque sententiam Panormitanum actorem iuris Pontificij nobilem etiam non intellectis veterum legibus ratio ipsa deduxit. *In. c. siquis contra clericũ. n. 37. de foro. cõpet.*

Sequitur vt de sublegationis fomula atque modo disputemus, res omnis ad paucas præceptiones redibit. I. susublegatio iurisdictionis solemnis atque legi

tima

tima non censetur, nisi ea ex iusta caussa fiat. c. si pro debilitate. c. Pastoralis de offi. iud. deleg. c. quod sedē de offic. iud. ordin. Hactenus tamen inter solemnia & iusta iublegationis caussam referri oportet, vt si man data sine caussa iurisdictio sit, mandatum idcirco nō infirmetur. Sic ferè Pontificij omnes, & verum est, apud nostros etiam in iudice ordinario mandāte man dati caussam esse aliquam oportet. l. xviij. ti. iv. p. iij. neque fuisse intelligimus, nisi iudex eam nominatim afferat. Si uerò afferat, faciet quidem fidem, modo alteri ne noceat. II. caussam vt legare inuito vtroque litigatore ius est, sic etiam & sublegare. Sic Innocētius & Hostiensis præcipiunt: & verum est. III. Cui mandata ita iurisdictio est, vt ab eo prouocare non liceat, non ille demandare ea lege atque conditione alteri poterit. c. super quæstionū porro hoc ti. iusque adeo vt si mandata duobus ita iurisdictio esset, & cum illa adiectione. *Quod si ambo interesse non posit*, & vnus alteri rursus demandaret, qui ex se atque socij mandato cognitionem susciperet, facere hoc non posit sublate appellatione. Potuisset quidem si suo duntaxat iure vsus esset. At quia non sua, sed & mandata potestate fungitur, & legatus sublegatusque sim. l duas personas sustinet, elegāter à Cælestino definitum est, vt ab eo prouocatio fit. d. c. super quæstionū. §. si verò atq; adeo, quod grauius est, Pontifex ab eo appellabitur, quam non sublegati, sed auditoris cognitorisque partes ex mandato agat, id est, si delegatus socius non ei vniuersam iurisdictionem sed articulum cognitionis aliquem demandarit. Sed explicatius hoc tractandū est. Delegatus Pontificis si articulum iurisdictionis demandet, non iudicē, sed cognitorē atque auditorē consti-

Alciat⁹ in c. quod sedem. n. de offi iudi. ord.

XXIV.

Hosti. Innocent. in. c. quoniā contra de probatio. Iaso in. l. à iudicé. n. 10. C. de iudicijs.

constituere dicitur, ab eoque prouocatio non est, nisi mandati fines prætererierit, aut iustæ suspicionis caussa, & in ea specie non Pontifex sed delegatus appellatur, qui iterum sublata appellatione caussam rectè definiet. d. c. super quæstionum. §. verum. §. porro. §. cum verò. In Hypothesi tamen, quæ in. d. §. si verò explicata est, placet Panormitano, si alter alteri articulum iurisdictionis mandet, ab eo, qui sua alteriusq; vice cognoscit, etiam Pontificem appellari, & receptum est. Vno casu delegatus iurisdictionem sublata appellatione demandare potest, si tempus mandato appositum elapsurum iam dolo & astu litigatorum sit, neque illorum consensione prorogetur. c. Pastoralis. §. cum autem hoc titul. Reliqua ex commentarijs cognoscuntur. XXV.

Ad extremum disputandum est de ijs quæ mandatum iurisdictionis, quod à delegato fit consequũtur. Principio constituendum est, delegatum, qui iurisdictionem alteri omnino mandauit, eam omnino amittere. Vt repetere rursus cognitionem caussæ minimè possit. c. venerabili de offic. & pot. iu. deleg. mandatã verò iurisdictioñe hoc loco accipimus, qua is, qui accipit vti cæpit. c. quamuis hoc ti. li. vj. Quæmadmodũ enim sublegantis iurisdictio ex solo mandato non constituitur, nisi cæptum à sublegato iudicium sit. c. si à sub delegato hoc tit. lib. vj. Ita etiam neque adimitur, quasi antea tralata verè nõ intelligatur. Itaq; ius erit repetere iudicium ex sola mutatione voluntatis, vel si decesserit sublegatus. *c. quamuis.* In totum verò mandasse non cẽsetur, qui mandato legem adiecit, *donec velit, donec reuocet.* Vel qui solã exsecutioñe, aut partẽ aliam iudicij vel mandat, vel sibi reseruat. c. si dele- XXVI. XXVII.

gatus hoc tit. lib. vj. quo fit, vt delegatus, mandata iudici ordinario exsequtione, rē tamē iterum possit repetere, si ille mandatum exsequi aut nequeat, aut grauetur. c. significasti, neque functus antea officio suo videatur. c. in literis de offic. & pot. iud. deleg.

XXVIII Iam illud à nobis sæpe explicatum est, iurisdictione sublegata omnem etiam coërtionem, atque multādi ius ad mandatarium transferri. Cum enim penes mandantem nihil omnino resideat, rectè ad sublegatū trahitur, quod legato in ea re canones permittunt. c. 1. præterea. c. de caussis. §. illis. c. sane quia de offic. & pot. iud delegati. Quod verò pecuniariam multam irrogare Pōtificis & Principis cuiusque delegatus possit ex interpretū placitis Iacob. Menochius vir egregiè doctus tradit. Nā illa de Principis delegato expeditiora sunt, lictorum, quos Alguacellos nostri appellant, vel apparitorum creatio, in carcerem atque vincula coniecto, decreta pœnarum. Quibus autem iurisdictio non à principe, sed ab alio iudice inferiore mādata est, ijs vinculorum atque custodiæ ius ita demū tribuunt, si is coërcendus sit, qui iudicij caussæque cursum retardet, pecuniariæ verò multæ dictionem etiam in ea specie tribuunt. Nec ratio est cur in sublegatis eadem placita non vsurpentur. Sanè quidem ei, cui exsequtio à delegato mandata est permissam esse coërcitionem nominatim responsum est. c. ex literis, de offic. & potest. iud. deleg. Difficilius est, an mandata exsecutione, cognitio quoque mandata censeatur. Interpretes cognitionem caussæ ijs esse defendunt, quos post latam sententiam quasi in subsidium & societatem iurisdictionis iudices adhibēt: his exceptionibus non discussis, quę inferre moram executioni possint.

In arbitrarijs. q. 64.

Bal. Dec. atque alij in. c. signif. de offi. & pot. iud. deleg. Lelius Iordanus ibid.

Menoch. vbi sup.

XXIX.

Bart. in. l. à Diuo Pio. D. de re iudic. Menoch. lib. 1. de arbitrar. q. 38.

posſint. Itaque vindicanti ex ſententia exceptio expenſarum, *a* aut compenſationis, *b* aut. S.C. Macedoniani obiecta apud exſecutores rectè diſceptatur. Denique idem placuit de exceptionibus quibuſque, quæ ad exſecutionis explicationem pertineāt, modo ius poteſtatemque ſententiæ non euertant. *c* Hos exſecutores miſtos vocāt, meros verò, quibus *d* nihil tale permiſſum eſt. Dixi ſępius quod demandata exſecutione dicitur ad exſecutionē ſublegatam commode accommodari. Conſequens eſt, vt videamus de eo iudicè, qui à ſublegato appellatur. Conſtituenda eſt quaſi iuris formula de toto hoc genere. Cum Pontificis Romani delegatus iuriſdictionem totam in alium transfert, ab huius ſententia non delegatum, ſed Romanum ipſum Pontificem appellari. Rurſus non Romanū Pontificem, ſed ipſum appellari delegatum, cū iuriſdictio non ex toto mandata eſt, id eſt, conſtitutus Auditor, vel cognitor, vel ſaltem pars aliqua iuiuriſdictionis reſeruata. c. ſuper quæſtionum. §. verū. §. porro de offic. & poteſt. iudic. deleg. Itaque ſiquis iuriſdictionis mandatum ita concipiat. *Donec velit, donec reuocet*, vel ſolam exſecutionem mandet, ipſemet, qui demandat, non Pontifex appellabitur. c. ſi delegatus hoc ti. li. vj. Sunt tamen ſpecies aliquæ, in quibus ab eo, cui iuriſdictio ex toto demandata non eſt, non delegatus, ſed Pontifex appellatur. I. vt cauſſæ diſceptatione tribus iudicibus mandata, ſi duo nō ex toto iuriſdictionem demandent, à duobus ſublegatis & legato vno lata ſententia Pontifex ipſe appellatur. c. ſi duo hoc tit. lib. vj. tractaui ferè hypotheſim paullò ante ad. c. ſuper quæſtionū. §. ſi verò. II. Altera ſpecies demonſtratur in. c. ſi delegatus & c. ſi is cui

a Menoch. vbi ſupr. n. 10.

b Afflict. deciſ. 121. n. 3 Medicis de cōpenſat. 2 p. q. 25. n. 1

c Perez in l. 4. ti. 8. li. 3. ord. Auiles in. cc. prætorum. c. 10. n. 7.

d Bar. in. l. à Diuo Pio §. ſententiā Romæ n. 10 Iaſo. n. 14. D. de re iu. Felin. in. c. de cœtero de appellatio.

XXX.

XXXI.

hoc

hoc tit. lib. vj. cum delegatus qui in eam caussam mã dauit, cũ ABESSET vel DONEC reuocet cæpto iudicio discessit vel sacris interdictus est. Nã Pontifex deinceps appellatur, cum tamen ex toto mandata iurisdictio non sit. III. eodem pertinet cum apud sublegatum legati iurisdictio in dubium atque cõtrouersiã vocatur. c. si à subdelegato hoc tit. lib. vj. IV.
XXXII. in hunc ordinem etiam referunt illas caussas, si Dñs cui prima iudiciorum disceptatio non appellationis ius permittitur iurisdictionem non ex toto deleget, si Episcopus caussam aliquam non itẽ vniuersam iurisdictionẽ mandet. Negãt enim ipsum, aut Episcopũ aut Dñm appellari sed Pontificẽ, aut Regẽ, quibus ratio hæc delegandi fraudi esse nõ debuit. Ex multorũ sententia sic respondent Car. Molinæus & Segouiẽsis Episcopus, Quorum definitio vera quidẽ est, ratio autẽ definiendi multis erroribus implicata, peccant
XXXIII enim, cũ aiunt, ei ex toto iurisdictionẽ mandatam nõ esse, cui difinitio litis vel caussę vnius ex toto mandata est. Prætor inquit Vlpianus sicut vniuersam iurisdictionẽ mandare potest ita & in personas certas, vel de vna specie potest. l. prętor. D. de iurisdict. quo loco planè confirmatur, cui caussæ vnius difinitio omnino mandata est, ei mandatam esse iurisdictionẽ: quibus verbis apud. I. consultos intelliguntur, quos hodie delegatos appellamus. Pontificijs autem constitutionibus crebro testatum est, cui definitio caussæ nulla iurisdictionis reseruata parte mandatur, aut demandatur, ei iurisdictionem omnem & totam mandatam videri, vt. d. c. super quæstionum. §. porro. §. verum hoc tit. atque alijs, vt Pontificem ab eo appellari opus sit. Generaliter tum cõstitutum est ab, eo cui

mandata est iurisdictio, eum esse prouocandum, qui prouocaretur, ab eo, qui mandauit iurisdictionem. l. 1. §. vlt. D. quis & a quo. Itaque si dominus, si Episcopus in hypothesi posita iurisdictioné ex toto in caussa vel specie vna mandent, ab eo, cui mandata est, non dominus aut Episcopus ipse prouocabitur, sed rex aut Metropolitanus qui à mandantibus prouocandi fuere. Idque non singulari iure, aut exceptione, quod ille falso credidere; sed ex generali definitione & regula iuris. Neque ad rem attinet, quod ab eo Vicario, qué circuitorem veteres, nos foraneum appellamus Episcopus ipse prouocatur, Nego enim iurisdictioné & ex toto mādatam esse, cui præter interloqutiones ei decreta quædam, quibus interim dum Episcopus aditur, parendum est, nihil praeterea definiendi caussa permissum est. Falso etiā decepti sunt locis ijs quibus de Pontificis aut Principis delegatis dicitur. Ná à delegato principis præter ipsum Principé quis appelletur? stultum est inquit Vlpianus illud admonere à principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui prouocatur. l. 1. D. à quibus appellari non licet. Et delegatos Principis ab aliorum iudicum delegatis secerni in ea inspectione oportere Bartolus admonuit. Dati iudicis, atque eius cui mandata iurisdictio est, ignoratione veteris Romanique iuris, discrimen non asse qui. Vlpiani primum extremumque responsum in. l. 1. D. quis & a quo. neque ipsam. l. 1. cum. l. 1. c. qui iudices dare pro sua iurisdictione, conciliare alia ratione non potuere nisi inuecta distinctione eius, cui in vniuersis caussis, atque eius, cui in vna tātum iurisdictio mandatur. Hoc est, ad iuris Pontificij posteriorem rationem priori iure consultorum præceptione perpe-

XXXIV

Panor. in. c. super quæstionum. §. porro. n. 4. de offic. & potest iud. delegat.

perperā reuocata processit res, & ei, cui in vniuersis
causis iurisdictio mandatur, sublegandi potestatem
interpretes fecere. Atque vt error ex errore necti so
let, & in ignoratione facile se fæcunditas effert, quo-
niam cui in vna caussa iurisdictio mandatur, ei in to-
tum non esse mandatam iurisdictionem interpre-
tes præcipiunt, ab eo, cui Episcopus vnius caussæ difi
nitionē omnino mandat, ipsum Episcopum esse pro-
XXXV. uocandum palam docent. Itaque in ea caussa, cū Epis
copus suspicionis nomine reiectus arbitros de re to-
ta dat, ab eorum sententia si prouocatum sit, ipsum
Episcopum, si adest, aut Vicarium, si peregre abest, adi
ri iterum, vt iudicē alium caussæ definiendę det, opor
tere Panormitanus auctor iuris Pontificij grauis exi
stimat. Cui tamen, quia iuris ratio repugnat, assentiri
temere non oportet. Fateor Panormitanum, qui da-
torum iudicum apud Romanos potestatem & mores
non agnouit, non temere errare de Iustiniani verbis.
l. cum speciali. C. de iudicijs. Nam cum arbitrorū sen
tentiam effectui mancipari cum primis præcipiat, ni
si prouocatū sit. *Tunc enim* (inquit) *ipse qui iudicem antea*
dedit, qui suspectus visus est, appellatione terminata formam caus
sæ imponat legitimam. Sed paulò peritiori expedita res
est, à dato iudice is appellatur, qui dedit: quod etiam
valet in arbitro, qui in dati pedaneique iudicis lo-
cum reponitur. De quo Iustinianus eo loco: nos autē
de arbitris in iudicis ordinarij reiecti locū suffectis,
quibus vel ab ipsa lege, vel ab ordinario iudice man-
data iurisdictio est, quod potius placet. Impedit etiā
se se Panormitanus canone Mileuitano. c. placuit vt.
XXXVI ij.q.vj. quasi à vicinis Episcopis, qui consensu, id est,
mādato & delegatione Episcopi, vt Archidiaconus &
Domini-

In.c. si qui contra clericū. n. 27. & 31. de foro comp.

Dominicus interpretantur) cognoſcunt, nō ipſe Epiſcopus ſed concilium appelletur, quod illius ſententiā euertit: quod ſi canon ita accipiatur, vt ab Epiſcopi ſententia prouocantibus rurſus iudices dētur ij, quibus Epiſcopus, à quo prouocatum eſt, iuriſdictionē ſuam mandauerit, etiam hic canon certiſsimis iuris definitionibus aduerſabitur. Quam obrem quoniam ita incidit, & ad eum canonem ſæpius Pōtificiæ quæſtiones offendunt, ſic exiſtimo, illa verba, *ſi de iudicis Epiſcoporum ſuorū queſti fuerint*, non incommodè ita explicare poſſe, ſi cum Epiſcopis ſuis litigent, vel ſi eos conuenire voluerint Canon è Greco Latinus factus eſt, & interpretes illius ætatis conquerendi verbo ſine vlla appellationis ſignificatione vtuntur in Concilio Chalcedonenſi canon. ix. quod legitur, παρά τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. Interpretes extulere apud audientiam ſynodi prouintiæ eius conqueratur. c. ſi clericus. §. etſi clericus xj. q. 1. eoque modo paſsim vſurpatur. Reliqua explicatè intelligūtur. Si clerico cum ſuo Epiſcopo controuerſia ſit, rem apud ſynodum diiudicari oportere ex veterū canonū præſcripto paſſim teſtatum eſt. d. c. ſi clericus aduerſus clericum. §. etſi clericus xj. q. 1. Nec ſolum de ciuili pecuniariaq; re Epiſcopi ad ſynodum vocantur: ſed etiam de crimine. Si criminis eos quiſpiam arceſſat. Nam ſynodi XXXVII. Epiſtola. 1. eſt non ſolum presbyteros punire ſed etiam Epiſcopos ipſos, quod Nicena ſynodo decretum eſſe Iulius PP. ſcripſit. Et extat in Nicena ſynodo canon. xix. apud Gratianum. iij. q. vj. c. vj. in eam ferè ſententiā, dilucidè quidē & diſſertis verbis præcipiūt Zepherinus, Marcellus, Damaſus, Bonifacius, Leo. IV. Hadrianus atq; alij Pontifices. Et hanc vocationē ad ſynodū

regularem

regularem Ioannes vocat.c.redintegranda.ij.iij. q.1. rectè enim ex Eusebio epistola.ij.& synodo Romana v.sub Symmacho, adiecta illa verba sunt, *ante accusationem aut regularem ad synodum vocationem eorum.* Hac sententia Episcopos, qui de crimine aliquo apud synodum postulati sunt, si eiecti à suis sedibus sunt, aut rebus proprijs spoliati, antea cogendos non esse, vt ad synodum occurrant, quam sua eis omnia, legibus redintegrentur. Vt Caius & Fauianus loquũtur.c.episcopis.iij.q.1.in eadem specie, quam etiam simili ratione definiunt Fœlix.PP.epistola ea quæ ad septuaginta Episcopos scripta circumfertur. Fœlix item secundus cum eo omnino congruit, ex altero Ibo Carnotẽsis ex, altero Gratianus canones mutuatus est. Notus locus est de reo in criminis iudicium vocato, qui, si spoliatus sit, prius restituendus est, quàm iudicium subeat: caussam afferunt posteriores Pontifices, quia nec nudi cõtendere, nec inermis inimicis opponere nos debemus.c.1.de rest spoliator.lib.vj.quo eodem loco rem eô Innocentius.IV. producit, si reus nõ ab actore, sed à quocũque alio spoliatum se se esse dicat. Et huius difinitionis authoritas nõ dubia coniectura ab ipso Ioanne repetitur, qui ait accusatos episcopos diluere crimen antea non debere, quàm ablata sibi restituantur, penes quencunque ea sint, & quacunque temporis aut adquisitionis conditione, quod inciuili iudicio ex eiusdem Innocentij. IV. constitutione non seruatur. Vt in.d.c. redintegranda, de criminali iudicio Ioannem definijsse res ipsa & integer auctoris locus manifestò ostendat. Pessimè itaque Pontificij interpretes canonem eum, & restitutionis genus extra iudicia criminalia diffundunt, ijdem etiam canonem

nonem illum ita separant à constitutione Innocen-tij in cap. sæpe de restit. spoliatorum, quasi hæc permittat restitutionis ius aduersus eos, qui conscij rerum ablatarum possessioni successerunt; canon autem Ioannis etiam illos restituendi necessitate astringat, qui bona fide res possident, pessimo errore. Quid enim opus fuit, vt Innocentius iuris ciuilis rigorem atque subtilitatem noua constitutione corrigeret, si in re grauiori hoc est aduersus possessorem bonæ fidei tam multis antea seculorum spatijs hoc Eusebij Symmachi, & Ioannis constitutio fecerant? Aut quo pacto contra iuris ciuilis regulas Ioãnis difinitionem interpretabimur, si eandem speciem ex legibus Caius simili ratione se definiri contendit? Permiscent quidẽ atque confundunt species longè dissimiles. Innocentij vtraque constitutio spoliato actori ius petendæ restitutionis permittit, quia ex iuris ciuilis regulis de interdicto Vndeui, quia præter regulas contra eum possessorem, qui vim non attulit. Ioannis canon spoliato, qui criminis alicuius reus delatus est, moratoriam exceptionem concedit. Cuius exceptionis hæc vis est, vt tandiu accusationem, & criminis iudicium differat, quoad ei sua reddita sint: nascitur etiá in ciuilibus caussis ex spoliatione exceptio similis: sed diuersa conditione, atque legibus: vt Bonifacius pluribus destinguit. In neutro tamen iudicio spoliationis exceptionem restitutio sequitur. Alius enim finis exceptionis, alius actionis est nota difinitio in in. c. ij. de ordine cognitionum. Vt inde intelligatur in. d. cap. redintegranda Ioannem non hoc egisse, qua actione quoue iure ablatarum rerum restitutio petẽda esset, sed duntaxat de diferẽda accusatione & hũc omniũ

C. ad sedẽ.

C. sæpe.

C. redintegranda.

interpretum errorem plenius alio loco cōfutaui. Ita-
XXXVIII que vt ad rem redeam Episcopus apud synodum de crimine & quacunque alia re rectè vocatur. At post quam synodi binæ singulis annis ex Niceno & Antiocheno canone haberi desiere apud vicinos eiusque prouinciȩ episcopos. *Si clericis*, inquit Zanaras, *cum proprio* Episcopo controuersia sit, & litem ei intendant iudices eis episcopos illius prouintiæ canō dat, qui congregati caussa cognita iudicabunt τοὺς ἐπαρχίας ἐκείνης ἐπισκόποις καθίζει ὁ κανών.

Canon hunc ipsum Carthaginensem intelligit, qui à nobis excutitur. Sic episcopus apud congregatos Episcopos Religionis arcessitur. c. siquis Episcopus ij.q.vj. Vicini quidem Episcopi, vbi synodus non est, eos audiunt, modo clericorum atque Episcopi nō de-
XXXIX legantis, sed etiam litigantis cōsensu lecti sint. Quod si de clericis prouocantibus canonem Mileuitanum potius accipi oportere contendant, ex eodem capite interpretandi ratio repetenda est. Si clericus à sententia ea, quam Episcopus vel solus, vel adhibito sacerdotum senatu tulit, prouocet, synodum prouincialem prouocatam esse constat vel ex hoc. c. placuit quo canone à vicinis Episcopis concilia Africana prouocantur. c. siquis à proprio xxj.q.v. & ex. c. omnis oppressus. ij.q.vj. Dixi binas synodos andis singulis cogi so-
XL. litas esse ex Apostolorum canone xxxvij. & Niceno v. c. de concilijs. c. habeatur distinctione. xviij. in quibus non solum communes sed etiam priuatorū caussæ tractatæ sunt. c. propter ecclesiasticas. Denique, quod Leo scribit, de omnibus ibi querelis quæ inter diuersos Ecclesiæ ordines nasci solent, iudicatum est c. de cōcilijs dist. xviij. Ceterum ne creditis populis,

quorum

quorum caussa Ecclesiastici conuentus in primis habiti sunt, periculum inde crearetur, si in annos singulos bis ab Episcopis peregrinantibus derelicti essent. (Ita quidem Athanasius interpretatur,) decretum est Hyponensi Cõcilio primum, vt Africani conuentus singulares tãtum in annos singulos haberentur. Dein de eadẽ synodo Mileuitana canone.x. sancitum etiã, vt singuli singulis annis ex necessitate negentur, sed cum cõmunis Africæ totius caussa flagitaret. Caussæ verò, quæ communes non essent, in suis quæque prouincijs vt iudicarentur. Tũ verò, quia dilatis cõcilijs appellationum iudicia exercere non poterant, canõ.xxij. appellationis excutiendę ius vicinis Episcopis ex Episcopi sententia lectis defert. Ita tamẽ, vt si ab eis iterum prouocandum sit, concilium prouinciale necessario expectetur. Postremò Africano concilio eo, quod sub Bonifacio. PP. I. viginti post annos celebratum est, canon lxij. Hyponensis concilij canone de anniuersarijs Cõcilijs congregandis iterum inito, caussas, quæ communes non sint, in prouincijs proprijs disceptari pręcepit. Etsi prouocatur ab Episcopis, ne prouinciale Concilium expectetur, canon lxiij. ab vtroque litigatore iudices, qui appellantur, deligi iubet, ne deinceps appellatio sit, vt semel tantũ appellare ius sit. Descriptus hic canon est c. si autem prouocatum. ij. q. vj. quo loco cum secunda prouocatio palam interdicta sit, non secundam, sed tertiam tãtum adimi falsò Gratianus opinatus est. Gratiano assensere facile, & decipi se passi sunt Cardinales duo Turre Cremata & Antonius S. Gregorij qui & præpositus dicitur. Archidiaconus item & Dominicus nobiles imprimis Decretorum interpretes. Sed canõ XLI.

 ille

ille Africanus cum sexagesimo secũdo, qui eum proximè antecessit, collatus etiam inuito hunc errorem
XLII. eripiet, nec verò probabilius est, quod ex illis quidã canonem eum non de appellatione, sed de recusatione & confutatione iudicis ademta accipiunt. Alij verò ita explicant, vt appellationis interpositæ subsidio abiecto litigatores vltro arbitros, quasi ex compromisso, receperint, à quibus prouocatio nõ est, quo
XLIII. pacto etiam. c. placuit explicari posse aliquando ipse credidi de nouella Iustiniani. xciij. quasi in ea specie litigatoribus neq; præscriptio biẽnij obsit, quod appellationibus disceptandis definitum est. l. ij. C. de tẽporibus appellatio: nunc tamen in alia potius omnia. quam in hanc sententiam eam. Nam in. c. placuit. Vicinos episcopos non appellatione contemta aut intermissa, sed de appellationis caussa potissimum aditos esse satis intelligitur: tum ab his ipsis appellatur prouinciale concilium, quod in arbitris de illorũ sententia fieri non debuit. In. c. si autem prouocatum appellationis caussam ordinario iure apud lectos iudices agitari notius est, quam vt argumentis opus sit. Deinde si arbitri ij censendi sunt, cum non ex compromisso, sed lege, aut canone recipiantur, ab eis rectè appellationem interponi sanxit Iustinianus. l. cũ apertissimi. l. vlt. C. de iudicijs. Denique cũ costituũt arbitros eos esse ex compromisso, aut recepto litigatorum, qui de eorũ sentẽtia deliguntur, aut à quibus prouocatio non est, peccant veterum canonum ignoratione, nisi arbitrorum nomine iudices ordinarios appellãt. Ego verò, nisi fallor, eorum iudicum, qui de litigatorum consensione eliguntur, quatuor genera in priscis reperiri concilijs obseruaui. Vnum, cum de

diaconi

diaconi aut sacerdotis caussa Episcopus interpellatus iudices sibi numero præfinito socios adhibet, vno atque altero & tercio concilio Chartaginensi canone viij. & x. a quibus, si litigatores de eis cosenserint pro uocatio nõ est. c. sane. ij. q. vj. neque quisquam potestatem ab ipso canone delatam, hoc est ordinariam his iudicibus negauit.

Alterum, cum à sentẽtia per Episcopum lata Vicini Episcopi ex Africani canonis præscripto appellantur, idque litigatoribus consentientibus, atque ideo iterum appellandi ius adimitur. c. si autẽ. ij. q. vj. quorum item iurisdictio cum Africano Concilio constituta sit litigatorum compromisso atribui nullo modo potest. Tertium reperitur in Cõcilij Chalcedonẽsis canone. ix. qui si clericus cum clerico contendant iudicium proprio Episcopo, aut quidem ijs, quos ex Episcopi sui sentẽtia vtraque pars legeret, defert. Vnde descriptum est. c. si clericus. xj. q. 1. & c. 1. de for. comp. nego autem eius canonis iudices arbitros ex compromisso esse, vel eo argumento quod de episcopi sententia iudicant, qua certè nihil opus arbitris receptis, & ex compromisso fuit, quod iurisdictio atque potestas ab ipso canone illis defertur; quæ tribui à priuatis hominibus nõ potuit, neque etiam prororogari, vt falsò interpretes præcipiunt. Atque etiam reor canonem illum cum Mileuitano xxiij paullò antiquiori congruere, quo loco, si Episcopi inter se conflictentur, aut Metropolitanus iudices dat, aut illi cõmuni placito deliguntur. Etiam prouocationis facultate præcissa. Inde Abcissum est. c. à iudicibus. ij. q. vj. c. sanè de for. comp. Quartum illorũ est, qui Episcopo suspicionis nomine reiecto litigatorũ cõsensu diligun-

XLV.

XLVI.

XCVII.


XLVIII.

diliguntur, apud quos nũc suspicionis caussa agitatur. c. cum speciali de appellatio. nũc lis ipsa. c. peruenit. xj. q. 1. c. Si quis contra clericum. De foro. comp. qua specie consensio mutua nõ prouocandi, sed reiiciendi iudicis potestatem litigatoribus aufert. quorũ iudicum potestatem etiam ab ipsa lege proficisci disertè Iustinianus indicat, qui rem ab arbitris ita disceptari ait, quasi arbitri fuerint ab imperiali culmine de legati. l. apertissimi. C. de iudic. vt quod Vlpianus. l.
XLIX. qui neque. D. de iudicijs, iudices quosdam ex lege cõfirmari memorat, ad eos arbitros quidam referant. Alijs Vlpianus de arbitris potius loquitur, qui familiæ erciscundæ, aut regundis finibus adhibentur qua si illorum potestas ex. l. xij. tabulorum manarit. l. 1. D. de famil. erciscund. hæc lege Mamilia. Nec Mamilia lege singuli (inquit Cic. lib. ij. legibus) sed ex duo-
L. decim tres arbitri fines regemus. Itaq;. Si iudices eos qui de litigatorum consensu adhibentur, arbitros appellari oportet, non repugno arbitros etiam Pontifificijs in propositis caussis dici. Nego tamen iurisdictione eos honoraria vti, hoc est, quæ à priuatis constituta sit ex compromisso. ex recepto. nego etiã ab Episcopis, quorum de consilio adhibentur, mãdatam quoque illis potestatem esse, quod falsò interpretes asumserunt in. d. c. placuit, errore eo in alias iuris partes dissipato. Vt eo demum nostra se oratio referat, vnde paullò opinor longius aberrauit. Sed danda venia est, cum in hac tota tractatione nihil mihi potius sit, quam sacrorum canonum sentẽtias ex consilio atque auctoritate cõditorum, quod nostri ne tentarũt quidem, diligenter perquirere. Nec moror aliter explicatis decretis patrum, si responsa & præceptionis

interpre-

interpretum labent, quæ certè si ab æquitate nó deflectunt, constituendę sunt alijs ex partibus iuris, vel stent fide atque autoritate Doctorum. Neque obsto neque intercedo. Extrema in hoc genere præceptio est iurisdictionem sublegatam, eius, qui sublegauit, aut etiam qui primo loco legauit, interitu extingui si res integra sit, neque cęptum iudicium. Idem erit si is decedat, cui iurisdictio sublegata fuit, iudicio atque disceptatione iam inchoata: vt repetere iurisdictionem sublegant ius non sit. c. licet de offi. & potest iud. deleg. c. quamuis eodem tit. lib. vj. quęstio duplici tractatu explicatur, mandatum mandantis morte quando soluatur, quando etiam repetere iuiurisdictionem is possit, qui mandauit. Vterque locus à nobis tractatus est, neque commodum est illa iterum inculcare.

F I N I S.


47
45


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm